






HISTORIA
REFORMATIONIS
ECCLESIARUM RAETICARUM,

EX

GENUINIS FONTIBUS ET DOCUMENTIS AUTHENTICIS ADHUC MAXIMAM PARTEM ANECDOTIS SINE PARTIUM STUDIO DEDUCTA,

UT

EXSTANS SYMBOLA AD SYNTAGMA HIST. REFORM. HELVETIÆ

QUEAT CENSERI

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA


A

PETRO DOMINICO ROSIO DE PORTA,

JESU CHRISTI IN ECCL. SCAMFF. MINISTRO, ET ELECTO VEN. SYNODI EVANGELICÆ PRO FOEDERE CATHEDRALI IN SUCCESSIONE DECANO.

TOMUS SECUNDUS ET ULTIMUS.

CURIAE RAETORUM ET LINDAVIAE.
SUMTIBUS, JACOBI OTTO.
MDCCLXXVII.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

HISTORIAE
ECCLESIARUM REFORMATARUM
IN RAETIA.

LIBER TERTIUS,

RES

AB ANNO MDLXXX AD A. MDCXL.

GESTAS COMPLECTENS.



SYNOPSIS CAPITIS PRIMI.

Cardinalis Borromeus Zelo fervet pro exterminio haereticorum in proxima Valle Tellina Raetia et Helvetia. Ipso Praeside officium Inquisitionis quoscunque potest Raetios, Tellinosve capit, affligit, abduci curat, occidit.. Vivo Borromeo Raetis nullus annus absque iniuria transit cuius varia exempla adferuntur. Cardinalis opera expelluntur duo Ministri Evangelici ex Misaucina Valle. Idem Omnem lapidem movet, ut Monachis exteris detur admissio in terras Raetis subditas Clavennae et Vallis Tellinae. Sed Monachi nihil obtinent. Antonius Bossius Legatus Philippi II. Hisp. Reg. et deputati quinque Canton. cath. Helv. idem a Raetis sollicitant. At frustra. Monachi exteri nil obstantibus Decretis in contrar. Vallemtellinam obambulant pro lubitu impediente nemine. Cardinalis studet in valle Mi-



ſaucina Ieſuitis fundare collegium. At Ieſuitae Decreto Foederum proſcribuntur ac eiiciuntur. Cardinalis igitur fundat Mediolani collegium ſic dictum Helveticum. Auctor eſt Papae ut apud Helveticam Raeticamque nationem perpetuus habeatur nuncius. Bonhomus Epiſcop. Vercell. cupit viſitare Vallem Tellinam dioeceſeos Comenſis, ſed Raeti obſtant. Media quae Nuncius adhibebat ad accendendam devotionem Romano-cathol. adterendasque vires Evangelicorum. Borromaei ſuſceptae viſitationes, nec Helvetiis, nec Venetis, nec Raetis gratae. Cardinalis iter in Vallem Tellinam et viſitatio Sanctuarii Tiranenſis. Item viſitatio Vallis Levantinae, et Monaſterii Deſertinenſis, ex quo reliquias quasdam S. Sigeberti, et S. Placidi dono datas accipit, aſportatque. Scopus quem Cardinalis ob occulos habeat in ſuis viſitationibus. Liga in Gallia Hiſpani et Sabaudi deſignata. Semen diſcordiae inter Helvetios et Raetos. Aliqui Galloram Regi foedera iurant. Alii Hiſpano favent. Inter haec Cardinalis in Vallem Miſaucinam ſe confert, ſub praetextu exorcizandi. Aſt re vera foedus cum Hiſpano ac Sabaudo, reiecto Gallico, quibusdam Gryſeis mediantibus largitionibus etiam inſinuare ac promovere ſtudet. Re palam facta Tribunal cenſorium in corruptos conſtituitur. Contentionum ſemina gliſcunt. Regis Galliae Legatus, et IV. Cantones Evang. malum in tempore componunt. Raetorum litterae ad Viſitatorem de Caſtilia. Cardinalis aliquot mittit Monachos extraneos Miſaucum, Clavennam, Plurium et Peſclavium, qui labaſcentem Hiſpanorum cauſam ſuſtineant. Ut eo cauſa tanto magis optato ſucceſſu fruatur ex Cardinalis opera Valtelinis catholicis a Gubernatore Mediol. promittitur Subſidium militare, cuius beneficio excutere Raetorum dominium poſſint, et lutheranos omnes e medio tollere. Ipſae Cardinalis in hanc rem litterae exhibentur.

HISTO-

HISTORIAE
ECCLESIARUN REFORMATARUM
IN RAETIA
LIBER TERTIUS.

CAP. I.

1570 — 1584.

Studium quod Cardinalis Archiepisc. Mediolanensis CAROLUS BORROMAEUS ad repellendam procul ab Italia Evangelii doctrinam impendit, laboresque quos ad restituendam Sedi Apostolicae pristinam gloriam, adque labefactandas Protestantium, quos haereticos credebat, vires exantlavit, tanti certe sunt, ut si per merita obtineatur aeterna felicitas, uti contendunt Romanenses, is ob insectationem haereticorum, in DIVORUM numerum relatus, summo iure censendus sit. Erat is PII. IV. Pontificis ex Sorore nepos, ejusdemque favore infulam Mediolanensem obtinuerat, aetate adhuc viginti tantum, & duos annos natus, Cardinalitium item galerum, titulo S. Praxedis. Quum contingat Mediolani dioecesis Helvetios ac Raetos populos, inter quos doctrina reformata tum in propriis districtibus, tum in Vallistellinae ac Clavennae subditis terris, libere exercebatur, is hunc sibi laborem dari putauit; ut vel dominantes ad S. Ecclesiae gremium reducat, vel si id non succedat, vires illorum subruat, saltem proximam Italiam ab infectionis ulterioris labe tutas praestet. Hinc quamdiu is Ecclesiae Mediolanensi praefuit, Evangelicis Helvetiae ac cum maxime Raetiae, molestiae, ac iniuriae acerbissimae, non defuerunt; et quia post illius mortem calamitas una post aliam totos sexaginta annos Raetorum Rempubblicam juxta ac Evangelicam Ecclesiam vexavit, ac tantum non oppressit, merito huic intervallo propriam adsignare periodum, visum est. Caeterum media quae

Praeſul ille ad obtinendum ſcopum ſibi propoſitum delegerat, ea cum ſagacitate ac circumſpectione excogitata erant, ut miraculum videretur non diſſiliiſſe Helvetiorum ſocietatem, quando illius deſignata effectu deſtituerentur. Reddiderat is ad nutum ſibi devota obſequia primariorum quorundam inter Helvetios Raetosque Virorum pro avita religione zelantiſſimorum, et horum opera utebatur quoties externos quoque arietes, ad debellendam haereſeos, ut putabat, arcem admoveri neceſſe exiſtimabat. Hi fere erant MELCH. LUSSIUS ſubſylvanus, Eques Pontificius, et Pagorum catholicorum olim in Tridentino Concilio Orator, LUDOV. PFYFFERUS Conſul Lucernenſis, heros ſago clarus, et apud Guiſios in pretio habitus Ligae coryceos, WALTH. ROLLUS Uranienſis: inter Raetos autem IOANNES PLANTA Dominus Raetienſis dum ſuperfuit, et BEATUS Epiſcopus Curienſis. In Gallia praevalebat de die in diem ſub GUISIORUM auſpiciis liga illa famoſa catholicorum, quae et Regi ipſi HENRICO III. Valeſio, cum maxime vero Hugonottarum, ſeu Evangelicorum nomini excidium totis viribus parabat. Favebat Cardinalis deſignatis Sabaudiae Dux nuper in ſolium evectus CAROLUS PHILIBERTUS, qui ab illis oportuna ſibi tempora ſperabat ad urbem Genevam, cui ab olim inhiaverat, nec non terras Parenti ſuo olim a Bernatibus ademtas recuperandas. Suſtentabantur denique cuncta a potentia PHILIPPI II. Hiſpaniarum Regis, qui delatum ipſi a famoſa illa LIGA defendendae catholicae religionis praeſidium, adeo non abiiciendum putavit, ut potius ambabus ulnis retinendum exiſtimaverit, ceu aptum cum tempore ad Auctoritatem ſceptri ſui ſuper omnes Europae potentias extollendam, ſtabiliendamque. Alii Hiſpanum eo obtentu Monarchiam univerſalem mente molitum fuiſſe, alii ſolum throni gallici in ſuam ſtirpem derivationem intendiſſe prodiderunt; quae ſuis Ego Auctoribus relinquo: et media quae ſub illorum patrocinio Praeſul Mediol. ad labefactandas Evangelicorum in Helvetia ac Raetia vires, in ſubſidium vocavit, fuſius paullo exponemus: quo pacto haud inutilem forte defuncti Cardinalis cultoribus ac Biographis operam nos navaturos exiſtimamus.

Primarium ab Italia haereſin repellendi medium, quod Roma ab olim adhibuit, exſtiterunt exſilia, confiſcationes, ac mortes profitenti-

um

um Evangelium, Officio Inquisitionis demandata. A nullo, audacter scribo, Praesule illud accuratiore sollertia in effectum missum est, ut a dicto CAROLO: Remeet ad Cap. XVIII. qui certa super hoc edoceri cupit. Nunc filum ibi relictum resumere, et quid veritatis historicae fontes de reliqua ipsius vita pandant, referre decet. Nimius autem forem coacervando omnia quae passim in Reip. commentariis reperiuntur saevitiae exempla: quare summa tantum, et fugitivo fere oculo excerpam ut se dabunt; declarant quippe cuncta fuisse ultima eius semper simillima primis, et si ab Inquisitoribus una alterave occasione a carnificina remissum fuit, id temporis faciei, aliisve circumstantiis, per quas non licebat semper quae volebant, gratum haberi debet. Ab illis Anno MDLXXIII. Mediolani Edictum affixum publice ac promulgatum fuit, quo vetabatur omnem haereticum tecto, aut hospitio excipere a). Qualia Evangelicis in Valle Tellina occasione Jubilaei cujusdam Anno MDLXXVI. parata fuerint encaenia, mox occurret dicendi locus. Opulentis mercatoribus PELLIZARIIS ac LUMAGAE Clavennensibus, a S. Officio identidem Mediolani aut Comi sequestrabantur, et adimebantur merces; ad quas redimendas intercessoriae non paucae, Anno 1580. Martio m. etiam IO. BABTISTA TSCHARNERUS Curiensis Archigrammateus missus fuit, b) sed irrito semper successu. Unde iniuriarum cumulo fatigati Raetorum Proceres a Communitatibus consilium petierint, quid in impudentes adeo latrones, casu tam praecipiti statuendum sit, et num jure talionis agere placeat contra Romanenses, merces per Raetiam transvehi curantes, adeoque Inquisitores Evangelicos constituere. c) At populi praevidentes ab Austro ansam belli quaeri, maluerunt a vi abstineri. Sed haec ipsa meticulositas Inquisitoribus calcaris loco erat, qui ab inde alacrius coepta persequi comperti sunt; eodem certe Anno LAUR. LUMAGAE Comi adhuc octo pondera (*ballen*) librorum interceperunt. d) A sanctis illis sacerdotibus instigata BEATRIX FIAMENGA Brixiae nobili genere nata

a) Protocoll. Rhaet. Ad. 1573. 15. Jul.

b) Id. I. Supr. alleg.

c) Id. ad 1581. Majo. m.

d) Ibid.

nata, marito ſuo nobili itidem viro JEREMIAE VERTEMATI Pluriensi cohabitare detrectabat, ab ſolam religionis differentiam, quam ob rem etiam divortium concedi neceſſe fuit. e) Nec ſegnius multo, exſequebatur demandata S. Officium ſub Veneta ditione nempe a Vigilibus Mediolan. excitatum. Debuit Anno 1574. Decembri m. expreſſus a Raetis Legatus ad Venetum mitti Senatum pro impetranda liberatione Voltureni cujusdam (non reperio nomen) qui quum Brixiae verſaretur debita exigens, religionis nomine in vincula coniectus fuerat. f) Pariter Vicentiae juſſu ſaepe nominati Tribunalis alia vice XL. Evangelici maximam partem Raeti cuſtodiae dati erant, inter quos IO. MATH. BUONHOMUS, NIOTTUS CHRISTOPHORUS, et IO. BAPT. GODINGREIUS ex Oengadina inferiore orti ad triremes jam damnati fuerant, niſi WOLFG. a JUVALTIS abs Raetis delegati, Praepoſiti Monaſterienſis interceſſione, a Senatu Veneto dimiſſio impetrata fuiſſet. g) Non eſt adeo difficile ſcire, qua ratione in exteris terris boni viri a laniſtis illis dignoſci potuerint; identidem quippe a ſuis inter Raetos degentibus Inquiſitores obtinebant relationem juxta ac deſcriptionem perſonarum ſecundum lineamenta corporis, qualitates animi, ac reliquas dotes. Praeter caeteros ANTONIUS MARIA de CROTTIS Berbenni Archipresbyter tali labore multos annos gratiam S. Offici inivit: at proditus tandem Aug. m. 1582. Gubernatori Hartmanno de HARTMANNIS poenas licet longe infra meritum dedit. E contra Raetis Romanis quoties in Italiam meabant a parochis ſuis dabantur litterae teſtatoriae de profeſſione catholica (*boletten*) quo pacto immunes ab iniuria ibant redibantque. h) Eousque proceſſerat audacia nebulonum, ut nihil non ſibi permiſerint. Ex eo grege unus in primarium Evangelicorum partis virum Tirani ſclopetum bis exoneravit, irrito licet ictu; idemque quoties Miſſam celebrabat, obſervatus ac conſpectus fuit, piſtolis (eſt ſclopetus tubi portatilis) undique munitus ac obductus fuiſſe. Unde Martialis iſte ſacerdos ex ſpeciali Rae-
tici

e) Id. d. 9. Febr. 1582.

f) Id. ad A. 1584. d. 26. Jun. Protoc. l. cit.

g) Litterae datae ſunt d. 27. Jan. 1584.

h) Protoc. ad 26. Jun. 1584.

tici Senatus mandato per Praetorem ad ſua reverti juſſus eſt. Quid, quod a huius furfuris hominibus THEODORUS a QUERAE, Iulii a querae (idem hic ni fallor eſt qui MEDIOLANENSIS nomine notus eſt) Paſtoris Tirani filius Anno 1583. ex Valletellina i) et LAURENTIUS SONCINUS exſul item et Paſtor, Clavenna A. 1588. ſubleſte abducti, ac Mediolanenſi Inquiſitionis Officio conſignati fuerunt, extremo ſupplicio afficiendi? k) Verbo: Vivo Boromaeo nullus Raetis annus absque atroci iniuria tranſiit.

Zelo Cardinalis debetur cohibitio, et paullatim ſecuta omnimoda doctrinae Evangelicae oppreſſio in Valle MESAUCEA. Is enim quando intellexit BECCARIAM vulgo dictum CANESAM Anno MDLXX. Clavenna, ubi aliquamdiu pueros informando vitam exegerat, Miſaucum remeaſſe, TRONTANUM quoque Rogoreti iuventutem litteras docendo, amorem Evangelii cum plauſu inſtillare, illico ab amicis ſibi Gryſaei Foederis Proceribus, inter quos Abbas Deſertinus primum locum obtinet, in ſui gratiam poſtulavit binos illos, vicinae Italiae infeſtos ablegari. Proceres ejus amici habito unitim conſilio Meſaucinis dimiſſionem intimarunt ex Statuti apud Raetos recepti tenore, quo flagitioſi, ac ab aliis Magiſtratibus patria privati (banditi) a noſtris foveri prohibentur. Ad hoc duo illi iniuria ſibi facta coram III. Foed. Senatu Maio m. 1570. graviter ſunt conqueſti, allegantes alia Raetorum Decreta per quae exſulibus religionis cauſa ab Italia, libertas ubivis Raeticae ditionis ſedes figendi, concedebatur. Senatus d. 5. Kal. Iul, declaravit profugarum ſeu exſulum (banditi) nomine ſolos intelligi proſcriptos ob flagitia, vitae improbae homines, malique convictos, nullo modo Viros pios qui pro conſervatione bonae conſcientiae ob confeſſionem Evangelii omnia dereliquerunt: iſtis enim data privilegia, confirmata velle. Aſt bonis aequa explicatio nil praeſidii attulit. Cardinalis quippe Raetico Senatusconſulto audito, miſſa mora, circa Kal. Septembr. URSARIAM Uraniorum, quorſum et BEATUM Curienſem Epiſcopum, ac plures alios circumvicinae Helvetiae Raetiaeque Abbates, Praelatosquae evocaverat, devolavit: et ex eo conventu, in

Liber III. B quo

i) Id. ad 4. Febr. 1580.

k) Id. locis ut ſupr.

quo multifaria in Evangelii perniciem consilia capta fuisse dicebantur, litteras italico idiomate ad Mesaucos dedit, quibus serio monebantur dictos CANESAM et TRONTANUM ad declinandum tantae pestis periculum de suis finibus expellere. Eidem succinens BEATUS ex Monasterio Desertino, redux a conventu, ejusdem tenoris ad Mesauciae ditionis homines scripsit, biduo post Borromeas datas, quibus item exhortabatur, ut duos illos profligarent. Validis adeo incentivis motus Mesauciensis populus, qui hactenus anceps animi haeserat, bonos Viros abire coegit; unde semen, quod sparsim radicem conceperat, ex roris defectu paullatim exaruit. Synodus equidem Evangelica BEATUM apud Raetorum Senatum traduxit, quasi litteris suis ad Mesaucios scriptis pacto contravenisset, quod suscipiens infulam Cathedralibus stipulatus fuerat. BEATUS vero delegatis a Senatu factum exprobrantibus, ita excusavit ut non tam suopte ingenio, sed potius BORROMAEI caeterorumquae in conventu Ursario praesentium impulsu fecisse crederetur; quasi nempe apud Pontificem infidelitatis fuisset accusatus ni '*Arxierei* illi morem gessisset. Saltem id valuit excusatio ut impune tulerit. Thobias EGLINUS Acta haec cum Beccaria ac Trontano Bullingero perscribens, alia adhuc superaddidit, quae mihi, juxta cum cel. HOTTINGERO, '*aziomnymonevta* 1) visa sunt. En ejus totidem verba. „ Jam olim, inquit, ad vos scripseram, quid Episcopus no-
„ ster Borromaeus Cardinalis pro expellendis Vallis Mesauciae Mini-
„ stris laborasset. Certe non laterem lavarunt. Effecerunt quod volue-
„ runt. Dominus Beccaria ejectus est, BUNDAE vero Bregalliensium
„ iterum receptus. Dominus Trontanus Rogoreti etiam ferri amplius
„ non potest, sed a Magistratu nostro aliquamdiu nobiscum commo-
„ randi spatium impetravit. Conquesti sumus de Episcopi nostri li-
„ bidine in symmystas nostros. Senatus III. Foederum lectis ac cogni-
„ tis omnibus duos elegit, qui Pfaffum illum ac lupum occultum libe-
„ re obiurgent, moneantque ne quid tale in posterum contra datam
„ Rhetis fidem tentet aut moliatur etc. Sed quid efficitur istis admo-
„ nitionibus? Cellarius captus est: Mesaucienses iam sunt expulsi; no-
„ stri vero palpo mederi hisce volunt: multi etiam interea aureis fru-
„ untur calcaribus. Rursus autem Monachus quidam homo industrius
„ lar-

1) Helv. Kirch. Gesch. Tom. III. pag. 900. not X. in inf. marg.

„ larvam sibi detraxit, ac cum per annos tres Sacrificum in eadem „ Valle Mesaucea egerit, nunc in castra Christi transiturus ad S. Evangelii functionem aspirat. Rogatus a nobis qua occasione lupinam „ mentem exuere decreverit? respondit: se ante 3. annos Romae fuisse ac servisse Cardinali CLEMENTI ARAZELIO Genuensi Archiepiscopo, qui cum in morbum incidisset lethalem, conscientiae suae „ stimulis excitatum, aperte se erraffe, ac multa contra Evangelium „ scripsisse horrenda et indigna confessus est; fidere tamen immensae „ Dei gratiae redundantiae servatum iri, qui peccatorem poenitentem „ sero etiam haud gravatim recipiat: multa eum de purgatorio, de „ justificatione fidei, ac aliis articulis, pie, contra Antichristianum „ sensum, cum ipso ac aliis privatim ac secreto contulisse: unde suffragante Dei gratia cogitare coeperit, quomodo ex istis tenebris emergere „ tandem possit. Mortuo igitur Domino illo suo Mediolanum profectum esse, ibique glirem in conclave sacrum ubi mysticus asservatur panis immisisse, qui Deum illum roderet: postea hanc occultam „ illudendi Sacrificis materiam arripuisse, qui Deum devorabilem tanti „ facerent. Ex eo creatum sibi maximum periculum, ac vincula parata fuisse, ex quibus Dei beneficio ac amicorum suorum Cremonensium liberatus in Vallem Mesauceam se contulisse. Nunc cum „ intelligat magnam dicam suae conscientiae scribi, nisi stercus illud „ penitus ex animo ejecerit, cupere se Christo consecrare, illi servire, „ si per nos liceat, ac munus concionandi obire: esse etiam paratos „ illos ipsos, quibus hactenus Missam cecinerit, Missam abolere, ac „ luci Evangelicae aures accomodare etc. Sic Dei providentia ex eorum numero, qui Dominum Beccariam expulerunt, factum ut unus „ sufficeretur ac submitteretur qui operam non minorem in Christo „ propagando poneret. Et certe ut alii referunt, ita Monachus iste „ carus est Communitati, ac Ecclesiae illi suae, ut ab ipsis rusticis incendatur ad intrepidam fidei ac veritatis professionem: fuisse etiam „ quosdam, qui cum audirent quam vana essent idolorum spectra, „ cultellis perfoderint ea, num sanguis elici possit, sicuti falso hactenus „ crediderint. M. Jun. 1571. „ Haec ille.

Ipso facto edoctus noverat Cardinalis designatis suis perficiendis, italos Monachos per Foederatorum regiones sparsos, longe maiore adversus

versus haereticos impetu ac fide agere, quam indigenas licet *Katolikotatus.* Ex ea causa semper allaboravit illius generis operarios in istam messem emittere: indeque in Helvetia Capucinis, mox A. 1574. Lucernae, ac aliquot annos post Freyburgi etiam Jesuitis seminaria, seu collegia publica impetrata fuere. Consueverat idem immittere in Raetorum ditiones ejusdem furfuris sacerdotes, qui in quadragesima et aliis occasionibus per vicinias oberrando omnia odio contra haereticos implebant: atque his asyli loco erat Monasterium Dominicanorum Morbenii, cuius nomine ibant redibantque. Sed invitis Raetis Dominis ea fiebant, qui iam olim sanciverant, ne ulli Monachi exteri ad fruitionem beneficiorum sub ditione Raetica admitterentur: verum ut populi opera sacerdotum indigenarum, aut ad minimum Helvetiorum uterentur, quorum utrique in patriam bene animati esse praesumebantur. Eam legem Raetis extorserant tumultus, insidiae, mala caetera, ab italis illis impetuosis excitata, ac in bonos viros ad Dominorum ipsorum despectum toties exercita, quorum exempla suis locis a nobis adlata sunt. Unde Raeti salvam cupientes Remp. Decretum istud suis apud subditos Magistratibus semper inviolabiliter observandum inculcarunt. Licet autem minus quam oportuisset, ad amussim observaretur fere, et Monachi per Vallemtellinam semper impune oberraverint, volebat tamen Cardinalis illud quid quid erat plane sublatum: et huic fini, omnes arietes forinsecus admoti, intrinsecus omnia solicitata sunt. Tentatum conamen est in Comitiis Junio, Julio, et Novembre mensibus Anni MDLXXIII. Curiae celebratis, apud quae Monachorum nomine delegatus Clavennensis quidam Causidicus ad missionem illorum supplex oravit. At fructus quos illi secum adtulerant, adeo in recenti memoria erant, ut nemo aditum illis stipulari voluerit. Repulsam altum sensit Praesul Ambrosianus, et sensisse mox Raeti experti sunt. *Vix credi potest,* ita Jconius ad Bull., *quantum urgeant Monachi peregrini ut contra patrias leges intromittantur in Vallemtellinam. Habuerunt nuper hic Patronum, qui ipsorum nomine publice peroravit: Comenses ac Mediolanenses, nescio quid in nostros mercatores eorumque merces tentaturos, nisi liber exteris Monachis concedatur ac aperiatur accessus ac aditus. En hominum petulantiam, ac nostrorum ignaviam et socordiam. Cur eiusmodi coactores in ordinem non rediguntur? Cur patiuntur minis eiuscemodi leges Rhetiae vetustae enerventur?*

ventur? m) Non vana ea fuisse Causidici verba, mox experti sunt mercatores Raetii, et cum maxime Clavennates Pellizarii ac Lumagae, quorum fortunam supra retulimus. Eodem adhuc Anno Mediolani Edictum promulgatum est, quo omnibus catholicis interdicebatur ullum catholicum intra tectum recipere, aut hospicium illi praebere, sub Papalis excommunicationis poena: super quod inhumanum Edictum Raeti commune cum Helvetiis consilium iniverunt, quum eo nemo magis quam duae gentes petitae sint. n) Ad expugnandos interea Raetos, ex Borromaei impulsu, paullo post, et Comensis Episcopus, et VII. pagi Helvetiae catholici, scriptis intercessoriis, admissionem extraneorum Monachorum in Vallem Tellinam impetrare a Raetis allaborarunt. Sed incassum: responderunt quippe Dominantes apud suos liberam conservari catholicam, (quae vult dici) religionem, secundum ritus ipsius omnes; sed e gubernatione esse ne infaustae aves admittantur. o) At nunquam majori molimine a Monachis Decreti adversi abrogatio sollicitata est, quantum in Comitiis exeunte Octobr. Anno MDLXXVI. in quae Raetorum oratores confluxerant, ad creandos novos super ditiones subditas Magistratus. Aderant Davosii ex Vallis Tellinae Clavennaeque Communibus delegati amplo bene numero, pecunia non modica instructi, qui abolitionem Decreti contra exteros sacerdotes petebant, rogantes ut sibi permitteretur promiscue quosvis admittere qui sibi Evangelium (eorum verba sunt) praedicarent, suosque in religione imbuerent, saltem ad illud usque tempus, quo ex indigenis suppetant aut educentur juniores ad serviendum Ecclesiis idonee instructi. Speciosae erant rationes, quibus Decretum expugnatum ibant. Prima erat: quod sacerdotes ac Monachi quos ex indigenis hactenus habeant, rudes prorsus sint, et nonnisi missificandi periti, ex toto inepti ad docendum populos, aut in sacra aede concionandum: hanc vero ob causam innumeram populosae ditionis multitudinem ceu totidem oves Pastoribus destitutas cogi errare, imo penitus obbrutescere, i. e. brutis animalibus similes evadere. Id quod

 verif-

m) D. ult. Novembr. 1573.

n) Act. beyt. 15. Jul. 1573.

o) Act. beyt. 18. No··mbr. 1575.

veriſſime dictum agnoſcebant omnes, quum profunda adeo inſideret terris illis ignorantia, ut in tota Volturena ac Clavennae provincia nulli non pueri modo mulieresve, ſed nec adulti viri, aut ſenes repe-rirentur, qui Dominicam Orationem ſaltem, Apoſtolorum ſymbolum, et Decalogum vernacule recitare ſciverint, praeter dignioris ſortis aut natalium homines, alliis quoque ſcientiis edoctos, quorum numerus oppido in integro populo longe minimus eſſe conſuevit. Secundo di-cebant, concivibus ſibi religione Evangelicis permiſſum eſſe ut Paſto-ribus ac ludimagiſtris utantur exſulibus ab Italia et aliunde adventitiis: proinde absque iniuria non poſſe id ipſum ſibi negari. Tertio alle-gabant ſtatutum quo cuivis Evangelico apud ſubditos Paſtori ſalarium XL. coronatorum adiudicatum erat, ad quod exſolvendum catholici quoque obligarentur: aequum proinde eſſe, dicebant, ut et ipſi presby-teri qui duplo aut triplo plures ſint, pari jure fruantur, atque iſtis prout et illis aequa portio adſignetur. Quid multis? Deam PECUNIAM oſtentabant, atque amplas largitiones promittendo erogandoque nihil intentatum relinquebant ad ſummum usque ſtudium. Conſuevit po-ſtremum medium ad flectendas hominum mentes eſſe efficaciſſimum. Neque hac vice ab omni effectu deſtitutum fuit. Quodquod in Senatu illo Romanis ſacris addicti numerabantur, Volturenis quod flagitant concedendum eſſe, aſſeverabant: His etiam ex Evangelicis aliqui ſe adi-ungebant, ſeu quod prae ſimplicitate obductum praedicationis Evange-lii titulum non recte perciperent, ſeu potius quod aurea catena con-ſtricti aliter loqui nollent. Reliqua e contra Senatorum pars quae to-ta ex Evangelicis conſtabat, reclamare, Decreti ſtabiliti in gubernatio-nis bonum neceſſitatem, Decernentium honorem urgere, mala ex abrogatione Decreti ſecutura latius exaggerare. Hinc acris contentio, et quum hi deſiſtere, illi cedere nollent, tantus in conſeſſu inter colligenda ſuffragia tumultus exortus eſt, ut hominum momoria, nun-quam res propius in periculum adducta fuerit, ne Patres Raetici Sena-tus ad manus inter ſe venirent, qui caeterum benigne controverſa tranſigere conſueverant. Sedatus tandem motus eſt hoc concluſo: ut Voltureni poſtulatum ad ſingulas populorum Raeticorum Communita-tes devolverent, et reſponſum quod inde reportaverint Senatui refer-rent: Ex numero ſuffragiorum prout reſultaverit, determinationem fa-ciendam fore.

Dum

Dum Volturenorum delegati Communitates obire exſpectantur, exſtitere fervidiores aliqui qui populis Evangelicae religionis Auctores erant, ut ad compeſcendam Tellinorum impudentiam potentia ſua utantur, et omnes Monachos cuiuscunque ſint ordinis aut generis amandari iubeant. Summo jure id edici poſſe illi contendebant, ex cauſa quia Valtellini cum religionis in qua vivant omnimoda libertate non adquieſcant, verum nova ſemper eaque gubernio moleſtiſſima adfectent: Monachorum praeterea dotes illi late depingebant, quos omnes vel optimos non alii rei quam frugibus conſumendis aptos eſſe lippis erat ac tonſoribus notum. Hac nempe arte, Miſſae exilium, et praedicationis Evangelicae ſubſtitutionem intendebant. At Zelus iſte reliquis non probabatur, ceu cum divino verbo, et cum religionis Evangelicae praxi pugnare, quae fidem non vi mandat, cogitque, ſed informando plantat, ſeduloque labore irrigat ac confirmat; praeterquam quod tale mandatum vix ullo modo absque graviſſimis motibus in effectum mitti poſſet. Alii contra libertatem utriusque religionis tutandam eſſe persuadebant: at Monachorum exterorum admiſſionem ob easdem cauſas prohibendam eſſe ingerebant, ob quas Decretum cudi olim neceſſe fuerat. Iſti longam enarrabant ſeriem iniuriarum quas Evangelici probi patriae filii ab infauſtis hominibus ab olim toleraverint, tumultuum excitatorum, inſidiarum paſſim ſtructarum, aliquando etiam in effectum miſſarum. Lippis erat ac tonſoribus notum, illorum inſtinctu Evangelicos homines, ac cum maxime ſacrorum Miniſtros aliis atque aliis occaſionibus convitiis ac vituperiis proſciſſos, projectis lapidibus petitos, verberatos, vulneratos, ſclopetis deſignatos, confoſſos, abductos, ac Inquiſitionis Tribunali torquendos conſignatos fuiſſe. Paſſim oculis omnium inerrabant indecorae ad Templorum Evangelicorum fores picturae quibus Miniſtri vel ut daemonum ſocii, vel ut de patibulo ſuſpenſi, aliisque indignis modis repreſentati fuerant, aedium item ſacrarum fores bubulis aliisque excrementis conſperſae, indicio plusquam evidenti a turbulentis hominibus omni ſtudio piorum patriae civium perniciem deſiderari. Allegabantur indignae voces quas exteri illi in dominantes inter ſuos auditi erant ex uſu evomere, quos fere non niſi caprarios vocitabant; laudes item hyperbolicae quibus gubernationem Principum in Italia, et omnium maxime Mediolanenſem ſub Hiſpano, et ſanctiſſimo Archiepiſcopo Borromaeo extollere conſueverant

rant: haec enim in eum ſolum fieri finem ut in ſubditis Dominorum faſtidium contemtus, rebellionis ſemen, ac Dominii novi ſtudium naſcatur. Revocabantur in mentem merces mercatorum toties ablatae, Cellarii abductio et martyrium truculentum, Cermelini in Templo peremtio, in Calandrinum exploſio, cum caeteris eius commatis, quae a Monachis illis perpatrata conſtabat. Et ne palpus obtruderetur populo, quaſi mitiores fieri cogitarent, ob oculos pingebatur JUBILAEUM provinciale, anno ſuperiore, Dominorum edictis (quibus Bullarum Papalium Indulgentiarumque proclamatio prohibita erat) ſuperbe contemtis, a plerisque Valtellinorum inſtinctu extraneorum Monachorum celebratum. Illud ſiquidem qui viſitaverant, et proceſſiones (ut vocant) obiverant, ii omnes aperto licet capite, diſcalceati ac ſaccis induti poenitentium retulerint formam, armati tamen et gladiis circumcincti conſpecti fuerant, atque ita ſe geſſerant ut ſatis apparuerit illos undique cauſam contra Evangelium profitentes captaſſe. Res certa erat quod ſi Evangelici contumeliis provocati, contumeliam contumeliae oppoſituri fuerant, illi parati fuiſſent hos ad unum omnes internecione exſcindere, cuiusmodi voces etiam haud ambiguae editae fuere, exauditae ſatis clare. Verum deſedit devotio absque caede omni, quum Evangelici iniurias patienter devoraverint omnes. Et hi ſunt praelibati fructus, ajebant illi, quos extranei Religioſi toties edere obſervantur, quoties vel ſponte ſua accedunt, vel ab aliis mittuntur, vel a ſubditis ignorantia ac ſuperſtitione coecis contra publicum expreſſumque Dominorum mandatum in Raetiam accerſuntur. Nam quod inſtruere populos, ac praedicare Evangelium obtendant, eſſe fucum, quum experientia teſte Itali adeo ſint otio dediti ac mollitiei, ut laborem vel minimum refugiant, et praeter decantillationem Miſſarum, aut declamationem interdum ſucci expertem, ſeditionis plenam, nil plane laboris tolerare ſciant. Teſtes eſſe populos ipſos quibus usque ad paucos annos praefuerunt, quos cordi non habuerunt orationem Dominicam, et Apoſtolicum ſymbolum, prima fidei rudimenta, docere, ſic ut fere ignoretur quo titulo haberi velint Chriſtiani, in Praepoſitorum ſpiritualium ſempiternam ignominiam. Toto coelo diſtare ab illis exſulum Evangelicorum conditionem: hos enim opes ac commoda omnia deſeruiſſe, ut ſalvam retinerent conſcientiam, hos nullum docendo ſubterfugere laborem, nemini ſcandalo eſſe, ſancta vero converſatione

tione praelucere, Dominorum decretis lubenter obtemperare, licet interea inedia premantur, et iniurias quotidie tolerandas habeant. Evangelicos in Valletellina aliquem non ignobilem conficere civium numerum; quare si boni civis munia omnia ex asse adimplent, ex lege recepta iustitiae quoque esse consentaneum ut secundum eandem proportionem commoda redundent, et horum tamen totam summam in levi illo XL. coronatorum qui Pastoribsts pendantur salario concludi. Quod admissio extraneorum illorum petatur tantum usque ad tempus quo ex indigenis affuturi essent Ecclesiis praeficiendi, insidiosum esse: nam in tantum instructos esse etiam hos ut fidei suae concreditos legere, scribere, Christianae fidei elementa docere sciant si velint: praeterea concedi ut accersantur exteri, sed nationis Helveticae homines, in patriam bene animati, populi genio adsueti, laboris tolerantes, boni publici studiosi. Quare sicut filiis non est permittenda electio Praeceptoris, sic Communitatum, ceu Patriae illius Patrum esse invigilare ut a bonis viris in bonum innutriantur. Haec informationis quae apud Communitates Evangelicas, maxime a Pastoribus earum cum fervore etiam inculcata fuit summa.

Monachi spe magna frustrati, cum intelligerent negotium tanta sollicitudine apud populos expendi, causam ad Communitates non detulerunt, circumspiciebant tamen adtente in oportunitatem omnem, si statuminando pote intento apta daretur. Anno adhuc MDLXIX. M. ANTONIUS BOSSIUS, PHILIPPI II. Hispaniarum Regis Legatus praeter alia quae animo volvebat demandata, Curiae, Davosii, ac Ilantii ubi frequentiores Procerum habiti sunt congressus, ex Papae ac Comensis Episcopi instinctu, auxilioque V. pagorum, clandestinis consiliis varia in Evangelicae religionis detrimentum molitus est, publice tamen alia non petiit, quam quod Monachorum quoque petitionem renovavit, et ut Jurisdictio spiritualis in Volturena ac Clavennae Comitatu, Episcopo Comensi secundum omnes partes concedatur. At quum cognosceretur quorsum tenderent consilia eius, exauditus non fuit, quare et is re infecta ad suos reversus est.

Nihilo tamen minus triennio post, quum ex diffidentia per Hispani creaturas sparsa aliquis inter Helvetios, et Raetos intestinus excitari

motus aſpectus eſſet, Jeſuitae ipſo facto tentare conati ſunt, quod hactenus non ſucceſſerat, et apud Patronos in Valletellina A. 1582. moras trahere coeperunt, mox fixuri ſedes, ni ab aura contraria repulſi fuiſſent. Sed Raetorum Proceres de illorum tentamine moniti priſtina quoad exteros Monachos Decreto renovarunt, Jeſuitas autem mandato expreſſo ad ſua redire iuſſerunt. In ultima viſitatione quam BORROMAEUS Valli Miſaucinae dedit, Jeſuitas etiam adtulerat ea mente ut in illa Valle ſedem illis ſtabiliret. At a Raetis inde diſcedere iuſſi ſunt Act. d. VI. Jun. MDLXXXIII.

Aliam tamen inivit Cardinalis viam, per quam omnes difficultates exteris Monachis obiectas e medio ſuſtuliſſe viſus eſt, adque ſcopum perveniſſe. Praevie nempe impetrato Papali privilegio Mediolani Anno MDLXXIX. COLLEGIUM HELVETICUM erexit, in quo quadraginta ex Helvetia ac Raetia ortis adoleſcentibus, ad munus Eccleſiaſticum adſpiraturis victus ac veſtitus ſubminiſtrabatur. Ei fundationi ſervire iuſſa ſunt bona ordinis HUMILIATORUM modo abrogatus, ex quibus nec non legatis aliis Helvetici collegii reditus annui mox ad coronatorum octo millia aſcenderunt. Dabatur ſingulis adoleſcentibus eo beneficio per triennium frui, ſed ea lege, quam ſolenni iuramento firmare tenebantur, ut peracto ſtudiorum curſu obligati eſſent ſervire commodis ſanctae Eccleſiae ſub Helvetica Raeticaque ditione. Litteraria inſtitutio dabatur illis in collegio Jeſuitarum BRERRA dicto. Promotiones, ſeu gradus in ſtudiis adminiſtrabatur his perinde ac caeteris Archiepiſcopatus Dioeceſanis; nam et collegium Archiepiſcopi curae immediate ſubmiſſum ſtabat. Iuſtitutum novum hocce Collegium, JUSSANUS Borromei Panegyriſtes, non dubitavit *Propugnaculum catholicae fidei in collimitio Germaniae adpellare.* p)

Praeterea exſtitit BORROMAEUS Cardinalis Pontifici GREGORIO XIII. Auctor, ut penes Helveticam nationem, ſicut in caeteris Regnis, perpetuus haberetur NUNTIUS, qui devotionem populorum in S. Sedem conſervaret, commodis S. Eccleſiae invigilaret, et ad deterendam Haereticorum potentiam quod poſſet adferret. Primus huic officio

p) Lib. V. Cap. XII.

cio destinatus fuit IO. FRANC. BONHOMIUS Episcopus Vercellensis, quem Borromaeus aptissimum, i. e. astutissimum iudicaverat. Is provinciam demandatam ingressus est visitatione Ecclesiarum Episcopatus Comensis, hoc sine dubio fine, quod isto pacto velut aliud agens exemplum iuris sui in Vallem Tellinam, Clavennamque statueret. Ne Raeti quidpiam sinistri suspicarentur, supplicibus ANTONII VULPII Comensis Episcopi litteris instructus coram Raetico Senatu Curiae m. Jun. 1577. congregato comparuit ANDREAS de FONTANA, studium Principalis sui, quoad morum Cleri reformationem, depraedicans, quinimo omnes mulctas ex censura instituenda redundaturas Raetorum aerario adiicere sponte promittens. Ast Raeti qui acerbos fructus eius generis VISITATIONUM non semel gustaverant, maluerant proposito emolumento carere, quam intestinis odiis, malisque consiliis fenestram aperire; atque Praesuli illi aditum in suas terras negaverunt, semet vero semper promtos declararunt ad procurandum ut inter Clericos sui districtus, secundum Ecclesiasticos canonicos, vita honesta agatur, et disciplina observetur. Sed nec Valesiani, imo nec Creuzlinganum, et Velcuriense Monasteria Visitatorem agnoscere voluisse dicuntur, licet cultui Ecclesiae Rom. addictissimi cuncti. Septem pagi catholici, qua erant in S. Sedem devotione, facile NUNTIUM ac VISITATOREM admiserunt, at et mox negotia nova cum foederis sociis nacti sunt. Nam Nuncius provinciam demandatam bene administrare cupidus talia passim instituebat, quae Zelum quidem illius impense declarabant, at diffidentiam inter Helvetios serebant, contentiones excitabant. Is in dynastiis, ubi secundum antiquas conventiones utriusque religionis viget exercitium, a suis postulabat, ut omne cum haereticis commercium vitarent, atque ut separationem secundum omnia instituerent. Alibi tabulis super quas daemoniorum, aut nescio quorum *Mormolykeioon* species effictae erant, visebantur ZVINGLII, BULLINGERI, GUALTERI, Sanctissimorum inter Reform. Virorum super inscripta nomina. Post illius adventum, in Helvetia vocibus haereticorum saxa, et tesqua personabant. Facile erat coniectu ab istiusmodi operis amicum civilem consensum, quem Helvetii suo bono integrum fere seculum intemeratum coluerant, paulatim minui, diffidentiam contra plantari, ex qua, ubi gradum quendam adtigerit, lerna malorum metuenda sit. Igitur civitates Evangelicae malo mature praevenire cupientes a

ſociis univerſim Anno MDLXXX. Thermopoli congregatis, periculoſi adeo negotiatoris amandationem, ad Decretorum ſuper eius generis homines ſaepius cuſororum, et anno adhuc 1574. confirmatorum tenorem poſtularunt. Sed nil effecerunt; nam LUSSIUS et PFYFERUS ſupradicti Nuntii Apoſtolici patrocinium perſuaſerant pagis Catholicis, atque dicta factaque illius vel excuſabant, vel benigne interpretabantur. Interea Apoſtolicus Nuncius contentionis materiem inter Evangelicos Romanosque mox ipſe ſuppeditavit p), quae graviſſimis malis initium datura erat, niſi prudenti conſilio virorum patriam amantium in ipſis initiis compoſita fuit. Aſt haec narrare mei non eſt inſtituti. Sed et ipſi Catholici pagi ab eo tempore in neceſſitatem coniecti ſunt Politiae iuribus a Majoribus acceptis adtentius invigilandi, et eadem a Nuntii invaſionibus ſatis impudentibus, diverſis temporibus factis, ſarta conſervandi, quod et ad huncusque diem factum eſt, a tamen pagorum animo majori quam a LUCERNATIBUS, ex catholicis pagis primariis, quibus ſcilicet deſignata illius Repraeſentantis propius pervidere, ac fructus guſtare datum eſt.

Omittendae non ſunt viſitationes ac itinera, quae BORROMAEUS ipſe in Raetorum Helvetiorumque terras ſuſcepit, peregitque; in quibus omnibus ſedulo egiſſe compertus eſt, ut conſilia dudum mente concepta maturitatem ſortirentur. Obſervatum eſt a PAULLO SARPIO Venetorum Theologo, ac Hiſtorico probatiſſimo Borromaeum in ditionibus Helveticis Archiepiſcopatui ipſius ſubiectis plurima conſtituiſſe, quae Dominantibus ſuſpicionem moverint.

Ea cauſa moti Helvetii Anno MDLXXX. miſſo ad Gubernatorem Mediolani Legato, poſtularunt efficeret apud Cardinalem, ut ex terris ſuis remeet ſponte quanto citius, ne ex longiori eiusdem mora, malum quodpiam oriatur. Vix equo deſcenderat apud mercatorem notum diverſurus Helvetiorum Legatus, quum abs Inquiſitoris lictoribus, ſolita ferocia advolantibus, in coenobium vinctus ſub cuſtodiam reducitur. At Gubernator, re cognita, illico Legatum libertati reddi iuſſit, ad ſe cum ampla facti Inquiſitorum excuſatione praemiſſa admiſit, et audi-

p) Conf. Lauffer Part. X. Lib. X. et in primis pag. 240. 253. etc.

audivit benigne: ac bene actum quod ab uno eodemque Nuncio, et captura Legati, et eiusdem manumiſſio relata eſſe potuerit; re enim ut evenerat intellecta Helvetii ſatis indignantes libere profeſſi ſunt, quod ſi fama prius tantum factum ad ſe detuliſſet, BORROMAEO ſub ſua ditione degenti idem factum deſtinatum fuiſſe, quod Legato ſuo Mediolani ab Inquiſitore obtigerat. q) Debuit Ampliſſimo VENETIARUM Senatui viſitationum Borromeanarum indoles paullo notior exſtitiſſe; hic namque quam primum intellexit Cardinalem vallis CAMONICAE viſitationem animo moliri, ſtatim ad Papam ipſum preſcripſit, rogans ut illum a propoſito abducat, praetexendo populis illius Vallis ruditatem, quaſi a qua metuendum ſit, ne Cardinalis praeſentia maiorem ſeditioni, quam aedificationi anſam praebitura ſit. r) Sed aurem monitis Borromaeus non praebuit, verum finita viſitatione BRIXIENSI, dicto adhuc Anno 1580. populis in Valle Camonica praedicavit. Ex Valle Camonica Cardinalis in TELLINAM ſupergreſſus eſt, viſurus populos haeretica tabe infectos, de quorum converſione, ac de modo obtinendi Comenſi Epiſcopo viſitandi libertatem, toties, cum ipſo quoque beatiſſimo Papa contulerat. s) Superato iugo quod Raeticam a Veneta ditione diſterminat, cum comitatu ſuo, pedeſtri itinere TIRANUM contendit, ſupremum in Valle oppidum, ubi B. Virg. celebre, et affabri operis viſitur ſanctuarium. Laudatur JUSSANO non catholicorum modo ſuorum devotio, ſed haereticorum quoque urbanitas reverentiaque, quibus moti Cardinali ob ſanctitatem decantatiſſimo, inter reliquam turbam, nimirum curioſitate impulſi, ob viam proceſſerunt. Venientem pro dignitate excipere parabat BERNHARDUS LAMBERTENGUS nobilis perilluſtris epulis iam inſtructis: ſed recuſavit eas accipere Cardinalis, qui recto itinere in fanum contendit. Idem JUSSANUS auctor eſt Praefectum Raetorum, (num Tiranenſis an Sondrienſis fuerit, non declaratur) mane inſecuto colloquium Cardinalis petiiſſe, at aegre obtinuiſſe, ex cauſa quia acatholicus erat, obtinuiſſe tamen per catholicorum, qui Inſtan-

q) Sarp. de Inquiſit. pag. m. 49.

r) Juſſan. Lib. V. cap. V. pag. 454.

s) Id. cap. VI. Lib. V. pag. 457.

ſtantis perſonam ac dignitatem reverebantur, interceſſionem. Et tamen dictum Praefectum Dominorum Raetorum nomine Cardinali amicitiam et obſequium teſtificatum eſſe, totius quoque Vallis Tellinae officia promte obtuliſſe, deinde privo ſecretoque ſermone, quem per interpretem egerint, miſerum animae ſuae ſub haereſi ſtatum ſponte faſſum eſſe, dicendo a ſola Dominorum, qui maxima ex parte Proteſtantes ſint, auctoritate, hactenus fuiſſe retentum ne in catholicorum caſtra tranſierit: ultimo ut liceat tum Miſſae tum concioni S. Cardinalis intereſſe, ſibi dari petiiſſe. Ad haec: Cardinalem Praefecti laudaviſſe propoſitum, at ſimul eundem ad deſerenda haereticorum ſacra, converſionemque publice faciendam exhortatum eſſe; noluiſſe tamen concedere ut Miſſae interſit, ſed facile admiſiſſe ut concioni habendae auditorem cum reliquis catholicis ſe ſiſtat, ingeratve. Haec Juſſanus: ad quae recte dudum advertit celeb. HOTTINGERUS certiorem deſiderari fidem. t) Relatio enim tota legendam olet. Ingreſſus eſt Cardinalis Tellinam Vallem ſuapte dignitati, et auctoritati praeſidens, non expetito praevie Raetorum, (ut fieri decebat) indultu, adeoque ex poteſtate arrogata, uſurpataque. Certe de Raetis nunquam ita bene meritus Borromaeus fuit, nec uſpiam reperio Raetos ita ei bene voluiſſe reperio, ut credi poſſint, iſta occaſione, iura ſupremi Dominii contemnenti tam prompta officia obtuliſſe. Religio apud Raetos ſervata eſt omni tempore libera, et qui avita ſacra abiurare voluit, impune ſemper potuit. Sane ad Dioeceſſis Mediolanenſis modulum metitus eſt Juſſanus Raeticum illum Praefectum, quem facit obtendere Dominorum auctoritatem in converſionis obſtaculum. Eſt apud Raeticam gentem indiſpenſabile, ut Judices linguam intelligant ac loquantur ſubditorum, quibus dicere iura iubentur; quare totus ſtupeo audiens Praefectum Raetorum interprete indiguiſſe. Dicto anno 1580. adminiſtrabat provinciam Tiranenſem HARTMANNUS quidam WINKLERUS, qui ater an albus fuerit ignoro; ut vero fuerit Evangelicus, nulla plane nulla ſuperſunt indicia abs eo data animi a ſacris Evangelicis averſi. At ſi totius Vallis Tellinae officia a Praefecto oblata ſunt, oportet ille Praefectus haud alius fuerit, quam ſupremus Capitaneus quem vulgo dicimus Gubernatorem; huic enim totius Vallis cura incumbit. At nec hic praeſi-

t) Helv. *Kirchengeſch.* Tom. III. pag. 916.

praesidium. Ex provincia Capitaneatus Vallis Tellinae deceſſit Anno 1580. BARTHOLOM. STAMPA Praegallus, lingua italus, ſucceſſit Hartmannus ab HARTMANNIS Corvantius; ſed de utroque documenta adſunt, et italice fuiſſe callentiſſimos, et Evangelio ad vitae usque finem toto pectore addictos. Haec *'en Parodoo.* Concio, quam Cardinalis de pulpitu ſanctuarii Tiranenſis frequentiſſimo confluxui habuit, (pergo cum Juſſano) tota directa fuit ad Romano-catholicos in doctrina ac cultu confirmandos, adque debellandum errores, in quos a haereticis Praedicantibus non ignobilis Tellinenſium pars ſeducta erat. Effectus concionis efficax fuit ſupra modum: nam teſte eodem, poſt auditum ex ore tanti Praeſulis ſacrum ſermonem ita maſculus catholicis animus crevit, ut quaſi ſancto Zelo armati in corripiendis haereticis, exagitandis eorum erroribus ita animoſos ſe exhibuerint, ut haeretici penitus obmutuerint. Nihil in hoc dixit Juſſanus a veritate alienum: ſed lenibus nimium verbis animum, quem tum plebs in verbis, converſationeque civili, tum ſacerdotes de pulpitu detonando, ad horrorem imo ad ſeditionem usque declararunt. Plaudit ſibi Juſſanus, dicendo ſilentium haereticorum perhibuiſſe teſtimonium veritati a Cardinali cum efficacia praedicatae: ſed ſilentium a bonis Evangelicis in ea linguarum, pravorunque conſiliorum intemperie ſtudioſe obſervatum, quale et cuius roboris pro doctrina a Cardinali praedicata haberi queat teſtimonium, vel cui mica ſalis in corde eſt diiudicandm relinquo.

Sequenti Anno MDLXXXI. Cardinalis BORROMAEUS Viſitationem Bellinzonenſem atque LEVANTINAE Vallis ad Lepontios ſitae peregit, denique ex hac in Monaſterium DESERTINENSE digreſſus eſt. Statim atque apud Actuatios fama advenientis Cardinalis percrebuit, cum ſolenni proceſſione venienti obviam iverunt Clerici regulares Benedictini, illius Monaſterii, ſacerdotes item diſtrictus illius cuncti, ex populis circumvicinis frequens confluxus. De honorifico adventu integrae Communitatis Deſertinae nomine Cardinali gratias egit, eumque bene venire ac valere iuſſit Capitaneus PAULLUS FLORINUS Vir in Raetorum conſeſſu ſpectatiſſimus. Hoſpitio exceptus eſt Cardinalis in Monaſterio dicti loci, ubi abs Abbate CHRISTIANO CASTELBERGIO, magnificis epulis habitus fuit, omnes illos dies, quos ibi moram traxit: Diſceden-

Diſcedenti ex reliquiis s. SIGEBERTI, s. PLACIDI, et s. EMERITAE dono datae ſunt, quas ille haud ſecus ac *Keimylion* pretioſiſſimum apud ſe reconditas gratulabundus aſportavit. Rurſum Cardinalis in ſignum animi benevoli, tribus adoleſcendibus, qui abs Abbate Deſertino fuerint commendati, ſtipendium collegii Helvetici, condignum *'Antidooron* ſtipulatus eſt. Haec Juſſanus. u) Caetera ignorantur.

Oppido fallitur qui dictas Cardinalis viſitationes intra ſolam devotionem ſubſtitiſſe exiſtimat, nam certe is et alia mente volutaſſe compertus eſt, quae illo tempore ſecretis Papae ac Hiſpani conſiliis agitabantur. Turbatiſſimus erat tunc aevi Galliae Regni ſtatus, ob inimicitias religionis cauſa funeſtis aliquoties bellis agitatas, nec ulla ſatis pace ſopitas. Et quia Rex HENRICUS III. Valeſius res Regni fere nil curabat, quieti ac voluptatibus maxime indulgens, a quibus ſubditi emungebantur: ipſe vero improlis eſſet: haec Regis ſocordia non modo contemtum illi apud populum pepererat, verum factioni quoque catholicae anſam dederat ad conſilia ineunda, de ratione, qua HUGONOTTARUM haeretica factio exſtirpari, catholica contra ſtabiliri, gravaminibus vero Regni aliqua medela adhiberi queat. In eam conſpirationem maxima Procerum Galliae pars, tandem Rex ipſe, imprudenter licet ſatis, conſenſit, ac vulgo SACRA LIGA audit. Dictae Ligae primicerii erant Duces GUISII a clero ac populo ſupra Regem honorati: qui licet catholicae Religionis propugnationem fortiter ſemper urſerint, attamen per eam, illos HENRICI Regis detruſionem, ſibi autem ſceptum ambiviſſe, omnia quae ſuſcepere comprobarunt. Vix inter conſpirantes de unione convenerat, cum ſancivere curandum, ne, ſi quando Rex absque prole deceſſerit, Navarrenus, proxime quidem ſanguine iunctus, ſed Hugonotta atque a Pontifice excommunicatus, ipſi ſuccedat; quod in quem finem fuerit cuſum proclive eſt coniicere. Statuitur LIGAE iſtius initium in Anno MDLXXVI. eiusque conſilia, conatus, et acta in Hiſtoria Gallicana reperiuntur. LIGAE conſilia imprimis adiuvabat Hiſpanus, qui inter Gallorum diſcordiam ampla gaudebat commoda ſua promovendi opportunitate: Sabaudus deſignabat et Genevam urbem, et terras Parenti olim ſuo a Bernatibus ademtas hoc tempore ſibi recuperan-

u) Juſſan. Lib. VI. cap. XII. pag. 485.

cuperandi. Omnes incendebat Romanus Pontifex ad haereseos exterminationem. Annus MDLXXX. visus est scenam aperire, quo CAROLUS EMMANUEL Sabaudiae Dux nuper evectus in solium, jura sua armis exsequi adnisus est, atque tam Genevae quam Bernatibus vim intentavit. Desiderabat Hispanus Genevam, ex Helvetiorum foedere evelli, Sabaudoque adiici, quod cogitaret eo pacto omnem fructum, quem Galliae Rex ex foederibus cum Helvetiis per illum transitum unice perciperet, Geneva sublata, ad nihilum redigi: idem ceu Austria stirpe natus, haereditarius habebatur Helvetiorum hostis, libertati eorum insidians, qui ex ea quoque causa Bernatibus male volebat, ceu qui opibus ac terris insigniter inter Helvetios accreverant, ipsi autem faventes non erant. Praevidebant probe fidi Regis ac Galliae regni consiliarii quorsum PHILIPPI tenderent designata: at ob dissidia intestina salubribus consiliis locus non erat. Nihilo tamen minus iunctis Tigurinorum Bernatum ac Salodorensium repraesentationibus, tantum apud Regem iam Anno 1579. effecerant, quod Geneva in protectionem Regis fuerit suscepta, sicque praestructum ne Hispano in Helvetiorum terras aperta via foret. Regii apud Helvetios Legati MANDELOTIUS, BELLIEUHRUS de Hautefort, FLEURY, et de GRANDIS Domini sui causam strenue item egerunt effeceruntque ut d. XX. Jul. MDLXXXII. Salodori, foedus cum Gallorum Rege olim sancitum ab XI. pagis renovatum sit. Dominus de GRANDIS, quem modo nominavimus, ordinarius erat Regis apud Rhaetos Legatus, ac considebat in arce Haldenstenii, obtinuitque et iste quod tria Foedera unitim, ad Helvetiorum exemplum d. VIII. Augusti dicti anni, foedus Gallicum in Comitiis super id factum indictis renovarunt, confirmarunt, simulque conscriptionem VII. M. militum auxiliarium astipulati sunt. Aegerrime eas operas Gallicorum Legatorum ferebant Hispanus aeque ac Sabaudus, qui dissidia Galliae fomentare, Evangelicorum vires adterere, Bernates horumque amicos ad incitas redigere meditabantur. Unde et hi favorem veterum quos aliquando in Helvetia habuere amicorum ambire animosque in diversa studia trahere coeperunt, obtinueruntque ut quinquepagici Sabaudo copias promiserint contra Bernates foederis socios, perfidia semper detestanda. Eo discrimine quum res essent, Bernates a Raetis scire voluerunt, quid sibi in casu necessitatis de Raetorum amicitia, et auxilio promittere queant: Raeti

Bernensibus amicitiae continuationem, auxiliaque ad aras, et focos sanctissime promiserunt, dummodo sibi non fuerit creatum periculum, ita ut non teneantur proprios custodire fines. Huic fini Raeti statim per Jurisdictiones suas militares copias conscripserunt, ut in omnem casum paratae essent. v) Solido nitebatur fundamento Raetici Senatus erga Bernates reservatio seu conditio ante allegata, passim enim audiebantur voces aliorum, qui foedus gallicum reprobabant; aliorum qui Hispanicum anteferebant, aliorum qui utrumque reiiciendum clamabant. Inter primos numeratus fuit etiam HULDRICUS CAMPELLUS iam senex, Coelini Ecclesiastes, non ex amore Hispani, sed desiderio quo flagrabat ut Raeti ab omni cum exteris Principibus foedere abstinerent. Conscripserat is sacrum sermonem super illud argumentum Coelini habitum, qui omnium passim manibus circumferebatur, nec parum rei Galli oberat. Certus de hoc factus RUDOLPHUS GUALTERUS Tiguri Antistes, quam inconsiderate id factum sit, litteris ad GASPAREM NUBENSCHMIDIUM Pastorem Curiensem datis, luculenter ac graviter ostendit. x) Sed inprimis aegre ferebat BORROMAEUS per Raetos confirmari Hispani sui, Sabaudique, totam denique catholicam i. e. sanctam causam; qui proinde, et ipse sedulo agendum a sua parte existimavit ut Raeti invicem dissociarentur, et ad danda Genevae urbi, Bernatibusque foederatis auxilia impotentes redderentur.

Ne concepta consilia diffluerent, Cardinalis ultimam ipse manum admovit Anno MDLXXXIII. quo ipsemet in Vallem MESAUCEAM advolavit, et amicos suae factionis in unum coegit. Ne quidpiam sinistri suspicari possent Raeti de inopina hac visitatione, praetexebatur deploratissimus Vallis illius status, adque eam faciendam, veniam (quod antea non solebat) a Raetis Dominis petiit. uu) Refert JUSSANUS Vallem illam hominibus veneficis, sagis, strigibus, qui infantibus aeque ac adultis, imo pecudibus male nocuerint, imo ipsam mortem intulerint, refertissimam fuisse, sic ut visi sint integri greges mala lue correp-

v) Litt. Senat. Bern. dat. d 21. Jun. 1582.

x) Litt. Gualteri datae sunt d. 31. et 26. Jun. 1582.

uu) Protocoll. Rh. ad 6. Jun. 1583.

correpti, de rupibus, et alpibus praecipites se dedisse. Ad eam malorum spirituum exundantiam coercendam totus illius Vallis populus in unum conventum confluxit; ab hoc decretum fuit Cardinalis opem implorare. Cardinalis certus redditus FRANCISCUM BORSATTUM Jurisconsultum Mantuanum ad rem inquirendam misit. Iste omnia in eum se habere modum, prout a Vallis Senatu expositum fuerat, regionemque eam sagis ac magis stare usque oppletam retulit, imo ne quid Diabolo desit, societatis veneficorum per eam terram dispersorum caput ac coryceum esse ipsum cathedralis Ecclesiae Rogoretanae Praepositum (Prevosto) exposuit. Hac re intellecta Cardinalis Junio vergente Anni 1583. Vallem ingressus est, in eaque exorcismos ad fugandos daemonas exercuit; Praepositum Rogoretanum famosum illum statione deiecit; in eiusque locum IO. PETRUM STUPPANUM familiarem suum, quem paullo ante lethali morbo decumbentem precibus ac tactu, (si Jussano credere placet), y) miraculose sanaverat, surrogavit; Templum unum, duove, in quibus Ministri Evangelici conciones habuerant, resacravit; Calendarium Gregorianum novum illis obtrusit; pro collegio JESUITARUM Rogoreti constituendo, cum incolis transegit; et quae huius generis plura. z) At subolfecerunt vicini Helvetii Raetis amici nempe Evangelici, et reapse comperit Dominus de GRANDIS Regius Gallicus in Raetia Legatus, haud minorem BORROMAEO curam esse insinuandi aliquibus Raetiae Proceribus foedus Sabaudico-Hispanicum, atque foedus cum Gallo anno superiore instauratum labefactandi, quam fuerit sollicitudo daemonas exorcizandi; unde et a Tetrapolitanis Evangelicis, et a Gallico Legato moniti Raeti sunt sibi ab insidiis, et machinationibus a Borromaeo structis cavere invigilareque. a) Paullo post Cardinalis ex Mesaucia Valle excessum HIERONIMUS BURGUS alicuius nominis inter Misaucinos homo, MARTINUM JENNIUM Curiensem Consulem simulque Cath. Foederis Praesidem, oblata insigni pecuniarum summa, in societatem foederis Sabaudici pellicere tentavit. Sic prodita negotiatio fuit, et ipso facto senserunt Raeti, ve-

D 2

y) Jussan. Lib. V. cap. IV. item Lib. IX. cap. 2. §. 3.

z) Id. Lib. VII. cap. IV.

a) Protocoll. Raet. ad 1583. 22. Novbr.

ti, vera esse quae a sociis Evangelicis, et Gallo moniti fuerant. Factum BURGI ad Senatum Procerum relatum est. Huic placuit Judicum ex tribus Foederibus Tribunal deligere denominareque, quod in practicas illas Borromeanas sedulo inquirat, ac reos compertos pro merito puniat. Confluxit Tribunal die XXII. Novbr. 1583. Curiae Praeside LUCIO DACKIO civitatis consule, abs quo dictus BURGUS examini denique etiam torturae subiectus est. Fassus est, ab Agentibus Ducis Sabaudiae in aedes suas missa esse, et pecunias, et bis mille pondera tritici *) distrahenda, erogandaque inter eos qui Ducis amicos professuri se sint, et operam daturi ne auxilium militare Genevensibus ac Bernatibus ex parte Raetorum submittatur: atque idipsum summopere commendatum fuisse tum a Borromaeo Cardinali, tum ab ALVIGIO de CASTIGLIA Regis catholici in Ducatu Mediol. Visitatore: a multo iam tempore, innotuisse sibi aliisque varia consilia in perniciem Raetiae cusa, quae hactenus sipario silentii tecta remanserint. Complicum numerabat integram manum, prae caeteris autem JOANNEM MARCA, BAPTISTAM SACCUM, IO. CARLETTUM, Locotenentem CAGIADA, Cancellarium SALVINUM, Locotenentem dictum VESCOVO, Doctorem de SONAZZA, IO. PETR. TAGUINUM, CASPARUM del GIASCO, Cancellarium BIRONDAM, LAURENTIUM del BOTTA, MARTINUM BONALINUM, ANTONIUM del LEGIA, NICOLAUM STAMONIUM, etc. b) Ex quibus patebat, et Foedus cum Gallorum Rege, et religionis Evangelicae libertatem in discrimen propemodum adducta esse. Neque tamen Tribunale illud quidquam gravius in reos illos decernere valuit, ut nec efficere potuerit quod coram sistantur. Delegati quippe qui in Tribunale illo sedebant Judices nomine Gryscei Foederis, quum ex BURGI confessionibus intelligerent, solos suos pecuniis Sabaudi ac operis Hispani irretitos esse, atque ex duobus reliquis Foederibus neminem teneri; metuerentque ex rigore processus contra reos formari, Foederis sui honori consulturi, a consilio unitim cum caeteris Foederibus facto discesserunt, praetexentes causam, quod communitatum suarum forte sit voluntas, ut quodvis Foedus reos suos debita mulcta afficiat; qui obten-

*) 2000. *Saum kern.*

b) Act. Straffg. de 22. Novbr. 1583. d. 4. Xbr. et seq. ejusd. Ann. Id. de 11. Jan. 1584.

obtentus a Gryſeis ratihabitus eſt, ſic ut nullum amplius iudicem ad conſtitutum Tribunal miſerint. Commota ſunt reliqua duo Foedera in Gryſeos ob deſertionem iniquam; et ex eorum iuſſu Tribunal indicatos citari curavit. Gryſei contra Conventu] Ilianti habito apud ſe conſtituerunt, litteris trium Sigillorum Anno 1572. iuratis, inſiſtere, adeoque reos ſuae ditionis ipſi punire. Non deerant qui ex hac fiſſura hiatum inter Raetos diſtendere allaborabant, quod ne fieret Evangelici Helvetii, et Gallicus Legatus in tempore adhuc praecaverunt. Initio Februarii Deputati Helvetiorum acceſſerunt Tiguro HEINRICUS THOMANNUS, ANTONIUS GASSERUS plebis Tribunus Bernâ, WOLFG. SATTLER Baſilea, IO. CONR. MEYERUS Conſul Scaphuſianus, qui interponentes ſe, contentioni finem fecerunt, iudicantes dandum eſſe Gryſaeis, ſi ita velint, ut ſuos plectere poſſint, praeter alia quae ſtudio omitto a meo inſtituto aliena. Coronatos CCCC. ad eluendas expenſas factas, Delegatorum Helvetiorum ſuaſu, exſolvit IO. GRANGIERIUS Dominus de Liverdis. Et iſtis declarationibus pars utraque adquievit. c) BURGO ad amicorum preces vitae gtatia facta eſt.

Sublato *'eridus* pomo, placuit Raetico Senatui Viſitatorem de Caſtilia de rerum ſuarum ſtatu monere, rogareque ut ſuos imperturbatos relinquere velit. Litterae in hunc ſenſum datae ſunt.

Illuſtriſſime ac Reverendiſſime Domine.

„ Non dubitamus quin Amplitudo veſtra probe norit, quam arcte, et ſtricte Illuſtr. Mediolanenſis Ducatus Status, et noſtra Natio „ ſemper fuerint coniuncti, ſancteque ac religioſe viciniam mutuo coluerint. Ac eandem ut ſemper obſervare ac etiam propagare fuimus „ ſtudioſiſſimi: ita porro quoque ex toto animo promtiſſimi; id quod „ vel inde omnibus conſtare exiſtimamus, quod Illuſtriſſimi Status homines, cuiuscumque ſint ordinis ac ſtatus, qui Rhetiam noſtram tran-

 „ ſeunt

c) Protocoll. Rhaet. ad Ann. allegat, d. 8. Febr. 1584. conf. Sprech. Chron. Lib. V. pag. 219.

„ ſeunt, omni benevolentiae, humanitatis, officiique genere proſequi-
„ mur, ius item iuſtum petentibus, iuſto temporis ſpatio, dicimus, ni-
„ hilque plane eorum erga Illuſtr. Mediol. populos ac ſubditos, omit-
„ timus, quae a bonis amicis viciniſque vel deſiderari vel etiam exop-
„ tari poſſint. Atque hanc propenſiſſimam voluntatem conſtanter con-
„ ſervare omnino decrevimus. E contra vero Amplitudinem veſtram,in qua
„ plurimum momenti ſitum eſſe non ignoramus, quanto maximo poſ-
„ ſumus ſtudio rogamus atque obſecramus, ut nos noſtrumque popu-
„ lum eadem benevolentia complecti ac neceſſitudinem veterem, vicini-
„ amque hactenus fideliter cultam in futurum quoque coli, et, ut nos
„ quidem plane confidimus, conſervari, operam omnem dare velit, ac
„ procuret. Interim vero quia omnino intelligimus privatos quos-
„ dam ex noſtris a nobis litteras commendatitias impetraſſe, idque ſub
„ praetextu privatarum cauſarum ſuarum quarum occaſione tacite id
„ agunt, ut nullo noſtro accedente conſenſu ac commiſſione, novae
„ quaedam capitulationes inter Illm. Statum Mediol. et Nationem no-
„ ſtram ineantur, ac concludantur: Quare Illus. Status falleretur: po-
„ pulus vero noſter ad ſeditiones concitaretur. Conſtat enim novationes
„ iſtiusmodi in regionibus noſtris nunquam ſine tumultu ſopitas ac
„ ſublatas; eo quod populus noſter non aſſuevit uno eodemque tem-
„ pore cum pluribus Principibus foedera inire. Huic ergo incommo-
„ do ut mature in poſterum occurratur, ac per fictas iſtas conventio-
„ nes, commemorata noſtra neceſſitudo ac amica vicinia inter Illm. Sta-
„ tum Mediol., et noſtram Nationem non interturbetur aut exacerbe-
„ tur: Amplitud. veſtram etiam atque etiam rogamus, ut ſi quid tale
„ iſtiusmodi homines apud vos tentarent ac molirentur, illa nunquam
„ plane illis fidem adiungat, ſed in totum explodat, ac nomine no-
„ ſtro ne cognoſcendos quidem iudicet. Haec per praeſentem no-
„ ſtrum Legatum, nobilem Dominum Io. Bapt. Tſcharnerum, digniſſ.
„ Civit. Curienſ. Secretarium, Amplit. veram optimo animo aperire,
„ et voluimus, et debuimus. Rogantes enixiſſime, ut illum non mi-
„ noris hac in cauſa fidei, et auctoritatis exiſtimare velit, quam ſi ipſi
„ praeſentes eſſemus. Hiſce Amplitud. veram Deo Opt. Max. com-
„ mendamus, precantes illum ex animo ut eam quam diutiſſi-
„ me ad divini ſui nominis gloriam, conſervationemque publi-
„ cae pacis ac tranquillitatis ſalvam, et incolumen praeſtare dig-
„ netur.

„ netur. Datae et ſecretiore civitatis Curienſis ſigillo noſtrûm
„ omnium nomine communitae. d. Febr. Anno 1584.

Amplit. Veſtrae

Addictiſſimi Amici,

Oratores ac Senatus III. Foedd. in Rhaetia
Curiae ad Comitia publica congregati.

At licet hactenus in auras iverint fructus deſignati conſiliorum Cardinalis, haud tamen abſterritus fuit quo minus eorum exſecutionem ultra urſerit: namque quamprimum ac conventum Procerum Curiae habitum ſolutum eſſe intellexit, ſtatim Februario adhuc, et Martio menſibus Miſaucum, Clavennam, Plurium, ac Peſclavium, loca Raeticae ditionis extrema, Monachos aliquot emiſit, ſpeculaturos quae agantur, ſecretioraque illius mandata curaturos. Erant illi OCTAVIUS quidam, FRANCISCUS ADORNUS e Societate Jeſu, DOMINICUS BOVERIUS Paullinus, et MARCUS AURELIUS GRATAROLA Congregationis Oblatorum; qui fidem Principali omni quidem ſtudio probaverunt, ut mox ex conatibus patuit, at excitata Raetorum adtentio in eius generis hominum paſſus obſtitit, quo minus, ut voluiſſent illi, deſignata promoverint.

Igitur aliam inire adhuc viam Hiſpani Conſiliariis placuit, cuius beneficio, et Raetis domeſtica negotia nova naſcerentur, et Evangelica religio de Italiae pomoeriis uno actu depelleretur. Strata ea eſſe patebat, quando Valltellini animis ſumtis, Lutheranos concives ad unum omnes e medio tollere, ſimulque Dominium Raeticum excutere auſuri erant. Quaſi a Beata Virgine coelitus demiſſum iſtud conſilium a Volturenis, quibus ad cognitionem ſecretorum cogitatorum aditus erat, acceptum fuit, ſomniantibus per eam occaſionem libertatem quam nunquam habuerant indipiſcendi: qui promptos ſtatim paratosque ſe dixerunt ſtiteruntque Cardinali ad renunciandum Dominio Raetorum, ſi modo ad paucos aliquot dies quadringenti ſibi concedantur auxiliarii milites, quorum auxilio ad delendam funditus haereticam peſtem

ſtem ſe indigere dicebant. Poſtalatum militum numerum Miniſtri Regii Mediolani ex Cardinalis inſinuatione commendationeque Valtellinis cum Regis ipſius conſenſu facile ſtipulati ſunt; eoque res redacta erat, ut nihil deſideratum ſit praeter titulum aliquem honeſtum, cuius colore tetra rebellio coram mundo tegeretur. Abs talia molientibus vel innocentiſſima in cauſam mali facile rapiuntur; quod heic quoque factum. Soli Dei in Raetos curae dandum quod conſilia eum effectum ſortita ſunt, quem intenderunt. Conſtituerant Raeti in Comitiis Anno MDLXXXII. Davoſii celebratis bonarum litterarum erigere ſeminarium, in quo abs Ludimagiſtris eruditis aliunde adcerſendis, iuventus Raetica utriusque Religionis humaniora edoceretur. Ei inſtituto aptiſſimum iudicatum fuerat eſſe oppidum Sondrium in meditullio Vallistellinae ſitum, non modo ob loci amoenitatem, ac comoda caetera, ſed etiam ob italicae linguae uſum, cui adſueſcere proficuum erat iuventuti nobiliori ad Praefecturas italicas regendas adoleſcenti admovendaeque. In primarium ſcholae Rectorem communi Trium Foederum nomine Tiguro evocabatur RAPHAEL EGLINUS (Thobiae filius), qui antea Marpurgi Cattorum Theologiae Doctorem egerat, tunc vero in urbe Turicenſi humaniores diſciplinas docebat, vir et eruditione, et integritate vitae, et a moderatione in religionis cauſa collaudatus; quem Tigurini Raetis lubentes gratificabantur. Id Raetorum Decretum Clerici Vallis Tellinae ſtatim in malam partem interpretati ſunt, populo perſuadentes per illud iura Vallis, Religionem, et omnia convelli, ſanguinemque citius profundendum quam ut dicti ſeminarii ſtabilitio admittatur. Camino oleum addebatur a BORROMAEO Hiſpanisque Mediolani Regiis Miniſtris, qui ſubminiſtratam a Raetis occaſionem diſſidii cum ſubditis tanto maiori ſollicitudine fovebant, quod per eam Raetorum vires adteri cum delectatione conſpiciebant. Nihilo tamen minus Xaverius Quadrius grata mente Cardinalis proſequitur memoriam, ceu Divi qui iam tunc Valtellinorum ex Raetorum iugo liberationem exſequi adniſus fuerit. Neque ſine cauſa id ab eo fieri, ipſae Cardinalis litterae ad CESAREM SPEZZANI Epiſcopum Cremonenſem ac Nuntium Apoſtolicum, circa ipſum illud tempus exaratae teſtantur, quas ille in perpetuum monimentum conſpiciendas exhibuit. Nos easdem a QUADRIO mutuatas, dictis noſtris fidem facturas, integras transſcribimus verbotim.

Di

——————————— Di Milano 24. Maggio 1584.

„ In materia dei negozj Grigioni ſcrivo aſſai pienamente al Signor „ Cardinale Savello, al quale, ſono già molti giorni ch'io non ho „ ſcritto; e perciò avendo accumulate molte coſe inſieme, non ſi è „ potuto forſe attendere alla brevità che VS. nella ſua mi ricorda. La „ Lettera al ſolito le viene aperta per informazione di lei: ma oltre „ ad eſſa, vi ſono alcuni particolari, ch'ella avrà quì allegati per Po- „ ſcritte, pur nella medeſima materia, ed ora gliene dirò d'un „ altro moto più ſecreto da tutti, il quale ſebbene è ſtato conferito „ meco da queſto Governatore confidentemente, e con ogni ſecretez- „ za; niente di meno ho giudicato bene ſcriverlo a V. S. ſolamente, „ acciocchè ella lo faccia ſapere a noſtro Signore, e non ad altri, co- „ me per avviſo. Sappia dunque che i popoli cattolici di Valtelini, „ cioè alcuni afflitti ed oppreſſi nel modo che ſapete, nelle coſe della „ Religione cattolica dal governo e Dominio de' ſuoi Grigioni, l'anno „ paſſato (i. e. 1583.) fecero ricorſo a' Miniſtri Regj quì in Milano, „ per eſſere aiutati ad uſcir di tanti travaglj, e per poter viver cattoli- „ camente, come ſi conviene, ſenza gl'impedimenti, che hanno ſen- „ titi e ſentono negli aiuti ſpirituali. E per far queſto non dimanda- „ vano, ſe non il ſoccorſo di 400. fanti per pochi giorni, li quali „ dicono eſſer abbaſtanza per levarſi in un tratto da quella ubbidien- „ za, e ſerrare i paſſi a' Grigioni, che voleſſero paſſar di qua de' „ monti: moſtrando aver modo aſſai facile per mantenerſi poi colla „ gente della Valle. Scriſſero queſti Miniſtri al Re: ed egli ora ha „ riſpoſto, che ſi dia loro l'aiuto che dimandano, ed ogni altro per „ aiutarli nelle coſe della Religione cattolica in quei Paeſi, dove ci ſia „ queſto intereſſe. Fuori di queſto riſpetto non ſi moverebbe per mo- „ do alcuno. Ora avutaſi queſta riſpoſta i Miniſtri ſuddetti hanno ſo- „ praſeduto fin adeſſo per veder l'eſito del negozio della Lega, il „ quale ora che ſi è ſvanito, vedo che andranno penſando a vedere, „ ſe lor poſſa riuſcire queſto: il che quando foſſe, ho ſperanza in Dio, „ che in pochi anni ſi farà tanto frutto in quella Valle e Paeſi tutti „ di qua da' monti, che ſi ſmorberà quaſi quella peſte eretica. Ma „ quando anco non riuſciſſe, vedranno i Grigioni da queſta commo- „ zione che in ogni modo que' popoli non potranno durare in quel-

„ lo stato; e stando in continuo dubbio di trattati simili, per non
„ non darne loro più occasione, si risolveranno alla fine di permet-
„ ter loro la libertà che dimandano. Nel qual caso ultimo che risen-
„ titisi i popoli suddetti con le armi in mano, se pure questa li-
„ bertà, per la quale si moverebbono, non seguisse, e le cose fos-
„ sero in rumore e rivolta, V. S. sappia, che l'Ambasciatore di Fran-
„ cia, che è negli Svizzeri, ha sopraintendenza di tutti i negozj del
„ suo Re ne' Paesi de' Grigioni, e con esso ho fatto diversi ufficj
„ per l'aiuto spirituale di detti Popoli sudditi; ed egli mi si ha mo-
„ strato animatissimo di aiutar le cose cattoliche, e specialmente il
„ loro giusto desiderio. E però crederei in quel caso con l'opera
„ di detto Ambasciatore che entrerebbe come mezzano fra i Signo-
„ ri ed i sudditi, ed anco con l'intrinsichezza, ch'io ho non li Can-
„ toni cattolici degli Svizzeri, che si farebbero intendere per la
„ protezione di essi sudditi, con procurare la libertà suddetta, e
„ trattare e conchiudere fra loro la concordia, anco con molto van-
„ taggio per la Religione cattolica. Quando al incontro la cosa ri-
„ esca con pace, e quiete, mi dà l'animo di ottenere dal Re, che
„ si contentasse di restituire quei Paesi a' Grigioni con condizioni
„ molto gagliarde per la fede nostra: poichè egli ha dato risoluzione
„ a' suoi Ministri di non volersi ingerire in simil negozio, se non
„ quanto che tocca alla Religione cattolica. In questa materia io
„ non mi impaccio in modo alcuno, e mi riservando tanto mag-
„ giormente dal non cercarne altro quanto che penso, che ora vi
„ si attenderà; ed io non tengo per aiutare quei popoli altra via
„ che la spirituale. Di qua fo fare generali, e particolari orazioni
„ a Dio Signor nostro, acciocchè se n'abbia buon successo a gloria
„ del suo santo nome: ma non si palesa perciò la qualità del ne-
„ gozio. Così desidero che V. S. faccia costì raccomandandolo
„ molto a' Religiosi, e ad altri, e facendolo anco raccomandare da'
„ Predicatori, ma copertamente.

„ Io poi coll' occasione, che ho da far qualche frutto ne' Paesi
„ degli Svizzeri, come della visita di Locarno, che n'è bisognoso
„ molto, e mi se ne fa istanza, ed in altri luoghi anco di là da'
„ monti, come della consecrazione della nuova Chiesa de' Capuccini
„ del

„ del Colonello Luſſi, sì per mantenere vivo il buon deſiderio di det-
„ ti popoli ſudditi, e sì per mantener l'opinione che hanno avuto fin
„ ora di me, ch' io vada come in effetto vo, ſolamente per il lor be-
„ ne ſpirituale, come anco per eſſer più vicino, e preſto a ogni ru-
„ more che ſuccedeſſe di armi, anderò trattenendomi in quei contorni,
„ dove avrò anco occaſione di trattar col ſuddetto Ambaſciatore di
„ Francia preſenzialmente, acciocchè ſi ottenga queſta libertà cattoli-
„ ca in quelle Valli, o per la via già indrizzata con lui, per la quale
„ ſi farà anco ogni diligenza opportuna, maſſimamente, che il Nuncio
„ di noſtro Signore in Francia mi avviſa, che il Re gliene mandereb-
„ be commiſſione per l' iſtanza, ch' egli ne ha fatto di ſua commiſſio-
„ ne di ſua Santità; ovvero non eſſendo ſucceſſo queſt' ultimo nego-
„ zio, ed eſſendo già ſuſcitati i tumulti ſi rimedi per via d'accordo,
„ come ho già detto. „ Hactenus Borromaeus; cum cuius litteris quando mente confero Rebellionem poſt annos XXXVI. in effectum miſſam, mihi videntur illae hiſtoriam anticipato tempore narrare.



 CAP.

CAP. II.

1584.

Magistratus Raeticus instruit se ad erigendam Sondrii scholam artium liberalium. Archipresbyter omnibus viribus se opponit, et seditionem nefandam excitat, quam Magistratus vix sedare valet. Archiep. Sondriensis exemplum sequitur alius Monachus Pesclavii, qui etiam seditionem excitat. Alius emissarius Misanci eandem viam calcat. Card. Borromaeus movet quinquepagicos ut legationem ad Raetica Comitia mittat, quae pro Valtelinis favorabilia impetret. Legati pagorum tres ad Comitia comparent. Sed nihil obtinent. Monachi laborant, introducere Calendarium Gregorianum. Theodorus a quercu abducitur Mediolanum. Mittuntur a III. Foed. in Valt. Judices, qui in Auctores seditionis inquirant: isti cum reis benignissime agunt. Seditiosi a rabie nihil remittunt, Mediolanensi favore suffulti. Archiep. Pusterla Romam fugit. Helvetii Evang. Raetis consulunt, ut secum foedus ineant. Obstacula eius foed. Gub. Mediol. Raetis hostilia indicit, ni Seminarium abrogetur. Sic schola transfetur Curiam. Eglinus dimittitur.

In exsecutionem missuri Raetorum Dominorum Decretum, quoad erectionem Seminarii publici, Officiales in Valle Tellina HARTMANNUS ab HARTMANNIS Gubernator, VESPASIANUS SALICEUS Vicarius cum consensu Georgii a GEORGIIS de Spluga Praetoris Tiliensis, anno statim MDLXXXIII. de commoditate aedium Sondrii, et aliis ad conserva-

ſervationem Scholae neceſſariis proſpiciendo dederant initium. Quando autem cum ineunte vere anni 1584. RAPHAEL EGLINUS ICONIUS a Tigurinis cum bona gratia dimiſſus, in Raetiam acceſſit, ab Ampliſſimis Proceribus Raetorum in Comitiis S. Paulli Curiae congregatis, delegati fuere triumviri Dominus GALLUS a MONTE pro Gryſeo, Dominus DIETEGANUS SALICEUS pro Cathedrali, et Dominus FLORIUS SPRECHERUS pro tertio foedere, quibus ut in Volturenam irent, et quae ad completam erectionem, ſtabilitionemque Scholae deeſſent, conſtituerent, ICONIUM denique Rectorem praeficerent, cunctaque ſuprema Auctoritate conceſſa munirent, iniunctum fuit. Perficiendis iſtis demandatis delegati Martio menſe dicti anni iter ingreſſi ſunt; at ſtatim ac innotuit cuius rei gratia adſint, primitiae conſiliorum inter Valtellinos ac Mediolanos initorum prodi viſae ac auditae ſunt. Archipresbyter ſondrienſis nomine JOANNES JACOBUS PUSTERLA, qui iam diu dictum inſtitutum impedire moliebatur, maiori coepit diligentia rem urgere, atque omne volvere ſaxum ne eiusmodi Schola progreſſum nanciſceretur. Convocatis igitur ſuae religionis hominibus, eos multis ac variis rationibus hortabatur ut dictae Scholae erectionem impediant quibuscumque modis poſſint; eam appellabat *Lutheranorum Seminarium,* affirmandoque fore ut per illam Religio Lutherana augeatur, Romana vero decreſcat, addens etiam caluminas huiusmodi quod ſcilicet nullae matronae, nullae amplius puellae tutae ſint ab honeſtate futurae; nulli iuvenes ſondrienſes tuti a vi ac iniuriis Raetorum Helvetiorumque ſcholaſticorum, qui ipſis Sondrienſibus dominari volent; nulli reditus Eccleſiarum tuti a rapinis ſub praetextu alendae dictae Scholae; ac tandem fore ut ab eiusmodi Raetis Scholaſticis obſerventur omnia Volturenorum acta, et dicta, hacque ratione Dominis Raetis revelentur. In maximum etiam odium ac invidiam adducebat exteros omnes qui reformatum religionem profitebantur Sondrii, ac maxime Eccleſiae Miniſtrum SCIPIONEM CALANDRINUM, et Comitem ULYSSEM MARTINENGUM. Utebatur etiam ad hanc rem ope Monachi cuiusdam, nomine Fratris FRANCISCI ordinis Franciſcanorum, ex oppido BALERNA aliquibus Pagorum Helv. ſubdito, quem in ea quadrageſima Sondrium ad concionandum accerſiverat. Ea provincia Monachus ille ad morem caeterorum qui ipſi anteceſſerant, ſic defunctus eſt, ut multa pro concione, et extra concionem egerit, quae ad ſu-

bvertendam pacem, odium Evangelicis conciliandum, ſeditionemque movendam ſpectabant. Namque commercium omne inter ſuos, et Evangelicos quantum poterat inhibere conabatur, ſuos hortando, quin imo etiam ſub poena excommunitationis ſeu non abſolutionis a peccatis cogendo, ut ſi quos Evangelicos famulos ancillaſve domi haberent, eas ſtatim dimitterent; et ſi qui ex Papiſtis inſervirent Evangelicis itidem diſcederent; quod etiam abs aliquibus factum eſt. Sub eadem poena mulieribus papiſtis perſuadere conabatur, ut ſuis viris Evangelium profitentibus debitum matrimoniale denegarent; quo hac ratione illos in ſuam religionem traducerent. Inter alios NICOLAUS PARAVICINUS, PELLOSIUS MARLIANICUS, IOANNES item MARL. prioris frater, CHRISTOPHORUS MARLIANICUS, LUDOVICUS QUADRIUS uxores habebant Papismo addictas; iſtis bonis mulieribus perſuaſum ibat ille, ſtatum in quo viverent non eſſe matrimonium, ſed concubinatum. Praeterea quoscunque putabat infirmos in religione Evangelica ad ſe accerſebat, ac argumentis multis, et calumniis adverſus Eccleſias Evangelicas, (quas prout, et earum Miniſtros nonniſi haereticos appellabat), propoſitis a fide avertere conabatur cum magna etiam aſſeveratione, fore ut brevi tota Lutheranorum religio perdatur, Romana vero ſuperior ac victrix evadat. Non dubitavit is etiam in publicis concionibus in templo habitis populum ſuum univerſum magna contentione hortari, huiusmodi fere inter alia formalibus verbis: *Ne ullo modo amplius tolerare velitis eos exteros qui Sondrii ſunt; quos inquam vos bene intelligitis* (ſignificare autem volebat eos qui Evangelicam profitebantur religionem) *quippe quia dicti exteri ſemen ſunt ac origo omnium malorum: quod ſi hac in re vos bene geſſeritis, Deus vobis benedicet; nam habetis benignos Principes: plura hoc loco, et tempore apertius explicare non poſſum; ſubdens: voi m' intendete bene* i. e. Vos quidem mentem meam probe capitis. Excandescebat etiam in dictis concionibus adverſus illos ſuae religionis homines, qui ſecreta catholicorum hominum revelabant, eos Judas inclamando, omnesque hortabatur ad ſilentium ac fidem praeſtandam. Ex iſtis, et aliis huiuscemodi ſuaſionibus factum eſt, ut tam viri quam mulieres usque ad pueros Romanae religionis magna audacia atque ira commoti paſſim dicerent: ſe opes potius omnes effuſuros, et ſanguinem, quam pati ut Schola aliqua Sondrii, aut alibi in Valle Tellina erigatur, vel ut huiusmodi exteri Sondrii habitent. Id ipſum

ipſum omni contentione urgebat et ipſe Archipresbyter tum in converſatione communi, tum in conventibus publicis ſeu ſacris ſeu civilibus, quotiescunque de ſchola mentio incidebat, et ob eam rem in ipſius aedibus ſaepius conventicula habita ſunt, quibus praeter dictum Archipresbyterum, et Monachum Balernatem, plerumque intererant FRANCISCUS PUSTERLA, ANNIBAL BALBIANUS, cauſidicus aſtutiſſimus, et Evangelicorum hoſtis infenſiſſimus, IOANNES GEORGIUS SERTULUS, qui tres eo anno oppidanorum Sondrii conſiliarii erant, et cum eis IO. PETRUS PARAVICINUS, HIERONYMUS MERLUS, GASPARINUS TASSELLA, IO. BABTISTA NIGOLA, IO. PETRUS de la BELLA cum Presbytero ipſius fratre, SIMON INTERIORTULUS cum alio Presbytero ipſius fratre, THOMAS FORNASEUS, et aliquot alii quorum omnium exſcribere nomina piget, cum aliquibus etiam ex ruſticis, inter quos quaſi Dux fuit GAUDENTIUS SCARPATEGIUS. Quum fere cognoſceretur quorſum ea conſilia tenderent, per Magiſtratum ſub gravis poenae intimatione inhibitum illis fuit, ſne ita inordinate convenirent, aut ſcholae ſe negotio immiſcerent. At ipſi nihilo territi adeo ab incepto non deſtiterunt, ut potius ſequenti die maiorem adhuc hominum multitudinem collegerint. Gubernator RUDOLPHUS SCHAVENSTEINA religione Catholicus, et ipſe cupiens huiusmodi rebus, quae magna minabantur incommoda providere, die XXV. Martii Archipresbyterum accerſit, et illi in primis praecipit, ut ſupradictum Franciscum Monachum bidui ſpatio ex oppido dimittat. Arbhipresbyter exclamare coepit, id ſi fiat populum excitatum iri, et cum Gubernatore alta voce multis contendere non dubitavit; denique cum nihil apud eum ſe efficere poſſe videret, confeſtin exiens, praeſentibus Cancellario, Gubernatoris famulo, et quibusdam aliis iterum magna blasphemia in ſanguinem Dei praemiſſa exclamavit: *oportere omnino interfici viginti quinque aut triginta Lutheranos, ſaltem exteros illos, alioquin ſe nunquam in pace futuros.* Diſcedens ex Praetorio, adſumto fratre ſuo FRANCISCO PUSTERLA, et aliquot aliis quaſi furore percitus diſcurſare, atque atra bile tumens populum tam ruſticanum quam oppidanum in Templum, et in forum Palatii convocare coepit, convenientesque ad iram ac ſeditionem adverſum exteros Evangelicos hortari incitareque totis viribus, item ad Monachi defenſionem, quo permanere in oppido libere poſſet; nec non ad depoſitionem Decani, ut vocant, id erat Conſulis, et Notarii

Com-

Communitatis, eo quod Lutherani essent; denique ad scholae impugnationem. Verum cum non ille concursus fieret quem optasset, in sequentem diem populi convocationem distulit, interea autem Equo conscenso ad rusticos per vicos in montibus habitantes circumivit, illos sedulo monendo, iubendoque ut ad sonum companae sub praetextu syndicatus seu publici consilii pulsandae cum armis concurrant; suos tamen solos, Evangelicis omissis (quorum tamen erat numerus aliquis in oppido, et non contemendus in agro) adesse oportere, res enim gravissimi momenti esse tractandas, Missam esse defendendam, quae periculum sit ne auferatur, Lutheranos non esse tolerandos. Per suos coniuratos idipsum egit, eos mittendo quo ire ipse non poterat. Interea ex Missa vespertina Templo egredientes oppidani, qui tamen convenerant omnes, furiose circumeuntes, per oppidum dispergi, et atroces minas in Evangelicos spirare auditi ac visi sunt; JACOBUM quendam Burmiensem Evangelicae professionis pugnis primo affecerunt, deinde eum IO. PETRUS SERTULUS, filius Sertuli consiliarii supradicti, gladio est aggressus, interfecturus procul dubio, nisi a Zuziensi quodam, et Pesclaviensi alio qui forte accurrerunt, retentus fuisset; sic horum beneficio Burmiensis mortem evasit. Jusserunt tamen Romanenses qui ibi aderant, ut abiret Sondrio, alioquin fore ut interficiatur. Is Burmiensis ab hero suo dimissus fuerat, (ex modo supradicto) ex odio religionis Evangelicae.

Sequenti die, quae XXVI. Martii erat, ad sonum campanae magnus concursus factus est, et ipse Archipresbyter lato ense armatus, ac cum eo Presbyter (Prete) FRANCISCUS INTERIORTULUS ense simul, et duobus sclopetis, caeteriquae supranominati consiliarii, comparere coeperunt, populumque congregare toti furentes caedemque minantes; truci vultu ac vocibus in primis distinguebantur Presbyteri suprascripti, Ioannes Georgius Sertulus Consiliarius, et duo ipsius filii. Dum populus ita exspectatur ac convocatur, ecce ad forum casu venit IOANNES MONTIUS Pesclaviensis, vir alicuius dignitatis qui etiam aliquando Communitatis suae nomine in Comitiis publicis orator sederat: hunc antenominati Sertuli filii, ensibus denundatis petunt, cumqe ille in Officinam quandam se recepisset tuendi sui causa, nec eum ferire ensibus possent, iacta pila ferrea post Frid (est symbolum expetitae ac datae gratiae

gratiae ac pacis) etiam datum magno cum impetu illum in capite; quae pila praeteriens, ac ensem quendam parieti adpensum adtingens in frusta fregit. Ita furor magis ac magis, concursusque oppidanorum, et rusticorum coepit augeri. Ab una parte Archipresbyter armatus una cum fratre, cum CAMILLO de l'AGLIO, HIERONYMO MERULO, et aliquibus aliis seditionis Ducibus pluribus armatis astantibus exclamabant: *iam tempus est Lutheranos istos e medio tollendi. Scipio Calandrinus, et omnes qui eum audiunt sunt hirci, cinoedi, proditores. Non concionabitur ter amplius.* Alii clamabant: *Oportet Sicilianum Vesperum facere; nunc est tempus, nunc est tempus: Ammazza, Ammazza,* i. e. occide, occide, et alia huiusmodi. Cum vero Caesar Paravicinus nobilis Sondriensis, et Thomas ab Ecclesia, (della Chiesa) ambo Evangelicae professionis responderent: ne ita loquamini; Dominus Scipio Calandrinus est vir bonus, et qui ab illo stant: Responsum illis est ac inprimis Domino Caesari: *Tace tu, qui praecipue exteros istos tueris, ac domi tuae habes Comitem illum ULYSSEM, qui horum malorum origo, et causa est, una cum Scipione, et aliis eius generis.* Verum cum periculum esset ne insilirent in Caesarem, is extemplo nec sine periculo domum se contulit. Ex alia vero oppidi parte Presbyter Franciscus INTERIORTULUS ense duobusque sclopetis uno magno, altero breviore armatus, magnae catervae armatorum Antesignanus, totus furens discurrebat, exclamans alta voce: iam tempus est istos e medio tollendi, et undiquaque disquirens num aliquos Evangelicorum inveniret. Is cum ad aedes cuiusdam NATALIS PATAVINI pervenisset cum ducentis aut amplius armatis, ibique casu in porta reperisset senem quendam Clavennae habitantem, qui in id hospitium diverterat, nomine BERNARDINUM PAGINUM Evangelicae professionis, primo Sclopetum in eum direxit; deinde quasi dedignatus fuerit illum interficere, Sclopeto in altum elevato, in humero Bernardinum graviter percutit, cum caput quod petebat pertingere non potuisset. Ibi tum furor ac clamor excitatus fuit maximus in exteros Evangelicos, sic ut quamplurimi lapidibus ac praegrandibus Saxis iactis in dicti Natalis domum impetum fecerint, in qua ipse cum tribus filiis ac genero, generique Pater erat. Alii secures in eos proiecerunt, alii alabardis, aliisque armis hastatis eos interficere conati sunt. Ex eorum numero praecipuus fuit NIGOLA ante nominatus, qui etiam unum ex eis qui intra domum

erant, filium NATALIS supraſcripti, SEBASTIANUM nomine in brachio, et latere vulneravit. Alii, inter quos Presbyter ille Franciſcus, ſclopetos in illos dirigebant. Tandem cum ipſe quoque NATALIS cum domeſticis ſuis ſclopetos ſuos in manus ſumſiſſent, clamarentque: cavete vobis ne noſtros cogamur exonerare ſclopetos, unde aliquot veſtrûm perimantur, illi ſclopetos exonerare non ſunt auſi. Sumſerunt tamen quidam Evangelici Sondrienſes animum, et ſeditioſos magno animo reprehendere coeperunt, eis iudicium Dominorum minari, ac petere *Frid.* i. e. pacem, nomine Dominorum, praeſertim ab illis qui maiorem impetum faciebant. Verum illi nihil iſta curare, ſed evaginatis enſibus, ſclopetis praeparatis lapides iacientes, haſtisque in illos qui domi erant, directis perpetuo ac incondito clamore vociferari: *Nos volumus exteros iſtos quacunque via tolli: nolumus eos diutius tolerare in Communitate Sondrienſi.* Jam Natalis ipſe in maxilla non leviter vulneratus fuerat cum rumor ad Gubernatoris, aliorumque qui aderant Dominorum aures pervenit. Boni optimates ſtatim in forum prodeunt, ad locum furoris ſe conferunt, clamorem, minas, impetum vident, audiunt, ſeditioſos mollibus verbis abducere ad ſua aut ſaltem reprimere conantur. Verum vix potuerunt poſt multas minas, et graviſſima edicta ſub poena rebellionis edita impetrare ut a vi ac impetu abſtraherentur. Quia vero ſeditioſi iſti cauſabantur inter alia quod exteri praeſertim Dominus Comes ULYSSES, et NATALIS ſupraſcriptus ſe in domibus ſuis multis armis ac ſclopetis armaſſent, quaſi eis nocere vellent, Gubernator adiit primum aedes Caeſaris Paravicini, ubi dictus Comes habitabat, at nulla invenit arma praeter conſueta, deinde pomum Natalis intrans quatuor invenit ſclopetos, quos ipſe ea die tantum domum ſuam afferri curaverat propter minas quas praecedente die, et eo ipſo mane audiverat quod exteri Evangelici omnes e medio tollendi eſſent. Dum vero dicti Domini in ſedanda ſeditione omne ſtudium locant, ac eorum quidam ad eos terrendos minarentur fore ut vexilla aliquot Raetorum vocarentur Sondrium, non defuerunt qui dicerent: et nos Hiſpanos vocabimus. Non defuerunt etiam qui ſica evaginata quendam ex Dominis qui eos eo quod a ſeditione diſcedere nollent rebelles vocaverat, petere voluerunt, niſi vi retenti fuiſſent. Alii adverſus Raetos primariae auctoritatis Viros ſclopetos dirigere, ac inſolentiſſimis verbis mortem eis minitari non dubitarunt. Archipresbyter

byter autem omnium praecipuus Dux, et Antesignanus, si quos ex suis videbat qui sine armis concurrissent, eos acriter obiurgabat, et Christiano nomine indignos appellabat, eo quod nempe arma non tulissent ad defensionem Christianae fidei: idem etiam perpetuo Dominis magna audacia se opponebat, dicendo, Dominos, si Patres subditorum esse velint, debere communitati Sondriensi favere, et exteros istos expellere qui causa sint omnium malorum communitatis: Communitatis nempe nomine ex studio utens, ut eo praetextu ignaros imprudentesque in suas partes traheret facilius, ac rabiem in Evangelicos aliquatenus tegeret. Seditio tandem remissa fuit maxima ex parte, cum divina ac miranda providentia accidisset ut quadraginta octo Viri Raeti ea die Sondrii iuvenirentur. Nihilo tamen secius undequaque per oppidum audiebantur Viri, mulieres, pueri, rustici dicentes: nisi exteri isti abeant spatio quindecim dierum, illos omnes trucidabimus: Alii clamabant, oportere domum Caesaris Paravicini incendere cum omnibus qui in ea essent, quia receptaculum sit, et nidus istorum. Alii Scipionis Calandrini Ministri aedes observabant, et ianuam attrectabant ut comperirent num aperta esset, ac cum sclopetis circa eam saepius transibant. Sed ille clausis ianuis domi se continebat, ac ardentibus ad Dominum directis precibus, illi vitam suam, fratrumque suorum commendabat, dubius prorsus qualis rei eventus futurus esset. Idipsum sequentes aliquot dies facere debuit una cum reliquis exteris Evangelicis, propter atroces minas quae perpetuo adversus illos ab omni passim hominum genere audiebantur. Quibus ut finis aliquando imponeretur, coactus fuit Magistratus rumorem evulgare, vexilla Raetorum mox ventura esse, cum videretur furorem ac minas catholicorum nullo modo alio esse compescendum.

Rebus sic peractis Gubernator cum IO. IAC. PARIBELLO Cancellario, Pontificiae religionis summo protectore circumire coepit, ut testimonia acciperet de auctoribus seditionis, adeoque processus, ut vocant, formaret. Verum cum plerique in eodem crimine essent, et tenax esset inter illos coniuratio, veritas erui non poterat, praesertim Cancellario illis favente. Archipresbyter tamen cum FRACISCUS PUSTERLA ipsius fratre, Presbyter INTERIORTULUS, CAMILUS de l'AGLIO et GASPARINUS TASSELLA lanio, et alias homicida in liberam custodi-

 am

am coniecti fuerunt, ac processus eorum interea formabantur. Verum plerisque illorum noctu domum suam ire premittebatur, et mane redire. Archipresbytero Franc. Interiortulo permissum fuit saepius exire sub colore aegrotos visitandi, quamvis praeter duos illos sacerdotum esset Sondrii plus satis: permissum fuit etiam Missas celebrare, ac populum publice alloqui, quod die Paschatis praecipue ab ipsis factum est. In eo enim Sermone ad populum habito, illum ad constantiam, suique defensionem hortati sunt, lacrymas ex oculis populi excusserunt, unde omnes mirum in modum in rabie sua confirmati sunt. Postea in Palatium Gubernatoris revertebantur, ubi delicias agebant in ludis, compotationibus, et frequenti visitatione suorum, quamvis ubi Raeti aliqui adveniebant, fingebant se stricte retineri, sibi a Gubernatore iniuriam fieri, aliaque huiusmodi. In tali statu constituti non desinebant in adversarios Evangelicos minas spirare, sic ut libere diceret Archipresbyter, *non permissurum se ut res tali diutius pede subsistat, sed velle omnino exteros Lutheranos aliqua via vel ratione auferri, etiamsi certus esset se ad locum Maraveiae deducendum fore.* Is Maraveia iam ante duos annos sub gubernio Domini antecessoris HARTMANNI ob crimem laesae Majestatis rotae supplicio affectus fuerat. Ab ista Magistratus lenitate animabantur seditiosi eo magis in proposito; coeperuntque complices fautoresque eorum agere apud omnes Romanae Religionis homines non tantum Sondrii, sed etiam in aliis communitatibus vicinis, ut ab omni cum Lutheranis commercio, sive emendo, sive vendendo, sive quid aliud agendo abstineant; quo per eam viam omnia media illis auferantur se sustentandi, ac inprimis de discessu cogitent, cum undique se premi viderint, ac Decretorum Dominicalium, per quae inter diversae religionis homines libera esse debere commercia cavetur, rationem ullam haberi. Ad Consilia etiam saepius confluebant, praesertim in aedibus HERMETIS PARAVICINI in quibus sua apertis ianuis tractabant: inibi deliberarunt illi quosdam ex suis ad Dominos ac singulas Raetorum communitates mittere, qui seditionem caeteraque designata patrataque excusent, extenuentque; in Evangelicos autem exteros calumnias spargant, quasi nempe homines sint superbi, insolentes, quod taleis i. e. vectigalibus communibus subicii nolint, omne lucrum ad se petrahere studeant; quod eorum causa ante triennium oportuerit Evangelicorum Sondrii Templum augeri expensis

pensis totius Communitatis, nunc vero idem Templum brevi de novo augendum foret, si Schola Sondrii erigeretur; quod se suasque domos armis muniant; quod in sermonibus vulgaribus irreligiose nimis de Papa loquantur: in summa omnia corraptare, per quae Evangelicis exteris invidiam ac odium concitare queant. Et tamen haec adeo inique fiebant, ut nemo non agnoverit agni aquam turbantis fabulam denuo ac serio agi. Tali quippe modo exteri Evangelici, praecipue Sondrii habitantes se inter adversos illos gesserant, ut nec dictis neu factis ullam irritationis iustae causam dederint, atque boni illi se promtos offerebant coram quolibet aequo iudicio se sistere, ac rationem omnium dictorum actionumque suarum reddere, imo probare quod facto ipso multa beneficia in Sondrienses contulerint, prout id de Comite Ulysse Martinengo sigulariter omnibus notum erat, qui ante aliquot annos, quum Communitas Sondriensis versuram facere necesse haberet, is tribus millibus coronatorum expensum eis satis calamitatem publicam sublevaverat. Praeterea Sondrienses coryphei cum reliquis totius Vallis Tellinae, et Vallis Clavennae consilia communicabant, prout cognoscebatur id ex consiliis nuntiorum Vallis Tellinae Sondrii pluries factis, a quibus Viri professionis Evangelicae repellebantur. Clavennam identidem mittebantur nuncii, atque Aprili Mense ipsimet se contulerunt Io. Georg. SERTULUS, Gaud. SCARPATEGIUS, et Petrus Antonius GIRARDONUS: similiter Clavenna profectus est Sondrium pluries ea de causa PAULLUS PARAVICINUS, litteraeque missae ultro citroque. Quum Magistratus lento pede incederet, neque in Auctores, promotoresque Seditionis ulli graves processus formarentur, in eam securitatem elationemque venerant complices ut victoriam iactare non dubitaverint, aperte dicendo suos brevi pro innocentibus absolvendos, Evangelicos vero in expensis condemnandos, nimirum ut super vulnerum dolorem, et mortis imminens periculum, a quo divina providentia mirabiliter dirigente liberati erant, super iniurias acceptas, calumnias ac mendacia plenis modiis impudenter effreneque effusa, etiam quasi cumulus superaddatur afflictionis. Hoc in statu res Sondrii se habuerunt, usque ad Raetorum Comitia quae ad festum Corporis Domini mense Junio Curiae congregata sunt.

Dum vero Comitia exspectantur, strenue laborarunt seditiosi ut undiquaque vicinos, saltem cisalpinos in sceleris pertraherent societa-

em. Non diu poſt tumultum Sondrienſem OCTAVIUS MEDIOLANENSIS Monachus ille Borromaei emiſſarius Peſclavii eandem contilenam cecinit, a qua ſuae confeſſionis homines excitati, armis inſtructi, impetum in Evangelicos facturi erant. Aſt quia Evangelici undiquaque moniti erant ut ſibi invigilarent, hi parati fuere ad ſe defendendos; quod cum vidiſſent illi, a vi, et armis diſceſſerunt. Emiſſarii illi PLURII atque MESAUCI Scholas ſecundum interrogatorium (neſcio quem cathechismum) Borromaei inſtituerant, medio quarum Romanenſes ab omni commercio cum Evangelicis abſtrahebantur, contra odio in eos, ut et in Magiſtratus implebantur. Magiſtratus quando advertit iſtiusmodi tanto ſtudio agi, facile cognoſcere potuit anguem in herba latere, malaque graviſſima impendere, ubi pro merito poenas in reos decreturus eſſet, non accepto prius a confoederatis omnibus conſilio. a)

Cardinalis interea Borromaeus fideliſſimorum clientium cauſam adiuvaturus effecerat apud Quinquepagicos Helvetiae, ut ſuo nomine ad inſtantia Raetorum Comitia Legati mitterentur, qui favorabilem ſubditis catholicis Vallis Tellinae ſucceſſum obtinerent. Hinc vix conſederant Raetorum Comitia, quum d. XXIV. Junii, adſunt NICOLAUS KUNTZIUS b) Lucernas Praefectus Locarnenſis, AMBROSIUS PUNDTENERUS Uranienſis Eques, ANTHONIUS Landmannus Suitenſis ac Eques, Dominorum ſuorum nomine ſequentia poſtulantes quae voce primum, deinde etiam ſcripto Ampliſſimo conſeſſui Raetico exhibuerunt. Earum hic tenor erat.

Praemiſſa ſolita amicitiae teſtificatione, dicebant ad aures ſuas perveniſſe, quem in modum inter Raetos Dominos ipſorumque ſubditos controverſiae natae ſint, ex cauſa quod catholicis, antiqua privilegia, conſuetudines ac pacta non obſerventur. Volunt ergo Raetos ſcire, vicinos in Italia Principes religionis acatholicae ac novis in confiniis progreſſum, nullo modo oculis indifferentibus aſpicere, adeoque quid hac in parte Dominorum ſit Officii, eoque neglecto, quae cum tempore malae conſequentiae evenire poſſent, conſierandum relinquunt. Perte-

a) Protoc. Raet. ad 26. Jun. 1584. Conf. Calandrin Reſp. ad Stupan. in Diſp. Tiran. p. 75.

Petebant igitur pro 2do. ne nullum catholicis in exercitio eorum religionis ponatur impedimentum, verum permittatur ut libere Praelati suam exercerant Ecclesiasticam Jurisdictionem, atque ut a populis in sacerdotes recipiantur quoscunque voluerint, sive indigenas, sive extraneos: e contra ut e Raetorum dominio abigantur Religiosi extranei a Patria profugi, ac Paelatorum quibus suberant testimoniis non instructi, a mora enim istorum ac protectione quam hactenus isti habuerint plurimum detrimenti sensisse catholicos; istis proinde hospitium concedendum nullum, nulla Ecclesiae, Scholaeve cura eisdem committenda. Tertio; quum intellexerint, apud subditos ac speciatim in Valletellina, et Clavennae quodpiam collegium, seminarium Scholamve, quae ritus catholici non sit, institui, postulant ut nulla alia Schola praeterquam ritus catholici concedatur, et si quae alia hactenus instituta fuit, in gratiam vicinorum Principum, ac propriae tranquillitatis, tollatur. Propositionem claudebant instando ut Raeti communem Patriae quietem, amicitiam cum vicinis, bonum denique subditorum sibi cordi esse velint; ne aures adhibeant (sic eos loqui facit Lavizzarius, alibi ubi exstare oporteret non reperio) profugis quibusdam exteris, qui iacientes semina periculosarum contentionum, hoc malum promoveant. Ultimo protestabantur, quod ubi fidum suum negligatur consilium, et incommoda malaque exinde proventura sint, nunquam se adduci velle ad dandum auxilium contra catholicos eiusdem fidei consortes; verum habere Raetos ut sibi malum imputent, qui sponte ea ac studio adtraxerint.

Facile erat divinare, ex cuius inflatione tibiae Helvetiorum eum ederent sonum; intervenitque oppido seniorum prudentiorumque moderatio, quae iniuriis irritatos aliorum animos paullisper temperavit, ne acrior ac pro merito daretur responsio. Voce ea ac scriptis reddita est in hunc sensum. Post relatas Amplissimis quinque Helvetiae Pagis, ob amicitiae testificationem, gratias, oblataque vicissim bonorum vicinorum confoederatorum Officia, quoad propositum articulum primum mirantur Proceres Raeti apud Helvetios gliscere famam de dissidio quod ob religionis causam inter Raetos diversae confessionis agitetur. Nihil quippe dissidii ob eam causam inter suos observari aut esse; utramque Religionem in Raetia sua libertate frui, neque ullo mo-

lo modo admitti ut quiſpiam ad hanc vel illam cogatur; matrimonia, quae contrahunt invicem, conventus, quos uniti celebrant, et commercium, quod amice colunt, amicae huius concordiae invictos teſtes eſſe; Libertatem, qua ipſi fruuntur, eandem ſubditis quoque ipſorum concedi; neque habere ullo modo quenquam quod conqueratur privilegia aboleri, conſuetudines negligi, aut inita pacta conculcari, quum paratos ac promtos ſe offerant ad adimplenda omnia illa, quae dictis Inſtrumentis contineri oſtendi poſſint. Quod vero ad Eccleſiaſticos pertineret, in quos aeque primus ac maxime ſecundus Inſtructionis perlectae articulus intendit, iam olim abs Magnificis Raetiae Communitatibus ſaepius Decreta ſancita, edictaque promulgata eſſe quae elevare non liceat absque ipſarum conſenſu. Ad eas proin poſtulatum devolutum iri neque dubium quin deliberaturae facturaeque ſint, quod aequum ac iuſtum viſum fuerit. *) Ad tertium quod ſpectat punctum nunquam veniſſe Raetis in mentem tales aperire Scholas, quae vel Patriae ſervirent incommodo, aut vicinis praeiudicio detrimentove: verum ad gentis ſuae, et quando ita placeat, etiam extraneorum bonum fuiſſe a Raetiae Communitatibus concluſum Academiam erigere litterariam, in qua humaniora, ac linguae docerentur a Magiſtris utriusque religionis, prout id ex Schemate Gymnaſii inſtituendi typis impreſſo conſtet cuivis. Credere non poſſe quod tale inſtitutum, in catholicae ipſius Religionis emolumentum vergens a quoquam improbetur, aut impediatur; neque enim Raetos unquam ulli Principum obſtitiſſe, aut impedire adtentaſſe quo minus in ſuis Dominiis conventus,

*) Libet primum mentis conceptum, uti Protocollo autographoo ſcriptum viſitur, ſed forte quia acrius viſum, etiam deletum, hic exhibere: „ *Das man Ihnen aber die Prieſter und Mönchen, welche in der Faſten zu Ihnen kommend zu predigen, die dan zu zyten Allerley unruh anſtiſſtend, alsdan oeffentlich am Tage iſt, könne zulaſſen, daſs halten die Ehrſ. Gemeinden nit rathſam, welche bedenken tragen etc. So ſie aber fromme ehrliche Prieſter* (in margine additur: *leyder Gott erbarms*) *anſtellind, mögend ſie ihre Religion und Sacramenta celebriren, predigen, und anderſt thun, alles was ihr Glauben ausweiſt von manniglichen ohnverhindert.* Ad haec in margine eius aevi manus: *München und Pfaffen, Nunnen und Affen, Viltzleus, und Fledermeus, Huren und böſs Geld, tragt der Teuffel in alle Welt.* ——

tus, collegia, Scholasve inſtituerint. c) Tandem, Raetiae oratores nunquam paſſos fuiſſe perſuaderi a confoederatis quibus hactenus tantum tribuerint, absque omni cauſa, proteſtationem ſimilis tenoris, principalia confederationis puncta arietantem, ſibi potuiſſe intimari; nunc cum eam ſibi indici audiant, aliud non poſſe quam declarare, quod populorum ſuorum mens ſit, omnibus iuratis conventionibus, in omni caſu, absque exceptione ſatisfacere; interea vero ſe modum agendi quem quinque pagi erga ſe tenere declaraverint, principaliter Communitatibus trium foederum Principalibus ſuis, deinde etiam reliquis omnibus Helvetiorum pagis expoſituros, communicaturosque ut horum conſilio deliberationique ſtare oporteat. Id quod illi ſtatim quoque fecerunt. d)

His peractis motus Peſclavii ac Sondrii excitati in deliberationem venerunt. Animum habuerat OCTAVIUS ille MEDIOLANENSIS Comitiis ſe ſiſtere, quod ſciret cauſam ſuam fautoribus non deſtitui, et quod, ſi graviora pro merito ſubire daretur, inſtaret a tergo ultor. Auditae ſunt hominis excuſationes, leves, frigidae, Monacho dignae. Non iudicavit Senatus conſultum ambiguo adeo tempore in hominem extraneum acrius animadvertere; verum utrique parti hac vice Amneſtiam indixit, lege lata ut quando in poſterum plures eiusmodi tumultus religionis cauſa excitari contingat, a communi trium Foederum Senatu Tribunal conſtituatur, coram quo reus cauſam dicat ſub quingentorum coronatorum poena, et qui Proceſſui, qui a dicto Tribunali formatus fuerit, reluctabitur, ipſo facto ex conſeſſibus Raetorum adeoque omnibus publicis utilitatibus et commodis arceatur. In bonum pacis iuſſi ſunt Peſclavienſes duos illos extraneos Monachos turbarum Auctores, amandare, ſub ante ſcripta 500. coron. poena ſi contravenerint, e contra in eorum locum alios quos velint honeſtos, Sacerdotes, Raeticae vel Helveticae Nationis ſuſcipere. Decretum item eas

c) Laviz. Mem. p. 103.

d) Litterae Senatus Raet. ad VIII. Helv. reliquos Cantones datae ſunt ſub 27. Jun. 1584. Ext. Arch. Tom. V. fragm. B.

eas Communitates, quae Calendarium novum Gregorianum suscepisse convincerentur, mulcta pecuniaria onerare: cui facto exquirendo a Senatu delecti sunt duodecim Viri isti; in Praesidem LUCIUS TACKIUS Curiae Consul, Gaudentius JUVALTA, Io. Georg SCARPATECTUS, AMMANUS PAULLUS de OBERVAZIO, Capitaneus IO. A'ZUNIO, Georg. GAUDENTIUS, Antonius a SALICE Rupraetor Rudolf. â SALICE, Thomas CAZINUS Susiensis, Michael N. Brusiensis, IO. de JACOBIS Monasteriensis, Actore MARQUARDO KÜENLO Tomiliano, fervido si quis alius Romanae religionis propugnatore. e)

Magna laborabant extranei illi Monachi invidia, ex ea quoque causa, quod durantibus tumultibus illis THEODORUS a QUERCU, Julii a quercu Ministri Tiranensis filius, malitiose extra ditionem Raeticam abductus fuerat Mediolanum, ac Inquisitioni consignatus.

Certa quoque adlata fuit Relatio Monachum Mediolanensem a Borromaeo in Misaucinam missum nulla parte sociis eius, qui Pesclavii ac Plurii degebant, meliorem se gerere, verum pro Hispano totis viribus laborare, Calendarium novum introduxisse, ac Scholas secundum interrogatorium Borromaei sedulo curare frequentandas. Quam ob rem ad dandam factorum rationem citatus fuit ad Raetorum Senatum proxime congregandum.

Audita expositione eorum quae Sondrii, Clavennae, ac Plurii facta ac commissa erant, Senatus Raeticus XV. ex suo numero prudentia, auctoritateque valentes denominavit Viros, nempe Exlandrichterum GAUDENTIUM a CASANOVA, Landr. PAULLUM FLORINUM Desertini Landammanum, Exlandr. GALLUM a MONTE, IO. a CAPAULIS Judicem Flemii, IO. GEORGIUM Judicem Vallis Rhenanae, ex Foedere Gryseo; JACOBUM MENHARDUM Curiae Syndicum, Capitaneum BABTISTAM a SALICE, ANTONIUM a SALICE de Riedberga Praefectum Fürstenovianum, IO. GEORG. SCARPATECTUM Praefectum supra Saxensem, JOANNEM DUSCHIUM Judicem superioris Oengadinae, ex Foedere cathedralis, MEINRADUM BUOLIUM Pundslandammanum, CHRISTIANUM GASPA-

e) Protocoll. Act. d. 26. Jun. 1584.

casparum Ammanum Coenobianum, vespasianum a salice Vicarium ac Judicem Jeninsii, Exgubernatorem hartmannum de hartmannis Judicem Corvantiorum pro X. Jurisdictionum Foedere, cuivis item Foederum collegio suos. Tres Cancellarios, ex unoquoque Foedere, qui fuere gub. schmidius Ilantinus, io. baptista tscharnerus Curiensis, denique io. gulerus Davosianus. Amplissimo isti Judicio delegato plena data est potestas in omnia quae Sondrii, Clavennae, ac Plurii post causam Scholae ventilatam, male dicta factave evenerant, inquirendi: mandatumque ut Clavennae, Plurii, aut etiam alibi, ubi Processus formati nondum sunt, eosdem instituant, et contra eos qui adversum Dominorum auctoritatem, dictis, aut factis peccaverint pro merito agant; scelleratos illos qui theodorum a quercu, Julii a quercu Ministri Tiranensis filium, vi ac astu Mediolanum abduxere Inquisitionis Officio consignatum, exquirant, ac puniant; Monachos extraneos de Raetica ditione facessere iubeant; novas Congregationes, (vulgo Scholas) secundum borromaei interrogatorium, Plurii ac alibi institutas dissolvant ac aboleant; gravamina adversus Scholam scripto consignent ac ad trium Foed. Senatum deferant; Scholae Rectorem Raph. eglinum bona spe perdurare iubeant; citatas quasdam contentiones inter Doct. marlianicum, et Doct. paravicinum odiose agitatas componant; efficiant denique ut Religioni Evangelicae addictis, sua Templa, Ministri, personae, ac bona salva, et inviolata constent. h)

Amplissimum istud ex Illustribus Viris compositum Judicium iter ingressum est in Vallem Tellinam post primos Julii mensis dies. Ad famam adventus eorum se subduxerunt Presbyter Interiortulus, Hermes Paravicinus, Gasparinus Tassella; fugam item arripuerunt alii plures, magno numero, inter quos primipili Doct. Fabricius Lavizzarius Io. Baptista, et Carolus Lavizzarii, eiusdem fratres, Alexander Carbonera, Georgius Sertulus, Io. Petrus, et Franciscus eiusdem filii, Constantinus Lavizzarius habebantur. Inspecto Processu a Gub. iam formato, custodiae dati sunt ex complicum coryphcis, quot quot inveniri adhuc potuere. Primus in Judicium prodire iussus est Archipresby-

h) Act. d. 17. Jun. 1584.

presbyter. Sed is innocentiam indefessus crepare. Quum ergo nihil fateri vellet, ad torturam fuit condemnatus. Sed nec per eam extorqueri aliud potuit, quam tumultum a se fuisse excitatum ad impediendam erectionem Scholae, efficiendumque ut Monachus Balerna in oppido perdurare ac praedicare possit; verba illa dura atrociaque in Evangelicos effusa derivasse ex suspicione quam habuerit, ab eis provenire tam edictum Scholae, quam expulsionem Monachi. Praetereaque nihil. At Caesar, ac Nicolaus Pusterla, Io. Iac. Girardonus, et Hannibal Balbianus in tormentis fassi sunt conventum inter ipsos fuisse omnes Evangelicos qui in Valletellina, et Pesclavii sunt ad unum interficere: Initium stragis dandum fuisse Sondrii, Sondriensiumque exemplum sequi debuisse reliquas Communitates. At cum initium minus ex voto successerit, alios se intra tecta sua continuisse. Quod vero in caedes Sondrii statim non proruperint complices, provenisse a rumore adlato a rusticis extra oppidum narrantibus Evangelicos montis Sondrii ex quo minas ac motus die XXV. Martii in metrocomia factos senserint, in armis stare omnes, ad defensionem sui paratos. i)

In formandis iudiciis Tribunal clementiam praetulit iustitiae, sub spe fore ut ferocia mitigetur. Archipresbyter iussus fuit 1) iurare quod Monachos exteros admittere amplius nolit, 2) Evangelicam religionem convitiis nec proscindere, neu alia via inconvenienti lacessere, velit, 3) quod Bullas, ac indulgentias nullas publicaturus sit: denique in poenam excitati tumultus in ducentos coronatos condemnatus est. Eiusdem pretii mulcta imposita fuit Gasparino Tassellae, praetereaque nihil. Bona Presbyteri Interiortuli fisco adiudicata sunt, ipseque ad dies vitae proscriptus; sed et haec poena ad fratris ipsius, paupertatem obtendentis, supplices preces fere tota remissa, et ipse post Judicum discessum ad sua reversus est. Franciscus Pusterla sexaginta coronatis mulctatus. Georgio SCALVEZARO, et DIONYSIO a PLATTIS qui puerum Theodorum a quercu primum ad Missam adegisse, deinde Mediolanum abduxisse convicti erant, intimatum ut puerum reducant; et si id facere neglexerint, haereditate seu patrimonio priven-

i) Notit exstant. ap Ampliss. IO. LEü Tig.

priventur. Caeteris omnibus culpa condonata. ii) Presbyter Plurii, a Borromaeo miſſus, iuſſus eſt ſtatutis Dominorum vivere, Calendarium novum, et interogatorium Borromaei, quae hactenus ſuis ſollicite inſerebat, abrogare, k)

Quoad ſeminarium; factae ſunt proviſiones ad eius erectionem ſtabilitionemque: Mandatum ut Praetorium vetus Sondrii huic inſtituto ſerviat, ſumtibus totius Vallis comparandum. Profeſſori Primario RAPH. EGLINO LXXX. coronati, Hypodidascalo LXX. infimaeque Claſſis Praeceptori LX. coronati pro ſtipendiis annuis adiudicati ſunt. Ad annuam ſubminiſtrationem iſtius ſummae deſtinati fuere hi cenſus. 1) Legatum quod ALEXANDER RONCADELLUS Cremonenſis, Genevae defunctus religionis cauſa exſul, piis ex Italia profugis teſtatus fuerat, importans annuo coron. 38. 2) Ex telonio Morbenii 62. ½ coron. 3) Ex Sacello D. Urſulae, et D. Margarethae Tilii 120. cor. 4) Ex Sacello de Fini Trahonae 30. cor. 5) Ex Sacello Simonis Venoſta de Tirano 6. cor. 6) Ex Sacello Baptiſtae Torelli de Villa 14. cor. 7) Ordinatum ut Telonium Tirani haſtae ſubiciatur, et plura danti committatur ac quod exceſſerit ſummam, quae hactenus in aerarium data fuit, in uſum Scholae referatur. Moleſtia hos cenſus exigendi, exſolvendique, Gubernatori ac Vicario Sondrii conſidentibus demandata. Duorum iſtorum etiam erat ex Sondrii habitantibus, tres eruditos ac prudentes denominare viros Scholae curatores, qui inſpectionem tum in diſcentes tum in docentes habeant, ut omnia diligenter, rite ſancteque peragantur. l)

Judices iſti denique Edictum promulgarunt, quo dehinc qui ſeditionem movere comperietur poena capitali damnabatur, mandabatur vero ut neutra religio invicem convitiis laceſſat, ſed ut con-

 cives

ii) Proinde omni veritate deſtituitur quod Juſſanus, et ex eo Quadrius prodiderunt, populum Bregalliae ſublatis vexillis inſurrexiſſe ad pellendum Monachum Plurienſem.

k) Act. d. 16. Jul.

l) Act. d. 24. Jul. Morbennii.

cives concordiam colant, semetque amice tolerent. His peractis Judices in patriam quasi rebus feliciter gestis, sub finem Julii reversi sunt.

Vix pedem ex subditorum terris extulerant Quindecim - Viri, cum Valltelini triginta ex suis deligunt, qui ad communitates Raetiae proficiscantur, efficiantque ut omnia quae a Judicibus illis acta erant rescindantur. Caput gravaminum erat quod Archipresbyter Pusterla, nulla habita muneris ac personae ratione, graviter tormentis excarnificatus sit, licet nullius potuerit convinci, quod tantam meruisse poenam ex aequitate iudicari possit. Relictum mandatum de emenda domo pro erectione Scholae exagitabant, dicendo illud esse extremam Vallis perniciem; quum enim intra anni spatium in Vallem Tellinam quater fuerint missi Commissarii, qui gravibus impensis integrae Valli steterint, clamabant plurimorum sibi impositorum incommodorum nullam prorsus rationem haberi. Praeterea interrogatorium Borromaei, Scholasque ad eius dictamen institutas querebantur non potuisse adimi sibi absque infractione catholicae libertatis, quam tamen semper salvam voluerint communitates. At Foederum oratores tunc Curiae congregati, Valtelinorum propositum intelligentes, Edictum ad ilios miserunt, quo omnibus ac singulis inhibebatur sine praehabita licentia eorum ad quos spectat, ullas Lamentationes ad Communitates devolvere, sub poena tam privationis facultatis, quam vitae amissionis. m)

Nec tamen a proposito absterriti sunt seditiosi; quinimo ex eo tempore omne cum Evangelicis commercium studiose vitabant. Saepe nominatus Gasparinus Tassella Lanio ipsi Gubernatori carnes venales petenti, negavit vendere. Imo erant etiam qui explorabant, ne quisquam catholicorum ab Evangelicis exteris quidquam emere ausit, quo scilicet tandem discedere cogantur. Pergebant alii atrocissimas evomere calumnias maxime contra Ministrum Calandrinum, et Natalem Pataviam, quo armorum genere inprimis notatus fuit decertasse BAPTISTA FELLOSIUS, Signifer dictus ea propter Papistarum. Archipresbyter Pusterla tandem die XXIII. Septembris clam nocte intempesta Mediolanum versus discessit, indeque Romam abiit; unde ad suum coetum rever-

m) Dat. d. 29. Aug.

reverſus amplius non eſt: inſuper prorſus habito interdicto Gubernatoris Judicumque caeterorum, iureiurandoque illis dato, quibus ſe obſtrinxerat, neque litteras extra territorium mittere, neque pedem quoquam movere cauſam male prodidit; omnibus reputantibus ex decore Paſtoris nullius ſibi conſcii non eſſe ut tali ratione ſtatione decedat. Poſtea innotuit id ſubiti conſilii a metu ſuggeſtum fuiſſe, quum ſuſpicatus ſit, ſecreta conſilia quae poſt Commiſſariorum diſceſſum cum complicibus agitata erant, Magiſtratui Raetico paullo adtentius vigilanti revelata, aut delata fuiſſe. Archipresbyteri exemplo Baptiſta Comenſis omnem paulatim ſubſtantiam Comum dimiſit, quorſum et ipſe cum familia mox ſubſecutus eſt: idemque fecerunt etiam Paullus Caranna, Gaſparinus Taſſella, et ex complicibus plures. At ubi animadverterunt vano metu fuiſſe perculſos, conventus extraordinarios reſumſerunt, in quibus omnia quae tractata non licuit reſcire, praeter unum hoc, quod XII, delecti fuerint, quibus commiſſum ſecreta inveſtigatione inquirere in eos qui querelas complicum ad Dominos, aut quinam de ſeditione iam antea detulerint. Eo enim res redacta erat, ut quando Evangelicis inſultus iniuriaeve inferebantur, eo caſu ab offendentibus, ille qui de facto teſtabatur ſi erat Evangelicus, nullus declarabatur, ceu teſtis in propria cauſa: ſi autem Papiſta cum lupis ululare cogebatur. n)

Quatuor Evangelicae in Helvetia civitates, audita ſubditorum Vallis Tellinae contra Dominos ſeditione, iam neceſſarium rati ſunt proſpicere, ne de iſtis initiis Hiſpanus gradum ad ulteriora faciat, ſibique indies moleſtior evadat: Auctores itaque per Legatos in Raetiam miſſos fuere Gryſaeo ſimul ac Cathedrali Foederi, ut ſecum commune foedus defenſivum inirent. Hanc oblationem Raeti ambabus ulnis accipiebant, ſed volebant ut Decem Jurisdictionum foedus in eandem quoque foederis ſocietatem ſecum admitteretur: Lex enim eſt inter tria foedera fundamentalis per quam non licet uni Foederi abſque conſenſu concurſuque alterius cum quoquam ulla pacta inire. Sed tergiverſabantur Helvetii tertium foedus in ſocietatem cooptare, metuentes nempe ne ab ea Actione ſibi cum Auſtriaco, cui in illo foedere multa iura

n) Calandrin. ad Contium d. 2. Octobr. 1584.

iura ac privilegia tum quidem erant, contentiones nascerentur; atque Raetis suaserunt ut potius ab omnibus Helvetiorum pagis cooptationem pro omnibus tribus Foed. in corpus foederis Helvetici sollicitent, aut si id minus succedat, cum VI. pagis Berna, Basilea, Friburgo, Salodoro, Scaphusia, et Abbatiscella in easdem conditiones foedus feriant, secundum quas cum reliquis VII. Cantonibus olim contractum habent, observatumque. o) Ad ista perficienda, Badam, ubi Cantonum oratores convenerant, delegati fuere pro Gryseo PAULLUS FLORINUS, pro Cath. DIETEGANUS SALICEUS, pro tertio denique foedere PETRUS GULERUS, quibus plena potestas data erat super Patriae commoda tractandum deliberandumque. p) Oratores Helvetiorum in eo conventu praesentes Raetorum petitionem scripto exceperunt ad Principales suos deferendam. Interim a variis studiis maxime abs religionum discrepantia factum, ut tota haec tractatio primum dilata sit, deinde accedentibus Hispani operis, Raetos ipsos invicem committentis, in auras abierit, ut suo loco dicetur.

Seditionis Auctores interea in obstinacia sua pergebant, nil verentes Dominorum iram provocare; at Raetici Magistratus calamitati temporis cedendum rati, nil gravius in eos statuere voluerunt, ne caussari possint perfidi se a Raetorum severitate compulsos ad Hispani implorandum axilium, adeoque Raetis imputari possit quod studio bellum in suas terras accersiverint. Indidem quippe ad Raetos novae relationes afferebant mox in Castellum Mediolani novum de die in diem militem induci; mox ad ditionis Raeticae limites exstitisse qui locorum situm ac opportunitatem adtentius lustraverint, et huius generis plura; quae adversum Raetos directa esse nemo dubitabat. q) Nec tamen datum fuit Cardinali BORROMAEO tam anxie, diuque quaesitum consiliorum fructum oculis percipere: is siquidem die III. Novembr.

A. 1584.

o) Protoc. Raet. ad 2. Jul. 1584.

p) Credentialium *una* directa est ad IV. Civit. Evangel. *altera* ad VII. pagos antiquos Tigur. Lucern. Uran. Svitz. Glaron. Subsylvan., et Tugium. *tertia* ad. VI. pagos Bern. Bas. Frib. Salodor. Scaph., et Abbatiscell. sub dato XI. Jul. 1584. Conf. Lauffer Part. X. Lib. XI. pag. 300.

q) Litt. Commissarior. ad Senat. Raet. m. Jul., Aug. 1584.

A. 1564. in ipſa ſceleratiſſimi foetus excluſione (ut loquitur Calandrinus), r) exſtinctus eſt, adque reddendam de factis rationem coram Divino Tribunali evocatus. Sed deſignata ipſius quia prope erant ad maturitatem, cum ipſo ſepulta non ſunt, uti mox patuit. Namque in Comitiis menſe Decembri Curiae celebratis comparens ANTONIUS CALMANA a CAROLO TALCAVIA de ARRAGONIA Duce de Terra nova Gubernatore Mediol. legatus Raetorum conſeſſui expoſuit dolorem quem Principalis ſuus conceperit ex iis quae a Commiſſariis trium Foederum lapſa aeſtate acta ac conſtituta fuerint, pleraque enim nova inſtituiſſe, per quae religionis catholicae libertas infringatur eoque pertinere Decretum erigendi Sondrii Seminarium, nec non aliud illud, quo extraneis admiſſio ad Eccleſiarum beneficia non conceditur: quum vero Majeſtatis Catholicae dominia, Valli Tellinae confinia ſint, propoſitum eidem Sacratiſſimae Majeſtati eſſe catholicam religionem conſervandi, defendendi, omniaque illi contraria in tempore removendi, ne infectio invaleſcat, et ſua Majeſtas cogatur ferro, armis, ac magna ſanguinis effuſione eam exterminare, prout ab annis iam XX. in Belgio fieri neceſſe fuerit, quum nullo prorſus modo innovationem ullam admittere velit aut queat: Raetos itaque monebat, ut ſeminarium Sondrii abrogent, extraneis Monachis copiam veniendi in Vallem Tellinam, circumeundi, docendi, ac habitandi, concedant, Religionis cauſa ex Italia profugas ne tolerent, verum Praelatis a quorum obedientia diſceſſerunt, vel in Praefectorum ſuae cath. Maj: manus remittant; declarando quod ſi Raeti in dictis Articulis ſibi non fuerint gratificati, tum coactam ſe videat ſua Majeſtas ad abſcindendum Raetis, eorumque ſubditis omne prorſus commercium. Haec ille coram Senatu, d. 9. Xbr. ſatis Hiſpanice, ac imperioſe. Miniſtri Evangelici Raetis Dominis ſuggerebant inimicam hanc Hiſpani declarationem provenire a falſa ac perverſa notitia quam de novo Seminario illi adtulerint Raetiae malevoli, ſuadebantque, illum plenius de re tota edocendum, declarandumque neutiquam collegium inſtitui theologicum, verum grammaticum tantum, in quo juventus, linguas arteſque liberales doceatur. Sed alterius opinionis fuere Regii gallici Legati FLEURY, et de LIVERDIS, qui per Interpretem ipſorum Paullum FLORINUM Raetis Aucto-


r) Diſp. Tiran. p. 75.

res fuerunt, erectionem Seminarii missam faciendi, ne sub hoc praetextu a Hispano quod intendit opprimi cupiant. Tigurini Raetis amicissimi, Legatorum consilio adprobato, RAPHAELEM EGLINUM revocarunt. Raeti tantorum amicorum suasionibus obtemperantes Seminarium Curiam transferendum esse decreverunt. Legato Hispani responsum est. Nunquam dedisse Raetos occasionem catholicae Majestati ut sibi suisve irascatur: at quia adparet saluberrimum institutum Seminarii perversis suspicionibus traduci, facile descendisse, ut et hunc scrupulum eximant; et ex ea causa seminarium illud trans alpes alio transferre deliberasse. At Decretum quoad Monachus non licere sibi immutare, aut rescindere, ob causas Reip. necessarias, ac salubres. s) Huic Senatus consulto Gubernator tantisper adquievit. t) Raeticus Senatus EGLINUM honorario liberaliter, ut decebat, ac merebatur, habitum, testimonio denique ab utriusque religionis addictis, moderationem, ac diligentiam ipsius impense laudante, ornatus luculentissimo, cum debitis erga Senatum Turicensem Officiis Turicensibus restituit, qui post unius anni moram apud Raetos inter turbas tractam, ineunte anno 1585. salvus ad suos reversus est. u)

s) Litt. dat. d. 12. Jan. 1585.

t) Resp. ad Raet. dat. d. 2. Febr. 1585.

u) Act. d. 18. Jan. 1585.



CAP.

CAP. III.

1584 — 1585.

Card. Borromaeus decedit. Panigarolae Episcopo Astensi commendat exsecutionem consiliorum contra Raetos respectu Vallis Tellinae ab annis aliquot agitatorum. Capitaneus Rubbiata consilia Thomae Morono manifestat. Iste rem Officialibus Raetis prodit. Aliqui Ecclesiastici Vallis Tellinae iudicio subiiciuntur. Subsistunt pertinaces in negando. Ad intercessionem Episcopi culpa illis condonatur. Milites Tectoni ac Rubbiatae Vallitellinae adpropinquant. Raeti vexilla sustollunt. Hostes dissolvuntur. Re minus prospere gesta Gubernator Mediol. declarat Raetis nil sibi cum nebulonibus fuisse consilii, ac Rubbiatam capite plectit. Articuli a vexillis Clavennae sanciti. Legati Hisp. in Comit. Badens. excusatio. Hispanus obliquo continuo oculo Raetos intuetur. Grysei a Hisp. irretiti causa sunt, cur Foedus cum Helv. non procedat. Deductio momenti Calendarii Gregoriani, et quas ob causas a Raetis, ac Protest. omnibus reiectum sit.

Dimoto per complicum ferociam, Hispanique auxilium ex Valletellina bonarum litterarum Gymnasio, defuit bonis illis ulterius quiritandi ansa, titulusque ad concitandam in Raetos Dominos invidiam, ac dissidia inter eosmet suscitanda: ast ab ea victoria, (si effectus ferociae tali nomine sit appellandus) animati sunt ad progrediendum pede coepto, atque etiam reliqua designata, super quae ipsis cum Cardinali convenerat, et quae superius iam adtulimus, in effectum mittendum.

dum. Quum igitur Raeticus Senatus petitionibus Gubern. Mediol. per CALMANAM factis, ea moderatione satisfecisset, ut nullo colore auderet ille aperto marte contra Raetos agere, iam de alia via dispiciendum fuit, per quam Valtelinis daretur, ex Raetorum iugo se subducere, stragemque in Lutheranos ad internecionem eorum edere. Et haec adeo difficilis inventu non fuit, quia Valtelini dicebant, sufficere sibi ad aliquot tantum dies, quadringentorum circiter militum numerum; semel enim patrata strage, valere se solos ad quemcumque Raetorum impetum. Itaque Cardinalis nolens in ea parte a se quidquam desiderari, eo operas suas direxit, ut Valtelinis, quando commodum videretur, militum praesidium ad manus ac in promtu foret. Erat tunc Mediolani civis quidem nomine RINALDUS TECTONUS, qui olim mercaturam exercuerat, at fortunae simul ac fidei naufragium fecerat, homo novis moliendis, adque firma conturbanda, aptus, ingeniosus, solers perspicax: huic demandatum fuit antememoratum militum numerum tecta si fieri posset arte, ne scilicet Raeti rescirent, conducendi, ut cum eis in Vallem Tellinam illabi possit, et liberare catholicos ex iugo haereticorum. Iste assumtis in societatem IO. AMBROSIO RUBBIATA, THOMA ABDUA, et CAROLO BALCONO, suae farinae hominibus, Praesulis favore tectus, ejusdemque nummis suffultus; intra breve temporis spatium continuo militum numerum conquisivit, ac in parato habuit. Sed noluit eos Cardinalis in Vallem Tellinam immittere, ante intellectum successum Legationis Calmanianae; sperando ut si Raeti Edictis factis duri insisterent, eo casu et speciosus magis adesset titulus in Raetos irruendi, et Regis quoque nomine aperto marte decertandi. At dum negotium sic trahitur, Cardinalis lethali morbo corripitur, ex eoque, ut superius diximus, extremum obiit diem: is tamen moriturus abunde caverat, ne disignata interciderent, atque FRANCISCO PANIGAROLAE Franciscani ordinis Episcopo ASTENSI rem totam commendaverat, ut sub eius auspiciis consilioque in effectum deduceretur. Non defuit Officio sibi commisso Panigarola, ast Deo Raetis clementer invigilante, negotium illud totum illis manifestatum est. Sic ut satis in tempore adhuc malo occurri potuerit. In hac ratione evenit. Contigit versus finem Novembris Anni 1584. Gerae districtus Mediolanensis in Collimitio Vallis Tellinae, negotiorum suorum gratia versari THOMAM MORONUM Sondriensem, rusticum hominem, at callidum, ac mentem

mentem celare gnarum. Casus ita tulit, ut iste ad idem accederet Hospitium, in quod praedictus RUBBIATA cum socio itineris circa eosdem fere dies diverterat, commorabaturque. Ibi Rubbiata postquam de hominis patria, religione, ac vitae genere percontatus esset, eumque Sondriensem esse ac catholicum intellexisset, familiaritatem cum Morono contraxit, denique contractae amicitiae fidens, et causam praesentiae suae, et totum arcanum propalavit. Ad tantam revelationem quum gratularetur sibi impense Moronus, ille pergens in sinum effundit, intra paucos dies Vallem esse occupandam, Lutheranos omnes trucidandos; adque initium isti facto dandum solam exspectari a consciis significationem, quae scripto olim Cardinali consignata fuerit, sed nunc non reperiatur, et istam significationem accipiendam ac Mediolanum deportandam se advolasse: Conscios huius consilii inter alios esse ipsum Vallis Cancellarium, BAPTISTAM TAURELLUM de Villa, FABIUM QUADRIUM de Ponte, VINCENTIUM QUADRIUM S. S. T. Doct. et Eccl. Curiens. canonicum, NICOLAUM VENOSTAM Eccl. Cur. Decanum simulque S. S. Th. Doct. et primarios alios plures. Admodum placere sibi sanctum propositum testatus est Moronus, atque super hoc syngrapham Rubbiatae illam expetenti dedit, Sigillo suo munitam. Sed memor fidelitatis Principi debitae Moronus, litteris Trahonam statim missis Bernhardum MENGARDINUM cognatum sibi intimum accersit, cui rem totam, ut concredita erat, comittit, legitimo Magistratui deferendam; a) quod ab illo etiam factum. Moronus post paucos dies ipse accessit, et negotium totum plenius exposuit. Placet ipsam eius depositionem coram JACOBO de JOCHBERG Trahonensi, ac IO. ENDERLINO Morbeniensi Praetoribus in Acta relatam adponere, quae sic decurrit.

„ Anno 1584. die Saturni, 28. Novembris coram Magnificis Prae-
„ toribus Morbenii, et Trahonae sedentibus in Stupha officii Mor-
„ benii, constitutus Dominus Thomas filius Domini Gaudentii de
„ Moronibus, Comunit. Sondrii, ac interrogatus ut pro juramento
„ suo velit veritatem dicere super quibus interrogabitur. Ille delato
„ ipsi juramento, juravit vera esse sequentia, quae nunc respondet. La
„ cosa sta così. Ritrovandomi Mercordì prossimo passato a Gera, la

 „ sera

a) Litterae Moroni ad Mengardin. datae sunt Gerâ d. 21. Novembr. 1584.

„ sera in casa del Signorello, fui al fuoco insieme con un uomo, di-
„ mandato Capit. Ambrosio Rubbiata, il quale m' interrogò donde io
„ era. Risposi, che io era di Valtelina; e mi dimandò, se io conos-
„ ceva il Cancellier della Valle; ed io gli risposi di sì: e dimandò co-
„ me stava; ed io gli dissi, che stava bene, per quanto sapeva. E
„ poi dimandò del star di suo figliuolo il Prete; ed io dissi: non lo
„ so: perchè credo che sia in Coira: e lui rispose: non vi deve star
„ più, perchè gli hanno tolto il beneficio, et io lo aspetto quì, per-
„ chè ho mandato un messo a posta, e verrà con lui. E poi diman-
„ dò, da quante bande potevano venire li Signori Grigioni in Valte-
„ lina? Dissi da quatro Bande, cioè da Chiavenna, da Poschiavo, da
„ Bormio, e da Malengo: Credeva, che adesso non si potesse venir
„ da Malengo per la neve, disse detto Cap. Ma io gli dissi, vi si è
„ venuto essendo ancor più neve. E lui disse, di che Comune è det-
„ to Malencho? Io gli dissi, che era di Sondrio. Poi disse, quanta
„ gente farà Malencho, e quanta gente farà tutto il comune? Io gli
„ dissi, che in Malencho erano da 500. fuochi, e che tutto il Co-
„ mun avrebbe fatto 2000, uomini. E lui disse: quanti Comuni so-
„ no nel terzier di mezzo? Ed io gli dissi, credo sieno 18. Comuni.
„ Lui disse sono poi tutti grandi, come quello? Ed io gli disse, chi
„ grandi, chi piccoli. E lui disse: qual è il più grande, il terzier di
„ sopra o quel di mezzo? Io gli dissi: Credo sia più grande quello di
„ sopra, e la più parte di queste cose le ha sentite ancora il Maffolino
„ di Albosaggia. Poi la mattina seguente mi venne a trovare, e mi
„ disse: uomo da bene, se mi prometti di tener segreto, voglio ragio-
„ nare teco di certe cose. E io dissi di sì, che sarei stato secreto. E
„ lui cominciò a dirmi, che erano già cinque anni, che aveva atteso
„ a un nostro servizio, qual era a nome del Cardinal BORROMEO, e
„ che lui era parente di detto Cardinale, e che volevano liberare i po-
„ veri cattolici dai Signori Grisoni, e che mancava solo una fede,
„ qual era data al Cardinale, la quale di presente non si trova, e per-
„ chè detto Cardinale ha fatto testamento ed ha raccomandato questo
„ sopra tutte le cose, che fosse eseguito, giacchè era fatta la spesa
„ dei quattromille cinquecento scudi d'oro per far Capitanei, e Soldati,
„ ed ha lasciato in suo luogo il Panigarola, per questa impresa, che
„ abbia da eseguire sotto pena di scomunicazione, ed il Panigarola
„ ne

„ ne mancò: Il Duca fa questo, nè si vuol muoversi, prima che non „ abbiano quella fede del Cardinale, ed io ho mandato un compagno „ in Valtellina, ed a Bormio per averla. Laonde che in 24. ore sarà „ espedita ogni cosa, perchè se la nuova verrà buona, venendo la sera „ delle 24. ore, a ora di Cena ed innanzi che sia giorno, saranno „ pigliati li passi da Chiavenna, Morbegnio, e Traona, ed il resto „ si metterà la fanteria in Poslavo, perchè credono di non aver per „ Valtellina contrasto, e permettiamo, che sarà fatto pena di forca „ ai Soldati, a chi offenderà nessuna persona cattolica, nè in la vita, „ nè in la facoltà; e il Duca non fa questo per guadagno, ma solo „ per lontanare i Luterani d' Italia: e il Venerdì seguente venne la „ nuova, ch' erano morte da cinque persone in Casa del Signor Go„ vernatore, e che questo gli voleva dar gran travaglio. Poi mi pre„ gò volessi star alla torre ad aspettar il suo compagno, e io gli dissi, „ ch' io non lo conosceva: e lui mi disse, ch' era un uomo vecchio, „ vestito da Prete, e che aveva un cavallo bianco qual avea corta la coda, e „ che dovessi dirgli, che dovesse andar a Colico, e poi gli dovessi dar avviso, „ acciò esso potesse andar a parlare, perchè ivi non saria accettato, e „ mi vuolse dar per forza una giustina, perchè io li dovessi far que„ sto servizio; e me la diede, nè per quel giorno lo vidi più. E vero „ che il sabato seguente a ora di desinare, era poi venuta la notizia, „ che non vi era nessun sospetto, e che tutti si accettavano. Della „ qual cosa detto Cap. se ne ritrovò molto allegro, e giunse subito il „ suo compagno, e lo vidi che era come aveva detto; egli era in „ compagnia di Batista di Villa, Fabio Quadri di Ponte, ed il Curato di „ Poschiavo, e un altro Prete, e un qual credo sia di Bormio, qual „ deve aver nome Antonio, e credo vi fosse ancor il fratello del Tri„ garolo da Chiuro, e subito si ritirarono insieme con detto Cap. Si „ fecero molte carezze, e disinarono in compagnia. Poi essi s' imbar„ carono per andar in giù, e stando io quì nella piazza, venne det„ to Cap. a toccarmi la mano, e disse: sta allegro, e farai buono of„ ficio di quello tu puoi, e mi disse come aveva nome quello, che era „ diventato Cristiano, che aveva caro a scrivergli. Ed io gli dissi, che „ aveva nome Bartolommeo Martinico, ed che se gli voleva scrivere, „ che io gliela averia fatta avere, e dimandai come era passata „ la cosa del suo Messo, e disse, che la nuova era buona,

„ che

„ che tutti erano contenti della liberazione, e poi si partiro-
„ no etc. „

Indicia ista conspirationem proditoriam declarantia a Gub. RUD. SCHAVENSTEINIO Comitiis trium Foederum Curiae ad primos Ianuarii Anni proxime secuti MDLXXXV. congregatis delata fuerunt, ubi abs Proceribus illis ob tardantiam in significando, et socordiam eo quod indicatos comprehendi non curaverat, in re tanti discriminis, acerbis verbis exceptus ac habitus est. b) Morbeniensis ac Trahonensis Praetores iussi sunt VINCENTIUM MARIA QUADRIUM ac FABIUM QUADRIUM aliosque crimine notatos comprehendere ac Curiam consignare. Delectus factus militum in singula foedera, diserto mandato, ut quodvis eorum quindecimcentum armatos, omni bellico commeatu instructos in promtu habeat ad primum nutum paratos. c) Constitutum denique censorium Tribunal, quod in reos perduellionis serio inquireret, ac pro merito animadverteret.

Coram Tribunale isto, quod ad Kal. Februas Curiae consedit, constituti sunt VINCENTIUS MARIA QUADRIUS Cancellarius Vallis, ejusdemque filius VINCENTIUS QUADRIUS Curiae canonicus, FABIUS item QUADRIUS Pontensis, IO. BAPTISTA THURELLUS de Villa, et NICOLAUS VENOSTA Grossiensis Ecclesiae Curiensis Praepositus. Sed iam ab aliquot hebdomadibus per omnes angulos percrebuerat fama in accusatos aliud non exstare indicium reatus praeter delationem Moroni solam Rubbiata ad sua dilapso. Unde illi omnes Iovem lapidem iurare, nullam ipsis cum dicto extero Capitaneo intercessisse amicitiam, neque unquam quidquam in Raetos Dominos molitos aut machinatos esse. Ex eo tamen tempore, a quo rumor de coniuratione emanaverat, inciderant nonnulla documenta indiciave in manus, quae omnino suspicionem dabant anteallegatos omnes crimine implicari. Tale erat in VINC. QUADRIUM Canonicum Cur. quod evincebatur, intra illos dies, circiter quos Rubbiata dixerat Morono, monitum fuisse illum ad se venire, consig-

b) Act. d. 6. Jan. 1585.

c) Act. d. 10. Jan.

consignatas fuisse ipsi litteras quasdam a cive Curiensi, ex Italia advolantes. Etiam istud indicium primo negavit Vincentius, postea a teste convictus, fassus est allatas fuisse litteras sibi Como a notissimo scriptas, mortem Cardinalis significantes, ejusdemque Epitaphium exhibentes: sed easdem a se studio interitui fuisse adiudicatas. Suspicionem augebant aliae litterae ad eundem ab Anonymo quodam scriptae, quae tectis verbis illum simul, et VENOSTAM Decanum sceleris conscios esse arguebant. *) Item in aliis litteris a quodam Borromaei Card. familiari

*) Ipsae Litterae sic Sonant. *Ehrwürdiger Herr als Bruder. Ich bin schuldig euch auf zwey eüwren Schreiben zu antworten, welche ich empfangen hab das ein zu Prag, vor etwas Zeit, das ander gleich in meinem Abscheiden von diesem Hoff, und hab euch nicht geantwortet vor und ehe, dieweil ich gesehen hab dass der Handel mehr einsehens bedarff weder anders. So hab ich doch betrachtet ob der Sach also von weitem in etwas andere Weg möchte geholfen werden. Nur so ich über mich genommen hab diese Straass auf Italien fürzunemmen, und alsdan in dass Niederland zu reisen, wollte ich nit (die Warheit zu sagen) von neuem über dass Gebirg ziehen, dass man nit vorhin ein Hass zu handen nehme dessen so fürderlich zu thun wäre über diesen besonderbaren Handel, in welchem viel Sachen zufallind, die man vorhin gar subtil verstohn muss, ehe man zu einichem Entschluss komme. Und somliches zu verrichten danckte mich gut dass ich möchte mündlich mit euch oder mit dem Herren Thumprobst handlen als mit denen die Allersachen nit allein am besten bericht seynd, sonder auch eiffrig des guten, und Diener des gesegneten Gottes. Derhalben so wöllind ihr sehen oder doch der Herr Probst welchem ihr diesen mein Brieff theilhafft machen wellind, auf dass allerbäldist zu mir kommen gen und da ich dan, so es Gott gefallig bey acht Tagen seyn würd, und noch so viel oder wenig mehr, werd ich mich mögen saumen von wegen der Eyl; die mir von Rom zustath meiner Reiss ins Niederland nachzukommen. Iedoch hoff ich wir Wellind in der kurzen Zeit under uns dermassen ein Beschluss fassen, dass euch nit gereüwen soll, dass ihr diese unmus über euch genommen die Reiss bis dahin zu thun, und bin Eüwer also ohnfehlen wartend, uud thue mich Euch und dem Herrn Probst von gantzem Hertzen anerbieten und befehlen:*

Dat. den 19. *Tag Ienners Anno* 1585.

Inscript. *Dem Ehrwürdigen Herren* Vincentio Quadrio *Thumherrn zu Chur, meinem als Bruder.*

liari isdem rogabatur dare relationem, eius quod Dominus CALMANA apud Raet. confessum effecisset, promittebaturque eidem relatio de iis quae Mediolani agitarentur, quae ad idem institutum referre dicebantur. **) Ejusdem commatis erant quae contra NICOL. VENOSTAM adferebantur. d) TAURELLUS negare ausus non fuit, quod cum RUBBIATA Gerae sermones miscuerit, sed eos de aliis longe rebus quam de quibus accusabatur factos fuisse asseverabat. Convincebatur idem, ante aliquot menses Pesclavii ad quosdam Oengadinos dixisse: brevi futurum ut etiam Oengadini Missam habituri sint, quae verba omnino conspirationem Borromeanam redolere explicabantur. e) Isdem quum ante semestre juxta cum aliis Vallis Tellinae delegatis Communitates Raetiae circumiret ad obtinendam Gymnasii Sondr. abrogationem, quoties responsum minus sibi favens indipiscebatur, observatus fuit stomachari ac inter alia saepius hujusmodi verba protrusisse: ni Commissarii discedere ex Valletellina jubeantur, coactos fore se a Deo, et a hominibus opem implorare: ex quibus verbis colligebatur illum auxillium Medio-

Litt. Raet. ad XIII. Canton. d. 12. Febr. —— *Heut komt uns ein eilender Bott, sagend wir sollen uns aufmachen dan es ruke ein stattlicher Hauffe, wohlgerüstets Kriegsvolcks an unsere Riva, Veltlin, und Cleffen einzunehmen —— —— darum ersuchen wir Euch, dass Ihr ein Ausschuss machet, dass uns in der Noth zu Hülff kome.* Iid. ad Senat. Tigur. —— *Da die lang geschmidten pratticken des Borromei sind leyder dermassen in das Wercke gebracht, dass ein grosse Anzahl Spanisch Kriegsvolck sich an unsere Gränze Veltlins und Cleffen gelassen —— also dass wir in aller Eyl müssen aufbrechen, und unser Volck zur Gegenwehr schicken —— zudeme auch unsere Nachbauren unter der Steig sich hefftig rüstend; obgleich wohin diese es meinen wir nicht wissen —— also bitten wir, dass ihr einen Ausschuss machet, der auf unser begehren, uns könne zu Hilff gesandt werden. Dat. den* 13. *Eebr.*

**) Ipsa verba sunt. *Ihr wellind mich berichten ob der Bundts-Tag bey euch ein End habe, und was neues vorhanden, fürnemlich von wegen der Antwort des Calmana, so will ich auch nit unterlassen euch etwas neues aus Meyland zu schreiben. Hiermit etc. Datum in Meyland den* 3 *Febr.* 1585.

d) Strafg. Protoc. d. 3. Febr.

e) Id. ad 4. Febr.

Mediolano accurſurum tecte innuere voluiſſe. Fama quoque volabat illum caput Moroni termille coronatis licitatum fuiſſe, quod licet negaverit ac pernegaverit, teſtatum tamen fuit Taurelli filium contra Moronum gladium ſtrinxiſſe, occiſurumque fuiſſe, ni ab accurrentibus Moronus ſervatus fuiſſet. f) Pro Vincentio Quadrio interceſſere IO. RASERIUS Aulae Epiſcopalis Architriclinus ſuo, et Epiſcopi PETRI RASERII nomine; quorum precibus absque ulteriori graviorique inquiſitione donatus fuit. Benigniſſime attamen habiti fuere omnes illi a dicto Tribunali, quando quidem abſoluti ſunt ab omni culpa. Potuiſſem iſta praetervehi, ni fuiſſet Xaverii Quadrii ſcriptoris nuperi, et qui hanc in cauſam Acta oculis non luſtravit, importunitas ac iniquitas ſcribentis Judices illos absque omni humanitate egiſſe, quando viros adeo egregios quaeſtioni ſubiecerunt. At quis vel ſola producta, quae obiter tantum excerpſimus, a nobis cognoſcens, dicet debuiſſe illa absque ulteriori accurataque quaeſtione negligi aut prorſus contemni? Verum Quadrius quando animum ad ſcribendum appulit, credidit primario id ſibi negotium dari, ut quavis oblata occaſione Dominium Raetorum traducat ac vellicet; hinc immaturae illius criſes in factis, ad quae ſuſcipienda ipſemet fateri cogitur Raetos adactos fuiſſe. e)

At non vana fuiſſe ea, quae Raetis detulerat Moronus, mox eventus declaravit. Adhuc enim Dicaſterium Curiae in actibus judicialibus in reos proſequendis occupabatur, quando Nuncio certo adfertur vindices reorum a tergo ſtare, militumque catervas ad Vallis Tellinae ac Clavennae confinia adpropinquare. Sine mora tunc Raetorum vexilla ſublata ſunt, populique excitati ad arcendos infauſtos hoſpites iter Clavennam Vallemque Tellinam accelerarunt. f) Conflictum non exſpectarunt catervae Borromeae a Tectono Rubbiataque gubernatae, verum intellecto Raeticar. copiarum adventu diſperſae ac dilapſae ſunt. A Raetico populo Mediolanum miſſi fuere LUCIUS CAVIEZEL Ilantinus, DIE-

f) Id. d. 6. Febr.

e) Quadr. Tom. II. p. 63.

f) Ducum a ſingulis Communitatibus delectorum nomina exhibet Sprech. Chron. p. 221.

TEGANUS a SALICIBUS, et HARTMANNUS denique de HARTMANNIS qui de laesis amicitiae ac viciniae juribus cum Gubernatore inibi expostularent, eosdem mox insecuti sunt HEINRICUS THOMANNUS, et IOANN. WASSERUS subsylvanus, ab Helvetiis delegati, ad componenda, si quae occurrerent, dissidia. Gubernator Legatis Raetis dolorem simulavit, caeterum vero hostilem adgressum se inscio ac invito a perditis illis Tectono, ac Rubbiata susceptum fuisse iterum iterumque asseveravit. Huic ipsius excusationi ne deesset color, Rubbiatam ac Balconum vinculis constringi, denique ob nescio quae alia crimina d. XX. Febr. Mediolani capite truncari curavit. Verum tam bardus nemo erat, qui nesciverit, et pecunias ad conducendum militem bene conscio Gubernatore illis suppeditatas fuisse, et ejusdem favori innixos egisse miseros quid quid egerunt. Ita canis quia feram assequi, ac comprehendere nequivit, ab ipso hero confossus est. Quum igitur res ad gustum Hispanorum minus prospere gestae essent, noluere illi videri quidquam partis in illis habuisse; atque a Rege suo omnem suspicionis colorem abstersurus ejusdem Legatus POMPEIUS de CRUCE in Comitiis Helvetiorum dicto mense Februario celebratis magno fastu ingeminabat: Oppido supra invidiam positam esse Regis suis fortem, neque credibile levem ditionis portionem, qualis est Vallis Tellina, Regi suo salivam movere posse: proinde opus non fuisse ut Raeti confoederatos Helvetios ad arma excitare debuerint. g)

A Raetorum populis Clavennae congregatis Tribunal censorium constitutum est, cui iniunctum fuit inquirere in subditos perduellionis reos. At judices consultum non reputarunt ulcus tangere, ne forte magis exulceretur: Hinc qui custodiae dati erant, ubi populus ad sua reversus est, liberi dimissi sunt, absque inulta ulla infamiae macula: Praestabilius reputantes subditos benignitare demulcere, quam iustitiam infructuose exercendo exacerbare.

A dictis populis ante discessum sanciti fuere quidam Articuli Gubernationis modum apud subditos concernentes, quos hic exscribere nil adtinet utpote in rem nostram non facientes. Sufficit

g) Lauff. Tom. X. Lib. XI. pag. 306.

ficit obſervaſſe, Raeticos populos omni ſemper tempore caviſſe, ut ſubditis aequitas ac juſtitia adminiſtretur, neque ulla ratione a Magiſtratibus qui illis praeficerentur praeter ius ac fas onerari poſſint, aut debeant. Primus illarum tabularum Articulus ſpectat Religionem, eſtque conceptus in hunc ſenſum.

„ Primo quoad Religionem decernimus duas Religiones Evangelicam nempe, et catholicam liberas eſſe debere, prouti hactenus obſervatum eſt, idque tam in terra dominante quam apud ſubditos, ut neutra pars alteram, neque verbis, neque factis provocet, aut proſcindat, ſub poena capitali, et confiscatione bonorum, ad plurimorum hanc in rem emanatorum Decretorum, Mandatorum ac receſſuum tenorem.

„ Proinde hoc noſtrum Decretum volumus ob omnibus noſtris Officialibus Clavennae ac Vallis Tellinae accurate obſervari, et obſervandum curari, ſub poena privationis officii. Extra tamen dictas duas Religiones prohibentur omnes aliae ſectae, quibus in terris ac ditionibus noſtris locus nullus conceditur. Reſervantur tamen multifaria Edicta ac Mandata in cauſa Monachorum extraneorum toties cuſa, quae in valore eſſe ac obſervari debere declaratur. „

Caeterum in Comitiis ſupradictis menſe Januario celebratis rurſus fuere qui admiſſionem Monachorum exterorum ſollicitarunt: ſed negata ea rurſus fuit illis cum indignatione, eo quod toties Ampliſſ. Senatus ad importunitatem fatigatus ſit, quum effectus ac fructus quos extranei illi proferant, ſatis ſuperque noti ſint, ac indies acerbe deguſtandos ſe offerant. Obiurgati fuere Meſaucini ob ſuſceptum Calendarium Gregorianum: ad quod reſpondere illi, tantum in Vicariatu inferiore ferias quasdam obſervatas fuiſſe ſecundum Stylum novum, ſed non alio fine quam harmoniae cum vicinis Bellinzonenſ. gratia; curaturos autem ut ad priſcum tempus reducantur. Eisdem exprobrata eſt admiſſio novi erecti collegii ſecundum ſtatuta BORROMAEI. Negarunt vero illi haberi in ſua Valle collegium novum, ac declararunt ſe nunquam admiſſuros ut ullum erigatur. Eſſe quidem dicebant in Valle duos ſacerdotes extraneos, juventutem in elementis litterarum

informantes, a Card. Borromaeo missos, quibus idem Card. victum ac salarium subministret, at hos ipsos, si Ampl. Senatui displiceant, etiam esse dimissuros; quamvis hoc pacto secum rigide agi credant, quum nec ipsi Evangelicis praesumerent prohibere usum alicuius beneficii, quod forte vel Tigurini, vel Saxoniae Dux in ipsos destinaturus foret. At Senatus eis mandavit, et duos illos ablegare, eorumque loco alios honestos viros ex Raetia vel Helv. ortos suscipere.

Alteri illi Monacho, qui ante biennium a Borromaeo in Misaucinam introductus, et iam a Comitiis Anni superioris 1584. mens. Jun. celebratis evocatus fuerat ad dandam eorum quae adtentaverat rationem, verum comparere neglexerat, licet Grossubto ortus, Raetorumque subditus esset; datum fuit novum spatium unius mensis, intra quod compareat coram urbis Curiensis Senatu, et se ab imputationibus purget. At ille loco quod judicio se sistat in contumacia perseveravit, et (ut indicia suadent) se fuga subduxit: quam ob causam Senatus Raet. Decreto facto illum proscripsit, avis in aere permisit, ut impune a quocunque occidi queat.

Quanta vero benevolentia Hispanus ac Sabaudus Helvetios Raetosque complexi sint, facile licuit ex quavis oblata occasione judicare. Nam cum anno 1585. magna annonae inopia alpinae regiones laborarent, Hispanus Raetis, Sabaudus vero Genevensibus omnem commeatum interdixit. Ad Sabaudum duo a Tigurinis Bernatibusque legati missi sunt, qui aegre obtinuerunt ut Genevensibus liceret exportare fruges in propriis bonis, at territorii Sabaudici ortas. h) A TALCAVIA Mediol. Gub. Raeti etiam ex amicitiae inviolate a sua parte observatae, viciniaeque juribus, libertatem educendi postularunt. i) Sed an obtinuerint quod petebant, dicere non habeo.

Ab annis duobus omnem operam locaverant tria Raetor. Foedera ut a Helvetiorum Pagis in novam Foederis societatem cooptarentur. Varia

h) Lauff. L. c. p. 320.

i) Act. d. 25. Aug. 1586.

Varia obſtiterunt, inter quae Religionis cauſa primo loco collocari debet, ob quae tractatio minus ab initio proceſſit. Nihilo temen minus a prudenti negotiatione PAULLI FLORINI, DIETEG. a SALICIBUS ac HARTMANNI de HARTMANNIS, qui Foederum nomine triplicato in Conventibus Badenſibus ſuper eam rem egerunt, verſus anni 1586. finem tantum promotum fuit, ut Decem Pagi in eorum votum conſentirent, tres tantum reluctarentur; ſic ut a concluſione parum abfuerit. Raetis enim inter ſe convenerat, vel cum illis Pagis ambire foedus, qui ſecum convenirent; etiamſi reſtarent Pagi qui illud inire nollent. At ubi negotium procedere viderunt Helveticae Raeticaeque libertati malevoli, inſidiatoresque, inter ipſos Raetos ſcintillas diſcidii iniecerunt, per quas deſideratum ac ſaluberrimum utrique Reip. conſilium diſſipatum eſt. Maior pars Foederis Gryſei, cuius Proceres catholicos Hiſpano favere notum erat, obtendere coeperunt, quod integrum ſibi non ſit amplius Badam legatos mittere ad tractationis concluſionem, ex cauſa quia ſuae Communitates, ab ea ſententia alienae ſint. Equidem cum ipſis graviſſime expoſtularunt reliqua duo foedera, demonſtrantes quantopere contra ipſas tabulas foederales (*Bundsbrieff*) peccent, et indigno cum Helvetiis, ad quos iam tertia vice ſuos delegatos miſerant, modo agant. Sed fruſtra. Cum diviſis enim inter ſe Raetis nec Decem Pagi tractationes ineundi conſultum exiſtimarunt. Sic Raeti ſuam ipſi cauſam perdiderunt. k)

Quia diverſis in locis ſupra a nobis relatis obſervatum eſt ſtudium Cardinalis Borromaei ad introducendum in Vallem Tellinam, Clavennam, ac Miſaucinam, Calendarii Gregoriani uſum, ſimulque notata adtentio Procerum Raeticorum ad illius conatus, antequam caput claudamus, placet de momento quod cauſae illi utrinque ſtatuebatur pauca diſſerere, atque ut cauſa planior fiat, eam altius paullo ac ab ovo ut dicitur repetere. Apud Romanos veteres, (prout norunt Antiquitatum ſtudioſi) annus integer conſtituebatur a diebus tantum tercentis quinquaginta quatuor: quia vero annuus ſolis curſus demum intra tercentos ſexaginta quinque dies, ac aliquot horas perficitur, fiebat ut de tempore ad tempus integri menſes debuerint intercalari. Atque hoc faciebant

k) D. 12. Jan. 1587. Exprobrator II. Foed. ad Gr.

bant vulgo Flamines, seu sacrorum Antistites. Quia vero illi identidem comperiebantur ea potestate abuti, atque tempora in huius vel illius favorem, hocve aut illud commodum inflectere, per quae commercium conturbabatur, et alia incommoda nascebantur, JULIUS CAESAR ut ei malo praeveniret, temporis supputationem, secundum solis cursum, primus figere adnisus est. Is cum peritissimis quos circum se habebat Astronomis pro certo assumens solem intra 365. dies ac 6. horas cursum annuum perficere, pro canone haberi voluit, ut quovis quarto anno, unus dies intercaletur qui in Februum mensem conjectus fuit, sic ut is loco 28. eo anno numeraret 29. dies: quater enim numeratae horae sex unum diem seu *Nychtimeron* conficiunt. At diligenti exputatione observationeque compertum postea fuit, solis cursum non integros 365. d. ac 6. horas postulare, verum intra 365. d. horas quinque ac scrupulos, seu minutas quadraginta quinque (alii 50. ponunt) confici; ex quo defectu per multorum seculorum decursum eveniebat, ut aequinoctium vernale, cum festis mobilibus, quae ad illud exiguntur, amplius non convenirent, aut coinciderent. Aequinoctium quippe vernale quod Julii Caesaris tempore in die 24. Martii constitutum erat, tempore Concilii Nicaeni ad 21., et Gregorii XIII. aevo iam ad 13. dicti mensis descenderat; sic ut si ita supputatio progredi debuisset, tandem post longum temporis decursum eveniebat, ut Pascha in hyeme, Novus autem Annus in aestate celebrati fuissent. Hunc defectum iamdudum observaverant Astronomorum plurimi, quos inter ALPHONSUM X. Arragoniae Regem, IOANNEM REGIOMONTANUM, PETRUM de ALLIACO Cardinalem, ac Episcopum Cameracensem, Cardinalem GUSANUM in primis nominamus. Hinc in Tridentino Concilio, non modicus sermo de Calendarii emendatione inter Patres illius habitus fuit. Quum igitur de necessitate emendationis fastorum nemo non in orbe Christiano loqueretur, Pontifex GREGORIUS XIII. veritus ne Imperator suopte consilio ac potestate, quampiam emendationem institui curaret, ac in Regnum introduci, quo facto Pontificalis Romanae sedis Auctoritati ac dignitati praejudicari metuebat, illi adhuc in tempore praevenire suscepit. Adhibitis in consilium Viris super eam rem exercitatissimis, tandem ALOYSII LILII sententia approbata fuit, quae dies decem ex anni illius, quem vivebant numero, et ex quovis seculo intercalarem diem unum eiicit. At nec hanc exputationem fuisse per

ſe per omnia adcuratam, temporis curſus edocuit. Correctum hunc in modum Calendarium GREGORIUS Pontifex integro orbi Chriſtiano obtruſum ibat, fuitque negotium iſtud in Comitiis Auguſtae Vindelicorum, exeunte Junio Anni 1582. celebratis, cum cura ventilatum. AUGUSTUS Elector Saxoniae, qui cum reliquis Principibus conventui intererat, hac in re WILHELMI Haſſiae Landgravii ob virtutes Principe digniſſimas, maxime vero ob ſingularem qua florebat eruditionem inter omnes magni habiti conſilium rogavit. Reſpondit WILHELMUS, hac in cauſa non tam ad ipſam rem, quam ad modum, quo in effectum perducenda ſit, adtendi debere. Utcunque enim exilis res videatur ac fere contemnenda emendatio Calendarii, in ea tamen Caeſaris ac S. R. I. collocari Auctoritatem dignitatemque. Dubium vero nemini eſſe qui veteres perlegit Hiſtorias, id ſemper Papae in animo haeſiſſe, ut Imperii ac Caeſaris auctoritatem adterat paulatim, labefactet, ſuam vero extollat; quare hac in re nihil praecipitanter agendum ſuadebat, et nihi Papae concedendum, quod facere e re ſua foret: Vulgatam enim quae teratur Epocham a JULIO CAESARE eſſe inſtitutam Monarcha: CAROLUM MAGNUM ut Caeſarem, Germanis non modo Calendarium dediſſe, verum etiam Menſibus nomina germanica indidiſſe: tempus Paſchatis celebrandi in Concilio Nicaeno Anno Chr. 325. celebrato non a Rom. Pontif., ſed a CONSTANTINO Imp., et Patribus congregatis determinatum fuiſſe: Concilia ipſa non a Pontifice, ſed ab Imperatoribus cogi ſolita fuiſſe, quod et exemplo recentis Concilii Conſtantienſis confirmetur: Priſcis temporibus, Epiſcopos, imo et Papas ipſos ab Imperatoribus fuiſſe conſtitutos. Quare cavendum ne ſub praetextu emendationis faſtorum Pontifex Romanus, in detrimentum Majeſtatis Imperii, novam, et hactenus non auditam ſibi poteſtatem arroget, tanto magis quia eam emendationem, non antea conſultis prius Imperii ſtatibus, ſed ex propria auctoritate ac conſilio motus ſuſcepit, perfecitque. Concludebat: omnium primo debere quaeſtionem decidi quoad ius, ſeu cuius ſit temporum normam, quae tantam in hominum vitam influentiam habet, figere, emendare, ac emendationem introducere. Quoad rem ipſam nullum diſcrimen fore, ac ſe facile aſſenſuros. Secundum iſtud conſilium ſe componentes Saxoniae Elector, et cum eo Imperii ſtatus reliqui Proteſtantes unanimi conſenſu novum Calendarium a Papae manibus accipere recuſarunt. Illud

caeterum Caesaris mandato in Imperio a statibus sic dictis catholicis, ac reliquis regnis haereditariis, Hungariae puta ac Bohemiae statim susceptum est: in Gallia quoque ac plurimis Belgii locis absque contradictione introductum. Anglia contra cum reliquis Septentrionis Dynastis illud reiecerunt. In Helvetia sex pagi LUCERNA, URANIA, SVITIA, TUGIUM, FRIBURGUM ac SALODORUM in Comitiis die S. Martini, m. Decembri Anni 1582. Badenae celebratis, pro Calendarii receptione se declararunt, jubentes suis ut duodecima dies mensis Januarii anni proxime sequentis, numeretur esse vigesima secunda, adeoque dies decem ex computo solito deleantur. Quum ad illos paullo post accessisset etiam SUBSYLVANIA, contenderunt illi ut Calendarium emendatum etiam a reliquis pagis recipiatur, saltem in Dynastias communes observandum introducatur, idque contendebant ex lege pluralitatis votorum. In contrarium se opposuere maxime Tigurini, et Bernenses, ex ea causa quia Calendarium emendatum ad Religionem spectaret, in qua votorum pluralitas locum non obtinet. Quod autem talis debeat haberi inde elucere, quia Calendarii emendatio a Concilio Tridentino sit mandata. Interpositione demum quinque pagorum Basileae, Friburgi, Salodori, Scaphusiae, et Abbatiscellae, ratione celebrationis festorum, ea compositio facta est, ad quam utriusque religionis addicti facile accesserunt. 1) Sequentes causas allegabant Evangelici Helvetii, ob quas Calendarium Gregorianum accipere recusabant. 1) Quia Bulla Papalis imperative sonabat, ceu ex cathedra Petri dictata, et cum adiuncta interminatione indignationis Dei, ac Sanctorum Apostolorum Petri, et Paulli concludebatur. 2) Quia eadem multifaria superstitione, ceu dierum feriaticorum, sanctorumque Martyrum repleta. 3) Quia quinque pagi Mandatum recipiendi Calendarii in communibus Dynastiis promulgarunt non communicata prius pago Tigurino, cui idem jus est, notitia, consiliove, contendendo pluralitatem valere oportere. 4) Quia Catholici quando intellexerunt ab Evangelicis emendationem Calendarii haud adeo improbari, ac spem esse ut etiam recipiatur, eam aequanimitatem salsis dicteriis traduxerunt, et inter ea, hoc quoque, iam brevi futurum ut etiam in castra ipsorum Catholicorum transituri sint. Ultimo denique quia statim post Bullae Papalis promulgationem ab

1) Refertur a Lauffero Tom. X. p. 287 — item p. 19.

ab utriusque Religionis Aſtronomis obſervatum ac compertum eſt, Gregorii emendationem non eſſe adcuratam, atque in ſingulos annos deſiderari quintam horae partem ad perficiendum Cyclum Epactanum: quod cum ſit, vertente ſeculo novam adhuc neceſſariam fore faſtorum Reformationem. Allegatae cauſae, tantum etiam apud Raetos Evangelicos valuerunt, ut ejus introductioni obſtiterint: catholici priſcis moribus inhaerentes dignam non exiſtimarunt cauſam, ob quam a concivibus diſcederent. Miſaucini tamen ſtatim admiſerunt, ſive per eam receptionem obedientiam erga S. Sedem, ſive uniformitatem cum vicinis Locarnenſibus teſtari, ſive Archiepiſcopi Borromaei gratiam aucupari voluerint. Sed ob eam rem a confoederatis in Comitiis congregatis graviſſime ſunt reprehenſi, ut ſuo loco diximus. Clerici quoque Vallis Tellinae, prorſus neglecta ſuperiorum Auctoritate ad Comenſis Praeſulis juſſum ſtilum emendatum introduxerant ſtatim poſt Bullae Papalis publicationem. At ab Officialibus Raetorum mulcta pecunia illis irrogata fuit; quam tamen Raeticus Senatus eisdem remiſit, poſtquam ſtatuto Dominorum ſtare promiſerunt. m)

m) Act. d. 6. Febr. 1583. *Auf Begehren Herrn Gallus von Mont, daſs die Amtsleuth etliche Prieſter geſtrafft haben, um daſs ſie den neuwen* Calendarium Gregorianum *auf Begehren des Biſchoffs von Como publicirt haben, daſs Ihnen die Buſſe nachgelaſſen werden, mit Erbietgn, ſie wollen fürohin in gehorſam leben; iſt ordinirt das für diſsmal ſolle Ihnen die Buſſe nachgelaſſen werden, doch daſs ſie darbey bleiben; und nichts darwider handlen; und ſonſt wird daſs Decret nochmals confirmirt.*



CAP. IV.

1580—1585.

Vicorum Scheidae, ac Veldisii, Muttae, Cellerinae, ac Lacuprati Reformatio.

Dum publica Raetorum res machinationibus atque externa quoque vi impetitur, obtinuit praedicatio Evrngeliii publicum exercitium in sequentibus locis: Primum, in Porochia SCHEIDIENSI ac VELDISIANA, qui duo viculi ad Jurisdictionem Ortensteinianam Domesticae Vallis in Foedere cathedrali pertinent, adque unum milliare in montanis supra civitatem Curiam versus Austrum siti sunt, quorsum ob acclivitatem difficile iter est. Quum in ambobus dictae Parochiae locis reperirentur Evangelicae religioni addicti, exstitit ex eorum numero JACOBUS RAGUTTUS TSCHARNERUS, Vir stemmate natus non ignobili, quique Judicis Officio inter illos functus erat, ac opibus super concives eminebat, qui in aedes suas evocare ausus fuit GEORGIUM CAZINUM, Susiensem Patria, Pastorem Taminii, postmodum etiam Foederis illius Decanum, ad habendum intra privatos parietes, ipsi ac caeteris Evangelium confitentibus, qui ad quindecim familias numerabantur, sacrum sermonem. Obtemperans invitationi factae Cazinus Scheidium se contulit, ac fidelibus illis concionatus est in dicti Tscharneri hypocausto, pluribus etiam Romanensium praesentibus. At quum iterato ac tertio invitatus eo adiret, illisque concionaretur, reliqui vicani contradicere, ac tumultus movere coeperunt. Dum Pastor Evangelicus bonis illis sacras scripturas intra parietes explicabat, foris stabant adversi quotquot erant mares, foeminae, adolescentes, pueri, inconditum clamorem edentes, Pastori mala omnia interminantes, lapidibus in aedes, ubi congregati erant illi, proiectis furorem evomentes, cuncta eum nempe in finem, ut visa rabie omnis Minister a visitatione paucorum absterreretur. Verum Evangelici dirissima potius subire apud se decreverant, quam a concivium furore pati, ut a libero sanctae religionis exer-

exercitio prohibeantur, atque in isto proposito firmabantur a circumvicinis, quorum maior pars Reformata sacra sequebatur. Unde causae justitiae, et bonorum auxilio fidentes CONRADUS IEKLINUS Ecclesiastes Thosanensis, ANDREAS item DOMINICUS, Montis Heinzeliani Pastor, illos identidem adibant, concionabantur, ac in proposito firmabant. Sed quum Romanensis pars dura obsisteret, atque omnem Ministrorum accessum prohibere pergeret, Evangelici iniurias, quas a concivibus patiebantur, confoederatis oratoribus pro consessu ordinario Curiae m. Jun. A. MDLXXXIII. coactis, exposuerunt, Templi communis usum ad S. exercitia, nec non praebendae portionem secundum numerum, quem inter cives faciebant, postularunt. Causam agebat TSCHARNERUS supradictus, cum LUCIO PAULLO Veldisiano allegantes statutum iam Anno 1526. sancitum, quo libertas utriusque Religionis firmata stabat, exempla praeterea plurimarum Ecclesiarum in Raetia, ac subditorum ditione, quibus id beneficii concessum fuisset. E contrario erant CONRADINUS REGAZZIUS, et MARQUARDUS KUENIUS alias Tomilii habitans, qui ea omnia praefracte illis negabant ex suffragiorum pluralitate, e qua (ut notum ac in regimine Democratico receptum) omnium quae in publica re geruntur, gubernationem dependre debere urgebant ac postulari ab ipsa aequitate. Dicebant praeterea sacerdotis salarium sive praebendam, excitari a proventibus legatorum a majoribus factorum ad conservationem cultus Romani, et non Evangelici, ut quibus Zvinglii ac Lutheri praedicatio ipsis ignota fuerit, ac proinde solis deberi sibi qui avorum coeptis insistant, eorumque vota adimpleant. Senatus cathedralium litem secundum Evangelicos dedit, decrevitque templi usum debere hinc communem servari, ita tamen ut catholicis detur praerogativa, per quam primi suas Missas, ac reliquas cultus ipsorum functiones peragere possint, demum concedatur Evangelicis tempus suas quoque conciones habendi ac sacramenta administrandi. Istius Decreti transgressoribus mulcta centum coronatorum imposita erat, praeter graviora quae simili casu occurrente, infligenda reservabant. Datae sunt istae tabulae die VIII. Jun. 1583., et quum catholici reniterentur eodem adhuc Anno d. 27. Novembr. confirmatae eae sunt, simulque Foederis cath. nomine Magistratui Jurisdictionis Ortensteiniarae intimatum, ut Decreti exsecutionem maturet. At tantum abest, ut Romanenses se composuerint ad Cath. Foed. De-

 creta

creta, ut potius in extremam rabiem conjecti ſint; adeo quidem ut non auderent Evangelici prodire ob periculum, quod illi his interminabantur. Etenim non mera loqui illos verba ſpecimen una dominica die ediderant in ANDREAM DOMINICUM Paſtorem Montanum, quem Scheidio, ubi Evangelicos inviſerat, reducem, juxta ac comites ipſius Tamilii verberibus male mulctaverant. a) Sed et Magiſtratus loco quod articulos Decreti curare debebat exſequendos, id quidquid erat ſuapte auctoritate reſcidit, ac irritum pronunciavit. b) Ad iſtud audendum dicebatur Magiſtratui animum dediſſe in primis Abbatem Deſertinenſem NICOLAUM TIRAUNUM, qui ſpem faciebat externa quoque vi, ſi neceſſitas poſtulaverit, cauſam Romanae religionis ſuſtinendi. Verum furor illorum Cathedrales a propoſito non dimovit, ſed potius ad exſequendum ſtimulavit; quare ab oratoribus Maio menſe congregatis, non modo deputati Magiſtratus Acta reſcindebantur, et Decretum primum ſuper eam cauſam datum confirmabatur; verum reniſuris mulcta pecuniaria ad CCC. coronatos extenſa, ac inſuper excluſio ex Foedere intimata eſt. Huic Edicto exſequendo Judicium ex delectis Communitatum Oratoribus conſtitutum eſt, cui LUCIUS TACKIUS Praeſes datus fuit. Adſuere agentes partis Evangelicae ſupradicti. Fiſci cauſam agebat CONRADUS IEKLINUS vir nobilis ac ſpectatiſſimus. Ex catholicis, licet in ius vocati, nullus ac nemo. Proin tribunal viſis videndis ac conſideratis conſiderandis judicium contra catholicos in contumacia, ut vulgato dicitur termino, dedit. Eius tenore Decreta Cathedralis Foederis iam quarto promulgata ſecundum omnes partes confirmabantur; catholicis ſpatium concedebatur dierum XIV. intra quod ſi Edictis factis non obtemperaturi erant, aut cum Evangelicis pacta inituri concordaturive, ſupramemorata trecentorum coronatorum mulcta illis indicebatur: inſupra centum viri conſtituebantur in quorum comitatu Curienſis Conſul Parochiam illam adire, ac Evangelicos in Jurium eis adjudicatorum poſſeſſionem mittere jubebatur: ſerio injungebatur utriusque religionis addictis ne religionis cauſa mutuo ſe convitiis proſcindant. A GEORGIO CAZINO Miniſtro Taminiano iuramentum acceptum

a) Vid. aliud. Decret. 1584. 10. Febr.

b) Item aliud. d. 26. Maii.

ceptum eſt, quo is ſuo, et quorumvis aliorum confratrum Praedicantium nomine promittebat erga catholicos pacem chriſtianam obſervare, ac concordiam: declaratumque, ut ſi catholici eandem ſecuritatem Evangelicis praeſtare recuſent, atque iniurias inferre pergant, eo caſu qui id feciſſe comperiatur, ſive ſacerdos fuerit, ſive Laicus, ſine gratia, e ditione Raetica relegetur. Acta d. XXVII. Novembr. MDLXXXVII.

Attamen toties in unum ſenſum repetita cathedralis Foederis Decreta apud contumaces nihili pendebantur, reputantes nunquam futurum ut ab exteris ad eorum obſervationem vi cogantur. E contra per ordinarium eorum Magiſtratum communiter Tomilii congregari ſolitum, omnia quae Curiae a congreſſu Foederis ſanciebantur, curabant pronunciari irrita, ac a Judice non competenti edicta. Praeterea in concives Evangelicos non ceſſabant, contumeliis ac verberibus, quando opportunam nanciſcebantur occaſionem, iniurias cumulare. Quare ut his malis imponeretur finis, Foedus cath. mulctam renitentibus impoſitam, de pecuniis annuis cuivis Jurisdictionum enumerari ſolitis, ſibi reſervare coepit: laeſis autem FURSTENOVII ceu proxima Jurisdictione, ad tabularum foederalium tenorem, datum Judicium eſt, abs quo lites dirimantur. c) Ubi ergo viderunt rem ſerio agi, ac ſe in Foedere a pluralitate vinci, in vicinia autem ab Evangelicis fere undiquaque circumcludi, paullisper de ferocia demiſerunt, atque cum concivibus Evangelicis conventionem iniverunt, per quam ANDREAE RUINELLAE Medicinae Artiumque Lib. Magiſtro, ac Scholae Cathedralis quae Curiae erat Ludimoderatori, Capitaneo TRAVERSIO, nec non MARQUARDO KÜENIO tota de Exercitio Religionis, et mulcta renitentibus adjudicata diſceptatio, dirimenda committebatur. d) Papiſtae nihilo tamen minus in concedendo aditu ad Templum difficillimos ſe praebuerunt, et quum Evangelici lite ſub arbitris adhuc pendente auſi fuiſſent ad ſacram aedem accedere, intraturi ad ſacri Officii partes faciendas, illico, adverſa pars fuſtibus, enſibus, ligonibus ac aliis armis inſtructa concu-

c) Decr. d. 2. April. 1585.

d) Ibid.

concurrens, eos aditu arcuit, ut mirandae Dei providentiae tributum fuerit, quod in eo impetu ac furore nemo interfectus fuerit aut graviter vulneratus. Quo audito Cathedrales priscam tibiam inflarunt mandantes catholicis, ut concivibus Templi usum ultra negare desistant, et si id facere praesumserint, ab omni consessu, ac commodo ad Foedus cath. proveniente exclusi sunto, adeo quidem, ut ne quidem jus expetentibus, illud, usquedum in contumacia perseveraverint, dari ac administrari debeat. A Triumviris quae circa usum Templi, ac distributionem praebendae a Cathedralibus toties decreta fuerant, etiam confirmata sunt, remissa Papistis pecuniaria mulcta, seu qualitercunque composita. Et huic stabilitioni stare oportuit. Non diu post compositam contentionem ipse Marquardus Kuenius, qui tanto fervore Romanensium tutatus fuerat causam, in castra Reformatorum transiit, quae defectio partem contrariam valde labefactavit, quandoquidem ad eius exemplum indies coetui Evangelico proselytae aggregabantur. e) Inprimis observatus fuit coetus Evangelicus augmentum accipere, post aliquem annorum decursum, quando positis odiis mutuis, quae ob religionem exercita erant internecinis, aures praedicationi Evangelicae paullisper accommodare coeperunt atque discere quantum inter sustimentum missae, et lucidam divinae revelationis expositionem adsit discrimen. Anno denique MDLXXXVI. a Comitiis trium Foederum etiam Capitaneo TRAVERSIO permissio data, ut in aedibus suis Tamilii ad baptizandos informandosque familiares suos, Ministrum alere queat, expresso cum mandato, ut et ipsi, et eius Ministro securitas constet ab omni iniuria, sic ut si sacerdotes Tamiliani huic contrairent, et dictae Evangelicae familiae quempiam laederent, convitiis proscinderent, aut alio modo iniuria afficerent, aut quisvis alius, ii in vita, honore, et bonis puniri debeant. *) Post impetratum liberum religionis exercitium

e) Conf. Ardüser. Conf. Anhorn p. 66. qui in compendium missam exhibet Relationem Iac. Ragutti Tscharneri, illius Ioh. Ragutti filii, quae Parochiali Ecclesiae Veldisianae libro inscripta est, ab interitu conservata.

*) Act. 1586. d. 25. Jun. *Dem Haubtman Travers ist vergünt dass er ein* **Predicanten** *in seinen Kosten möge erhalten, und seine Kinder lassen tauffen, und dass die Pfarrer zu Tomils weder ihme noch den seinigen, noch auch den* **Predicanten**

citium, caruit Ecclesia proprio Pastore per inregros sex annos. At administrabantur eis sacra a proximis WOLFGANGO EPISCOPO, Alto Trinianae, CONRADO IERKLINO Thosanensis, GEORGIO CAZINO Taminianae, ANDREA DOMINICO Montanae-Heinzebergensis Ecclesiae Pastoribus, aut ab aliis identidem missis, advenientibusque. Anno demum MDXCI. quum missa fere exolevisset, paroeciani proprium obtinuere a Ven. Syn. Pastorem IOHAN. ANDREOSCIAM, cui Anno 1598. successit JACOBUS CLOËTTA Burguninus; caeterique serie non interrupta. Anno MDCLXXIX. inter dictas duas Vicinias divisio facta est communium Ecclesiasticorum bonorum; atque post hoc tempus VELDISIANI proprium semper habuere Ecclesiasten. Primus fuit PETRUS CAPREZIUS Alto Trinianus, cui mox defuncto Anno MDLXXX. suffectus fuit MARTINUS SCHUCANUS Vettoniensis, qui per Annos XX. Ecclesiolae inservivit. Nomina successorum exscribere, esset tempus, et operam perdere.

Anno etiam MDLXXXIV. cum sacerdote CELLERINENSE sepulta etiam Missa fuit, et imagines anno sequenti Ponteillienfibus Comitatus Clavennensis certo pretio divenditae. Haec colophon fuit reformationis in Oengadina. Sed de hac supra Lib. I. cap. XII. iam diximus.

Supra Thosanam oppidum versus Austrum acclivi montis lateri adhaeret communitas seu vicus MUTTA, ad quem ab omni parte difficile iter est. Conficit LX. circiter familias, pertinetque ad Jurisdictionem Vatziensem cathedralis Foederis, cuius Jurisd. censetur pars octava. Incolae lingua utuntur germanica, licet qui vicum undiquaque cingunt, Tomiliasci, Sexamnini, Sac Supra-Saxenses omnes Raeticam Romanicam loquantur dialectum. Non me credo falli, si dico illos debere censeri posteros Lepontiorum seu illorum qui ante Raeti adventum convalles habitabant: Arcium enim in eo circuitu, camporumque nomina aliqua celticam spirant originem, qualia sunt ex gr. *Balden-*


dicanten Gewalt anthügend, und Fried und Trostung halten. Und wo sie dass überfehen, es seye an ihme oder an den Predicanten, es seye mit Wort oder Werken, so sollend sie am Leib, Ehr und Gut gestrafft werden.

Baldenstein Ehrenfels, *Heinzenberg*, *Nieüwensis*, *Altenburg*, *Werchenstein* etc. Sed haec extra scopum. Homines illi, quandiu Papae Romani auctoritas valuit in Raetia, nullum habuere inter villas quas habitabant sacellum, verum in proximum vicum STURVISIUM, inde ad medium milliare distantem, se conferebant, ubi Templum eis, ac sacerdos, cum caeteris ad sacra pertinentibus communia erant. In illud coemiterium mortuos exportare oportebat sepulturae tradendos. Quando vero Reformatio Ecclesias Raetiae pervasit, soli illi ex Jurisdictionis Vatzianae populis nomen Evangelio dederunt, quidquid eorum concives ringerentur. Caeterum etiam observari oportet, omnes in Raetia vicos, oppidaque quae germanico labio loquuntur, admisisse reformationem, si reliquias Evangelicis intermixtas apud quatuor-pagicos exceperis: quae res cui causae tribuenda sit, nunc non disquiro. Muttenses, ut in viam redeam, ubi viderunt suos concives Vatzienses ac Sturfianos contra Evangelium obdurasse, neque spem esse ut saniora consilia admittant, juribus quae in dictam Ecclesiam, parochialia bona ac coemiterium habebant, ex toto (quantum mihi colligere datur) renunciarunt, ac propriam sibi ad cultum divinum reformatum sacram Aedem exstruxerunt. Factum id Anno praeter propter 1582. circa quod tempus etiam obtinuerunt, ut soli sibi ipsis quoad civilia iura dicere ac administrare possint. Quod de Templo diximus comprobatur ab inscriptione illi adscripta, quam ab interitu iudicamus dignam conservari, quum hodie ex oculis hominum sublata sit.

HAEC AEDES SACRA PIA, ET SIMPLICI SOLENNITATE
CULTUI DIVINO EST DEDICATA ANNO DOMINI MDLXXXIIII.
DIE S. MARTINO SACRA. PRAESENTIBUS HONORANDIS VERBI
DEI MINISTRIS: D. CONRADO JECKLINO, ABALTARHETIA TUSSANO:
D. ANDREA DOMINICO, ET D. JOHANNE MARTINO, MONTANIS.

Ecclesia pariter LACUPRATENSIS (*Seewies*) in Raetigoia circa Ann. MDLXXXVI. Papatui nuncium misit. Zelantes aliquot, in ea communitate viri, inter quos Capitaneus ULRICUS BUOLIUS, Armannus CASPARUS MICHAEL cum filiis, CHRISTIANUS BERSCHIUS primarii erant, animum habuerunt Anno circ. MDLXXXI. ALEXANDRUM KESELIUM Majaevillanae Ecclesiae Pastorem ad se evocare ad habendam concionem

nem nuptialem, occasione matrimonii cujusdam copulandi. Obsecundavit petito vocantium KESELIUS, et concionatus est non sine fructu *akolytoos.* Post hunc IOANNES GANTNERUS praenominati in dicta Ecclesia Successor Lacuprati solenni quodam festo concionem habuit cum applausu. Sic dato initio identidem accersitus illos sacris sermonibus in agnita veritate confirmavit CONRADUS WINTERUS Ecclesiastes Crucianus in Valle, qui tandem relicto Crucio Lacupratum concedens coetus inibi curam gessit. Wintero qui successit in Ecclesia Cruciana GEORGIUS SALUZZIUS antecessoris exemplum pariter secutus est, et anno MDXC. quo ille inde nescio quorsum demigravit, sui LACUPRATI Ministerium Ecclesiae suscepit, quod per totos decem et sex annos ea cum laude administravit, ut anno MDCVI. dignus habitus fuerit, qui ad curam Ecclesiae D. Martini Parochialis in urbe Curia vocaretur. Post SALUZZIUM MICHAEL GLARNERUS Patria Majaevillanus sedula opera tantum promovit, ut anno MDCIX. Statuae ac Picturae seu Tabulae, quae tamen sumtuosae ac elegantes fuisse dicuntur, Valdrusianis Paroeciae Sancti GALLI Austriorum subditis pretio tercentorum florenorum divenditae fuerint, sicque Templum a Romanensi ornatu expurgatum sit. Dicti 300 floreni a Lacupratensibus in usus sacros nempe in salarium Ministri impensi fuere. Post Glarneri discessum servivit Ecclesiae illi MICHAEL DEUTERUS patria Ilantinus. Haec tantum.



CAP. V.

1585 — 1595.

Monachi non desistunt Vallem Clavennae et Vallistelinae obambulare, ut devotionem superstitionis plebeiae adversum Evangelicos incitent. Decreta Raetorum saepius repetita contra molestos illos homines. Plurienses catholici iubentur abstinere a continuo impetuosoque impulsu campanarum, durante hora, qua Evangelici Sacra exercent. Guberti a Salicibus Vallistel. Praefecti Statuta in causa Rel. quaedam a Dominis trium Foed. adprobata. Laurentius Soncinus Minister Evang. abducitur Mediolanum. Eandem fabam in CALANDRINI Pastoris Sondr. corium cudere studet Nicol. Rusca Archip. Sondr. sed Calandr. Dei providentia evadit. Raetorum Dominorum super ejus generis facta Decretum.

Equidem persuadebant sibi Evangelici Vallis Tellinae, ac Clavennae cum Borromaeo Cardinali nuper defuncto, bonam malorum in collum suum designatorum partem sepultam esse, atque ab hinc commercia fore tuta, itineraque ab insidiis libera: at proprio debuerunt malo experiri, officium Inquisitionis nihilo plane segnius in exercenda saevitia procedere, ac Monachos huc illuc vagantes eodem semper spiritu agi. Isti enim nunquam destiterunt ab obambulandis ditionibus supradictis, in quibus praedicabant, confessiones accipiebant, indulgentias promulgabant; ista vero omnia sic agebant ut novum semper auditoribus cognoscerentur adversum Evangelicos, quos non nisi haereticos appellabant, instillasse horrorem et furorem. Nullum erat incommodi aut taedii genus quod non creaverint, ubi modo aditum habuerint.

Sedula

Sedula adeo circumcursitatione adeo in sui devotionem flexerant ignaram ac superstitiosam turbam, ut nullus fere abiret Raetorum conventus, in quo Valtellini admissionem exterorum Monachorum non efflagitarint, quasi salutis via carerent, si ducibus illis privarentur. Quamvis autem nunquam adduci potuerint Raetorum populi ad concedendam erronibus turbulentis oberrandi libertatem: illi tamen nil curata superiorum indignatione, Praelatorum Italiae plerumque litteris, ac favore muniti, libere omnia agebant, haud secus ac si media in Italia degerent. Nihilo tamen minus Edicta contra illos olim lata, saepius promulgata sunt, ac maxime anno 1587. 1588. 1589. 1594. 1597. 1598. Publicatio ac dispensatio Iubileorum Indulgentiarumque singulari Edicto ad instantiam georgii cazini ac nicolai keselii Synodi Evangelicae nomine ad oratores trium Foederum deputatorum, prohibita fuit, impetrato proclamatoque ad XVI. Ian. MDLXXXVII. Sacerdotes plurienses quum alia re obesse Evangelicis non auderent, curabant per integram horam, qua isti in Templum congregati auditioni praedicationis divini verbi vacabant, campanas impetuose impelli, ut a sonitu aeris concio non potuerit ab auditoribus percipi: neque destitissent a creanda molestia, nisi in jus vocati, primum a Praetore Officii anthonio montschio, deinde ab ipso Raetorum consessu iussi fuissent illud temporis spatium concedere a fremitu campanarum liberum. a) Ingrediens anno MDLXXXIX. provinciam Gubernatoris Vallistellinae gubertus a saligibus Iu. Doct. varia Statuta a Dominis Raetis super Religionis causam diversis temporibus sancita, in unum Edictum contracta publicavit, per quod licentiam inprimis seditiosorum Monachorum compescitum ibat: at ubi id sensere Monachi clamores in coelum usque extulerunt, libertatem religionis labefactari vociferantes. Ab istis commoti quotquot erant Romanocatholici, ad Comitia mense Iunio 1589 Curiae congretata recurrerunt, Legatosque dimiserunt supplices orantes ut religionis integra servetur libertas, Edictumque a Gubernatore promulgatum rescindatur, auferaturque. Re mature pensitata ex Edicto publicato sequentes articuli ratificati sunt.

„ I. Nulla Communitas aut parochia sub ullo praetextu, ullam „ Ecclesiasticam personam, Monachum, Sacerdotem, aut Ministrum

 „ susci-

a) Act. d. 20. Oct. 1588.

„ suscipiat sine praevia scientia ac consensu nostri Officialis, qui ditio- „ ni illi Communitati aut parochiae praefuerit; quare quicunque fuerint „ extranei Monachi, Sacerdotes aut Praedicantes hoc anno a Communi- „ tatibus suscepti, teneantur intra decem dierum spatium se Officialibus „ praesentare. Et hoc rite observari volumus.

„ II. Prout hactenus moltis iam vicibus sancitum est ut neutra „ religio alteram proscindat, aut lacessat, ita et nunc laudatum Decre- „ tum confirmatur, iubentes ne ad creandam alteri parti molestiam „ quisquam disputet aut altercet.

„ III. Decernimus ut nostri subditi profiteantur aut catholicam Ro- „ manam, aut Evangelicam Religionem, ad tenorem Statutorum an- „ tea emanatorum; quae volumus ab Officialibus nostris exacte ob- „ servari.

„ IV. Statuimus, nullum subditorum nostrorum Vallistellinae posse „ aut debere a quoquam ad ulla alia extra nostram ditionem Tribunalia „ citari.

„ V. Quoad confirmationem Ecclesiasticorum in parochiis, quum „ in Statutis antiquioribus nihil definitum sit, volumus observari ad „ eum modum prout hactenus consuetum fuit.

„ VI. Circa quaestionem: an personae Ecclesiasticae Vallistellinae pos- „ sint absque permissione nostra exra ditionem nostram se conferre, ac „ scribere, definimus id cujusque arbitrio stare ut olim, diserta cum „ reservatione, neminem sive laicum sive Ecclesiasticum, qui sinistris „ suspicionibus scribendo, ac exeundo semel ansam de se dedit, de- „ bere id amplius facere, absque nostrorum Officialium scientia ac per- „ missu.

„ VII. Ad illud: num permittendum ut filiae extra ditionem no- „ stram eant mittanturve ad nubendum? confirmamus Decreta super „ id factum antea data, nempe: non debere ullam virginem nuptum „ extra ditiones nostras dimitti absque trium Foederum permissu: et

„ si

„ si quis aut quae praevaricari comperiretur, iubemus illius dotem in
„ fiscum referri ut mulctam. At ut in alia loca exeant ad discendas
„ honestas artes, ubi tractationis connubialis suspicio non est, facile ad-
„ mittimus.

„ VIII. Quandocunque contingeret in Vallem Tellinam nostram
„ Indulgentias Papae ac Iubilea adportari, ac sine Officialium nostrorum
„ permissione publicari, Officialium nostrorum erit animadvertere, in
„ modum quem Decreta saepius data praescribunt, quae quoad hunc
„ Articulum secundum omnia confirmamus.

„ IX. Quoad Dispensationem in gradibus matrimonii apud subdi-
„ tos nostros Vallis Tellinae catholicos, admittimus si ita volunt, ut
„ receptis consuetudinibus utantur.

„ X. Antea saluti nostrorum subditorum consulturi decreveramus, ut
„ sacerdotes orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, ac De-
„ cem Domini Praecepta vernacula seu italica recitarent lingua, ut
„ plebs fundamenta fidei christianae intelligeret, atque ne id negligere-
„ tur, iusseramus quibusvis Communitatum Decanis (i. e. judicibus pa-
„ ganis) ut sacerdotes iniuncta facere negligentes ad Officiales nostros
„ deferant: quia vero tantopre catholici subditi expostulant, ut recep-
„ ta methodo in sacris pergere possint, admittimus igitur retineant for-
„ mam avitam, et Decani non teneantur deferre illos qui dictos tres
„ articulos italice non recitent.

„ Horum articulorum observationem subditis nostris, aeque ac Of-
„ ficialibus injungimus, istis adhuc imponentes, ne mulctas civiles ullo
„ modo supra statuta augere aut exigere possint. Dat. in pleno
„ Oratorum consessu, sigilloque Civit. Curiae omnium nomine sigillat.
„ die IV. Iun. MDLXXXIX.

Inter primarias artes, per quas Monachi haeresin ab Italiae portis depulsum ibant, reputabatur interemtio aut si mage fieri poterat abductio Ministrorum evang. olim ab Italia exsulum, ex Raetica ditione, atque in manus S. Officii consignatio. In crudeles sicariorum dictorum manus

manus Deo sic permittente anno 1588 infelix incidit LAURENTIUS SONZINUS, Evangelista pius, in Clavennae Comitatu Pastorem agens, qui de insidiis captus, Comum, deinde Mediolanum carnificinae excruciandus deductus fuit. Non effugit tamen divinam nemesin latronum unus, utpote captus, et a Raetico Clavennae Praefecto CHRIST. DASCHERO Ienaziensi merito capitis supplicio affectus fuit. Quia Clavennates in patrato scelere nullam partem habuisse elucebat, ad PETRI ANTONII OLDRADI supplicationem magna quoque pars sumtuum, qui ad poenas de latrone illo sumendas requisiti fuerant, illis remissa est. b) Non terruit exemplum hocce NICOLAUM RUSCA Archipresbyterum Sondriensem, quo minus paullo post et ipse idem adtentaret. Erat bono isti sacerdoti valde molesta praesentia SCIPIONIS CALANDRINI Sondrii Evangelicorum Ecclesiastae, quem anno circiter 1567. Proceres Raeti Heidelberga in Vallemtel. accersiverant, c) viri in docendo indefessi, adversus insidias providi ac imperterriti, ob integritatem denique morum laudatissimi ac amatissimi. Ut igitur eo liberaretur in aeternum, communicato cum IO. PAULLO QUADRIO, (Doctoris PROSPERI Patre) Pontensi, et VINCENTIO GATTO Clariensi, nobilibus catholicae fidei adiuratis, consilio, de subornandis aliquibus sicariis qui Calandrinum aut occiderent aut vivum Mediolanum Romamve abducerent, egit. Repertus est quidam MICHAEL CHIAPPINUS Pontensis, perditae vitae et famae homo, qui insigni summae pecuniarum a Quadrio illo promissae obtinendae spe illectus, executionem rei demandatae in se recepit. Chiappinus ad perpetrandum facinus socios sibi adsciscit tres nautas ANDREAM SERA Comensem, BAPTISTAM DOMINICUM de MENASIO, et IOAN. PIFFARUM de Soriate Iurisdictionis Trahonensis, homines ipsi simillimos, atque Iulio mense anni 1594. ad portum CAJOLI haud procul Sondrio advolat: Archipresbiter enim per puerum qui schedulam in calceo absconditam deportabat, Chiappino et locum et tempus, perpetrandi sceleris significaverat. Est Cajolus vicus ad Abduam fluvium qui Vallem Tellinam mediam secat, ubi pontone amnis tranatur; inflammataque erat Archipresbyteri ira tum ob alias, tum maxime hanc ob causam, quia Calandrinus aliquibus ex incolis dicti loci doctrinam Evange-

b) Act. d. 4. Iun. 1589.

c) Disp. Tiran. p. 108.

gelicam persuaserat, ad eosque confirmandos excurrebat; sic ut spes esset coetum reformatum intra breve tempus inibi cogendum fore. Adventantem igitur una occasione, dicto Iulio mense, Calandrinum, ac pontonem inscendentem tres sicarii adoriuntur; at ad Calandrini clamores excitati vicini fidei consortes, qui Pastoris vitae insidiarum non ignari invigilare consueverant, Ministrum e faucibus latronum eripiunt: latrones ipsos Gubernatori Vallis tunc temporis strenuo viro HARTMANNO ab HARTMANNIS vicarioque ejusdem ANDREAE SALICEO in manus tradunt. Audita Sociorum captura Chiappinus in fugam se dedit, ac per annos aliquot *'arantoos* in Valletellina exstitit. Ttres malefici quid cum Calandrino designaverint lubentes fatentur, dicendo id sibi commissum fuisse a CHIAPPINO ut Calandrinum captum Mediolanum abducerent, aut si id exsequi nequeant, interficiant. At hi nihil de Archipresbytero: sed ex aliis indiciis id constabat. Quum in confessione persisterent, in et extra tormenta, ac indicia omnia id ipsum comprobarent, tres illi mox commerito capitis supplicio affecti fuerunt. Post annorum quatuordecim decursum Chiappinus existimans causam illam oblivione deletam esse, in Vallem Tellinam patriam suam reversus est: sed cognita ejus praesentia Gubernator IOANNES CORNUS a CASTROMURO sine mora ipsum comprehendi curavit ac quaestioni subiici. Promtus ac lubens fatebatur Chiappinus abductionem Calandrini commendatam fuisse sibi a duobus nobilibus viris supradictis, nec non ab ipso Archipresbytero, qui schedulam miserit ad se, per puerum, quem nominabat ac describebat, in calceo deportatam, in qua significabatur locus nempe ponto Cajoli, nec non dies, ad quem se sistere debuerint ad comprehendendum Calandrinum, et eam in rem promtos eheu! se exhibuisse, licet successu infructuoso ob accurrentes vicinos. Rusca qui ad captivum pro lubitu intrabat et exibat sub colore accipiendia misero peccatorum confessionem, omnibus modis reum sollicitavit ad retractandum: sed frustra. Nam Chiappinus idem semper sibi constitit, condemnatusque ut in partes quatuor dissecaretur, post gratia facta capite truncatus fuit mense Decembri Anni MDCVIII. Non iudicavit Castromurius consultum manus in ipsum Archipresbyterum iniicere, eumque in jus vocare, ob auctoritatem qua inter catholicos pollebat, ob Fuentanum proximum, ad cujus nutum Rusca dies noctesque circumequitaverat, ob gliscentes denique factiones, quae Rae-

tiam ipſam diſtrahebant. Praeſtat nonnunquam malum non punire quam illud ad publicam perniciem provocare ac incudi reddere. Detulit tamen facti ſpeciem Gubernator ad Raetos Dominos m. Aug. 1608. pro Comitiis congregatos. Hi RUSCAM ad dandam facti rationem Curiam ad ſe evocarunt litteris d. 14. Aug. ad eum miſſis: ad quas cum non compareret, delegatum fuit Iudicium ex aequali numero utriusque religionis, cui iniunctum in id factum accuratius inquirere ac pro merito mulctare. Delegatum Iudicium confluxit primis Novembris diebus. At Ruſca loco quod debuiſſet judicio ſtare adpropinquante tempore ſe ſiſtendi, quaſi venandi gratia Sondrio egreditur, ac Bedanum Locarnenſis ditionis patriam ſuam nemine ipſum inſequente confugit: ad agendam interea cauſam ſuam IOANNEM ANT. GIOERIUM Pontificis Equitem Calanchenſem, FRANCISCUM SCHENARDUM ac FABRICIUM LAVIZZARIUM Iurisconſultos Curiam in ſui locum delegavit. Procuratores iſti clientis negotium ſumma fide egerunt. Profuit illis lucrari IOANNIS GULERI Moecenatis ſpectatiſſimi operam ſaltem quum animum non poſſent. Is enim qua privatim, qua publice cauſam Ruſcae coram Iudicio agens, ſubtiliter ac in immenſum exaggerabat invidiam quae ſequeretur acriorem inquiſitionem facti, cujus Archipresbyter inſimulabatur. Dicebat ſubditos Valtellinos per ſe ſatis plus aequo a Raetis alienos ac in Hiſpanum propenſos qualemcunque iuſtitiae in Archip. exſecutionem traducturos ceu ex odio religionis provenientem et quaſi nil magis deſiderent Evangelici, quam ut ex qualicunque cauſa, ſacerdotes ac Monachos declarent ſicarios ac latrones. Calandrinum eſſe adhuc in vivis, et ab illo tempore ſempre inter duos illos bene conveniſſe. Denique ad certam cognitionem facti indipiſcendam ipſam requiri Ruſcae praeſentiam. Hunc autem jam elapſum eſſe nec reverſurum unquam, ſi acriorem inquiſitionem ſibi deſtinari intellexerit. Quare praeſtare reatum ſacerdoti inter ſuos aeſtimato condonare, quam notam infamiae inurendo totius Cleri odium in paucos ſuos illis intermixtos accerſere. Haec Gulerus: reliqui autem tres Ruſcae Procuratores aureis loquebantur linguis, amplis nempe largitionibus favorem Iudicum ſibi conciliando. Sic effectum eſt, ut accuſatus qualitercumque ab infamia immunis evaſerit, perſolutis prius expenſis factis, (Lavizz. et Quadr. eas ad 600 Coron. adſcendiſſe produnt) quod Procuratores lubentiſſimo animo in ſe receperunt et eluerunt. Ruſca intel-

intellecto rei succeſſu de re feliciter geſta ſibi impenſe gratulans, Sondrium reverſus eſt: atque a periculo quod eluctatus erat cautior redditus, amplius compertus non eſt ulli Miniſtrorum vitae per ſicarios inſidiatus eſſe. At vindicis Dei oculum falli non poſſe, ipſe exitus vitae quem Ruſca ex Dei iudicio ſortitus eſt, teſtatum facit, de quo ſuo loco. d)

Id adhuc ad adtentata contra CALANDRINUM obſervandum venit, Proceres Raetos accepta abs Gub. de HARTMANNIS facti, ut obtigerat, notitia in perfidos Monachos ſic commotos fuiſſe, ut firmiter apud ſe ſtatuerint, ſummum ad ejusmodi exempla exercere rigorem, qui Sceleratos ab adtentandis ſimilibus abſterrere queat. Edictum mox in Communitatibus Vallis Tellinae, Clavennae, ac Burmii affixum, ac praeconis voce promulgatum, hujusmodi erat.

„ Nos Trium Foederum oratores Davoſii ex mandato Magnificarum „ Communitatum, Dominorum noſtrorum congregati, per praeſentes „ quibusvis notum facimus quem in modum videntes proviſiones ac „ media a nobis hactenus adhibita ad avertenda latrocinia, aliaque vio„ lentiae facinora, quae in abductionibus Praedicantium, aliorumque „ ſubditorum noſtrorum extra noſtram ditionem, exercebantur, et „ cujus recens habetur exemplum, cui tamen defuit ſucceſſus, pertur„ batores quietis publicae, et Iurisdictionis noſtrae violatores abſter„ rere non valuiſſe, quo minus de tempore in tempus ad ſummum „ noſtri deſpectum, novos exceſſus ac facinora commiſerint: igitur „ Decretis ſaepius factis, et cummaxime ultimo, anno adhuc 1588. „ m. Iunio promulgato, inſiſtentes, ſcientesque talem eſſe Magfc. Com„ munitatum noſtrarum voluntatem, ad expreſſum ipſarum mandatum „ omnibus noſtris Officialibus Vallis Tellinae, Clavennae ac Burmii „ praeſentibus ac futuris, iniungimus ac mandamus ſub poena indi„ gnationis noſtrae ac privationis Officii

„ Primo. Si contigerit privatam quampiam perſonam, aut Com„ munitatem, unam pluresve, cujuscunque ſtatus, gradus, aut con„ di-

d) Act. Thoſ. Sprech. Hiſt. Mot. p. 61. 62. Laviz. p. 120.

„ ditionis fuerint, auxilium, confenfum, confilium, factum, aut favo-
„ rem praeftitiffent, ad id ut quaepiam, una pluresve perfonae, cu-
„ juscunque religionis, aut ftatus, e medio tollatur, aut e terris no-
„ ftris abducatur, omni ftudio agant noftri Officiales ut tales facinoro-
„ fi in vita, honore, et opibus debita poena afficiantur, quae ftatuitur
„ ut in quatuor partes diffecentur. Huicque poenae fubeffe adiudi-
„ cantur, quicunque de factis ac confiliis ad ea patranda fcientiam ha-
„ buerunt, five intra ditionem noftram exftiterint, five extra, nec
„ tamen ea Officialibus noftris revelaverunt.

„ Item Ordinamus, ut ea Communitas aut perfona, quae dictos
„ Iurisdictionis noftrae perturbatores, violatoresque capitivos Magiftra-
„ tibus noftris confignaverit, ea cum tempore gratiam noftram experiri
„ debeat in omni beneficentia. Quando vero perfonae effent ex ter-
„ ris noftris relegatae profcriptaeque, quae ejusmodi tractatus detege-
„ rent, aut dictos perturbatores Officialibus noftris confignarent, eo
„ cafu illae facto ipfo ab exilio aliave infamiae fententia liberatae fun-
„ to: pariter fi complices forent, funto ab omni cenfura exemtae.

„ Ultra Ordinamus et ftatuimus, quod fi una pluresve perfonae,
„ cujuscunque ftatus aut conditionis exftiterit, comperiatur five ipfa
„ five per alios unam pluresve perfonas noftrorum hominum adno-
„ taffe, defcripfiffe, detuliffeque, per quas delationes defcriptiones ac
„ notas perfona illa in exterorum quorumvis Principium poteftatem
„ aut manus incidat deferaturque, eo cafu quicunque fuerint illi in vi-
„ ta, honore, et opibus puniantur. Et qui talia detexerint condigno
„ praemio remunerabuntur, neque unquam eorum nomina proden-
„ tur. „

„ Ultimo ftatuimus et mandamus omnibus et fingulis Officialibus
„ noftris praefentibus ac futuris, ut quando ejusmodi infidias, confilia-
„ que fibi minifeftari contingat, ipfi perfonas in quas malum cuditur
„ ftatim certas reddant, ut quantum in ipfis eft, infortunium ab illis
„ avertant. „

„ Ut

„ Ut vero haec nostra Statuta tanto facilius executionem sortiantur, „ omnibus ac singulis Vallis Tellinae, Comitatus Clavennae, et Burmii „ Officialibus nostris mandamus, ut hoc nostrum Decretum in omnibus „ Communitatibus Iurisdictionis ipsorum publicent, ac observari curent, „ sub poena antescripta: omnibus praeterea Officialibus subsecuturis man- „ damus, ut ad primum ingressum Officii ipsorum hanc nostram ordina- „ tionem iuxta cum aliis Edictis publicari curent, ne ulla persona aut „ Communitas iustam causam habeat cum ignorantia se excusandi.„

„ In quorum fide praesentes dilectorum ac fidelium Confoederatorum „ nostrorum Foederis Decem Iurisdictionum Sigillo, omnium nostrûm „ nomine roboramus, Datas die XX. Octobris MDXCIV. „

Adtentati hujus adversum se memoriam CALANDRINUS saepius sacerdotibus Vallis Tellinae refricavit, ipsi RUSCAE in publico praetorio exprobravit, et ne male dixisse credatur, scripsis consignavit, quae postea in publicam lucem edita sunt. Asservat Archivum Tiguri Hottingerianum Calandrini *Authographon*, in quo ista rite indicantur: nos quum illud ad manus non habeamus, ex impresso dabimus quae huc pertinent ab illo scripta, in quo licet omissum sit, pacis nempe et modestiae causa, RUSCAE nomen, ita tamen designatur, ut nemo tunc vixerit, qui ignorarit, quorsum digitus intendat. Calandrini verba sic decurrunt in Resp. ad Paroch. Vultur. Scriptum I. pag. 75. „ Notum „ est omnibus quid acciderit Tilii anno 1556. ob conciones *Angeli* „ *Cremonensis* Monachi Dominicani, unde Paullus Gadius Ecclesiae ejus „ loci Pastor et honesti quidam viri Posclavienses, armis atque lapidi- „ bus (praeeuntibus sacrificulis) petiti, vix populi furorem evadere „ potuerunt, et quidam Tilienses Evangelici, qui *Gadium* protegere „ voluerunt, ipsi gravissime vulnerati fuerunt. Quid Sondrii anno „ 1584. ob conciones Francisci Balernae Franciscani, et artes quorun- „ dam sacrificulorum accidit, testes fuerunt ultra quadraginta Rheti, qui „ tum temporis divina providentia Sondrii fuerunt, qui de ea re in Co- „ mitiis ejus anni graviter conquesti sunt: testes judices a Dominis tri- „ um Foederum super ea re delegati, et acta ab ipsis conscripta. Quid „ Posclavii eodem anno authore Octavio Mediolonensi sacrificulo ten- „ tatum est? Ut nihil dicamus de *Cellario* Ecclesiae Morbenii Ministro

„ a Monacho Toretta Pluriensi, ex regione Principum nostrorum vi
„ Romam anno 1568. abducto et crudeliter igni tradito; de *Sonzino*
„ pariter anno 1588. item de aliis nostrûm, adversum quos sicarii im-
„ missi sunt in hanc ipsam regionem, (NB.) a quibus, Principes no-
„ stri norunt, qui etiam anno 1594. meritas suae temeritatis poenas lue-
„ runt, divina providentia Nos protegente. Quid Borromaeus Car-
„ dinalis et per quos, anno 1584. atque eo, in sceleratissimi foetus
„ fere exclusione, divina Providentia sublato, Monachus Panicarola
„ ejus loco, vel quicunque alii fuerint anno 1585. in universam regio-
„ nem et Ecclesiarum nostrarum omnimodam perniciem armis crudelissi-
„ mis machinati sunt? Nobis itaque potius a Monachis et a Sacrificulis
„ quos diximus pernicies saepius parata fuit; et ab iis ipsis cum qui-
„ bus nobis nunc res est paratur, dum in Concionibus suis et in pri-
„ vatis sermonibus nos sive directe sive indirecte ut haereticos, in Chri-
„ sti divinitatem blasphemos, et catholicae fidei hostes, (uti aperte
„ nos vocant in hoc suo scripto) diffamant, unde civilis conversatio
„ abrumpitur, et magna ex parte iam impeditur, et animi plebis in
„ nos infensissimi redduntur. Ex quibus rebus facile est coniicere
„ quid nobis exspectandum esset, nisi nostrorum Principum vigilantia
„ ac authoritate, et Dei imprimis vi ac providentia protegeremur.
„ Quid tale unquam a nobis in sacrificulos vel Monachos tentatum est?
„ Et haec quidem semel dixisse sufficiat, quoad hujusmodi sacrificulo-
„ rum querelas adversum nos (Ministros) confictas. Sed etiam con-
„ queruntur sacrificuli, se in judicium vocari, et ad Tribunalia rapi, uti
„ circa finem secundi capitis scribunt. Atqui nostri rapiuntur ad
„ ignes, quia Christum solum fidei ac salutis nostrae authorem agno-
„ scimus ac profitemur. Verum cur tantopere iusta Tribunalia formi-
„ dant sacrificuli, si recte sunt sibi conscii? Forte male illos habet
„ quod in Rhetia non eximantur a civilium Tribunalium potestate, ut
„ alibi; contra expressam D. Paulli doctrinam fit praecipientis cap. XIII.
„ ad Rom.: omnis anima subiecta sit potestatibus supereminentibus: quae
„ verba ipsos quoque Prophetas et Apostolos comprehendunt, Chry-
„ sostomo interprete. At Romanenses rasi admodum caute ab hoc
„ praecepto se exemerunt. In quem finem prudentes norunt. In
„ Rhetia tamen hoc Dei praeceptum, Dei beneficio retinetur. Cum
„ igitur Magistratum adivimus a Deo ad publicam pacem tuendam, et
„ hujus-

„ hujusmodi calumnias reprimendas constitutum, quid habent sacrificuli „ quod de nobis merito conquerantur?

„ Et alibi, pag. 108. Nempe sacrificuli cum non possint (Calan„ drinum) criminis alicuius vere illum accusare, his saltem verbis ejus „ famam denigrare student, scilicet, notum omnibus esse, qualis homo „ sit Calandrinus. Certe satis notus est et alibi et in Rhetia CALAN„ DRINUS ubi, cum HEIDELBERGA, (in qua Academia studiis littera„ rum operam dabat) authoritate publica accitus esset, Ministerium „ verbi Dei viginti septem annos hucusque (scripta haec sunt anno fe„ re 1601. vel 1602. si non citius) cum laude exercuit, nec ullius „ criminis unquam convictus fuit, quamvis infestissimos habuerit ho„ stes Monachos et Sacrificulos, quorum aliqui calumniarum in ipsum „ convicti in publico iudicio eas ultro retractarunt; alii ex disputatio„ nibus cum ipso habitis non potuerunt se explicare. Hinc odia in „ ipsum plusquam vatiniana et persequutiones, immissis etiam sicariis „ (a quibus Principes nostri norunt) ad ipsum vel Romam ad cruciatus „ abducendum, vel trucidandum, nisi Dominus eum sua singulari pro„ videntia custodivisset. Quod etiam in Caesarem GAFFORUM, et in „ aliquos alios nostrûm, (frustra tamen, singulari Dei beneficio) ten„ tatum fuit. Non pudet tamen sacrificulos istos, qui tam placide in „ Rhetia vivant, et absque ullo impedimento suis opulentis reditibus „ fruuntur, iactitare et conqueri se magnam crucem ferre, et ingentes „ persequutiones pati. Illos potius vehementer oxcruciat, quod non „ possint nos in Rhetia ut alibi faciunt, durissimis carceribus, exsiliis, „ bonorum spoliationibus, equuleis, fidiculis, submersionibus, mem„ brorum distractionibus, ferro ac lento igne, et quibuscunque aliis „ horribilioribus tormentis, quae crudelissime ab ipsis excogitari valeant, „ persequi, affligere, et quacunque fieri ratione possit, immanissime „ excruciare.

Eo tendunt et Gaffori ipsius sequentia p. 223. 224. „ Eruditi si „ erroribus Papismi contradicunt, statim ferro et igne e medio tollun„ tur. Et ad has probationes vos (sacrificuli) non indigetis multis „ regulis consequentiarum - - - - solum modo hoc vos rogatos ve„ lim: quibusnam Romana Ecclesia persequutionibus est obnoxia?

„ Quae

„ Quae tanta potentia, tantisque viribus armata ut procul omnibus aliis „ terrorem ostentans, ipsa nullum periculum extimescat. Lupus quidem ovem calumnibatur quod sibi aquam turbaret, qui ejus necem „ moliebatur. At ovium natura non mutatur in lupinam, nec fert „ ovium Christi natura, ut rabiem imitata luporum in hostes suos ferrum expediat, et nefanda hauriendi sanguinis humani siti laboret. „ Non est quod vos Pontificii ab Evangelicis persequutionem aliquam „ metuatis, aut extraneam aliquam vim ad extirpandum Papatum eos „ adhibituros putetis. Cupimus errantes argumentis ex verbo Dei „ erudire, non tormentis excarnificare, et cum Hieronymo lib. V. in „ Esai. cap. XIV. illud ambimus: *Utinam filios haereticorum, et omnium qui decepti sunt interficiamus sagittis spiritualibus.* Et ad Apostolicum illud contendimus: *in bona conscientia maledicimur, et obsecramus, persequutionem patimur, et sustinemus etc.* scientes divinis „ edocti oraculis; et perpetua rerum experientia confirmati mendacium „ ipsum ultro ruere, et extra terminos a Deo constitutos non latius „ divagari: exspectamusque donec Dominus ipse manum admoveat, „ et hanc Babylonicae turris structuram Nembroti Romani opus dissipet. „ Haec illi. Istis imputationibus a Calandrino factis supervixit RUSCA annos viginti et ultra, sed nunquam ausus fuit conqueri quod injuria fiat vel sibi, vel confratribus, contentus silentio praetervehi, quae patrare tantum non impune licuerat. Brocardus BORRONUS Placentinus Monachus astutissimus, nec ipse illo tempore aptiorem noverat viam, per quam Evangelicorum causa in Valletellina labefactaretur, quam per abductiones Ministrorum. Sed hujus consilia designataque privum caput deposcunt.

Eundem in tonum tibias inflabat Sanctum Mediolani Inquisitionis Officium. Anno namque MDXCIV. d. XX. Aug. jussu Fra DIODATI de GENUA Dominicani, ac Officii Generalis proclamabatur Edictum, cujus tenore omni haeretico, (i. e acatholico) interdicebatur intra urbis Ducatusve Mediolanensis fines intrare, aut intra eos mercimonia exercere, cum declaratione tamen ut Helvetiis ac Raetis liceat vel in Hospicia publica, vel apud amicos, quos habuerint divertere, ea tamen lege ut tam accedendo quam discedendo Inquisitori nomina sua indicent, nihil de Religionis rebus loquantur, Templa non adeant, nisi

nisi forte conciones audire voluerint etc. Anno deinde MDXCVIII. idem Decretum restauratum est, sed sublatis conditionibus allegatis; et per quod Mediolanensibus simul mercatoribus prohibebatur omnem cum extraneis exercere mercaturam, reservatis tamen Helvetica ac Raetica gente, subque severa poena iniungebatur, ne merces ullae explicentur, nisi in praesentia alicuius ex numero Inquisitorum. Hac nempe via immissioni librorum prohibitorum in Italiam aditum obstruere existimabant. e)


Levia sunt, ac fere vix digna memoratu Statuta nova, per quae res religionis Evangelicae in Valle Tellina et Clavenna, aucta aut promota dici possit. Sequentia tamen sunt. Abs Comitiis Trium Foederum mense Octobri Anno MDLXXXVIII. Davosii celebratis, considerata temporum calamitate quoad caritatem annonae, fideli quoque ac sedula opera, christiana denique vita Ministrorum Evangelii in terris subditorum, sancitum fuit, ut illis, loco coronatorum quadraginta qui vigore Decreti anno 1558. cusi pendebantur, dehinc quinquaginta coronati annuatim salarii loco exsolvantur. Act. d. 22. Oct. 1588. Reluctabantur isti ordinationi cummaxime SONDRIUM ac MORBENNIUM oppida, nec non sub Iurisdictione Pluriense vicus PONTEILLA; at illi causa ceciderunt ex iudicio tunc Gubernatoris IOANNIS GULERI, quod a Comitiis mense Febr. 1589. rursum semel pro semper confirmatum est. Eadem Ponteillensibus responsio data.

Emanato ac confirmato isto Decreto, qui BOALZII prope Tilium erant Evangelici, sibi quoque Templum unum cum coemiterio ac campanis nec non annuo L. coronat. salario ad sustentationem Ministri a concivibus exponi postulabant. At obstabant Romano-catholici omnibus viribus. Commissum fuit causae iudicium GEORGIO BELINO Vallis tunc vicario, et IO. IAC. CATANEO I. U. Doctori; qui paci publicae consulturi aequum iudicaverunt, ut Reformatis concedatur omne illud quod postulaverunt. Contra, noluere Catholici iudicium istud admittere ante factam revisionem. Delecti Revisores IO. de MONTE regens tunc Praetor Tirani, FABRITIUS LAVIZARIUS et LAURENTIUS PARIBEL-

e) Hotting. Helv. K. G. Tom. III. p. 956.

LUS I. U. Doctores, Iudicium ab arbitris factum secundum omnes partes irritum pronunciarunt. Itaque disceptata causa fuit in Comitiis m. Iunio A. MDLXXXIX. Evangelicorum causam agebant RAPHAEL de NOVA Boalziensis vir eruditus, et BAPTISTA FALGKIUS de Grania: hi pro se Decreta anno 1557 et 1558. nec non Arbitrorum Belini, ac Catanei sententias allegabant. Ultimi vero iustitiam inde commonstratum ibant, quia catholici habeant Boalzii Templum, Evangelici autem ab usu eius arceantur, sic ut quando velint sacra frequentare, debeant Tilium usque ascendere viam sat longam ac molestam. Catholicorum contra nomine Praenobiles viri HORATIUS PIATTUS, CAMILLUS BESTA, et HIERONYMUS CROTTUS repraesentabant, Evangelicis Boalziensibus fructum primum Decretorum annis 1557 et 1558. sancitorum, illis ipsis statim annis, adsignatum fuisse in Templo S. PETRI Tilii, ac summa XL. coron. illius loci Ministro exsolvi solita; deinde anno 1582. elapso tenorem sententiae Georgii de GEORGIIS Praetoris Tiliensis aedem S. Ursulae, cum coemiterio et campanis, sumtibus Communitatis gravissimis ad eorum usum exaedificatam instructamque fuisse: Cui adsignationi quia Evangelici conquieverunt, non esse ut plura requirant. Praeterea nec adeo prolixum ad aedes ipsis adsignatas iter esse, ut ob eam causam novum Templum, novum coemiterium, ac proprius Minister necessarii videri queant. Comitia causam catholicorum potiorem iudicarunt, mandaruntque Evangelicis ut cum eis quae haberent contenti sint. Act. d. 3. Iun. 1589.

IOANNE PLANTA Clavennae Commissario Evangelici in vico Prada prope Clavennam usum communis Templi illo Iudice adsecuti sunt, quod iudicium Legati trium Foed. in Comitiis d. 15. Iun. anno 1596. confirmarunt.



CAP.

CAP. VI.

1595 — 1596.

DISPUTATIO TIRANENSIS.

Cabaſſus Tirani Curatus ab evomendis calumniis in Evangelicos ceſſare neſcit. In concione Cal. Maii habita librum Inſtitut. Calvini in pulpitum ſecum adfert, et lectis ex eo quibusdam ſententiis, populo perſuadere conatur Calvinum adverſus divinitatem Chriſti blasphemaſſe. Quia iniuriam adeo atrocem retractare recuſat, a Miniſtro Evang. Tiranenſi Andreoſcia, ad Comitia Raetorum citatur. Comitia Praetori Tiran. mandant ut in factum inquirat, et reum puniat. Cabaſſus eo intellecto omnes Miniſtros Evang. provocat alla Ringhera *ſeu* alla Berlina. *Conveniunt tandem ſacerdotes in turba, et miniſtri Valliſt. in Praetorii aulam. Propoſitio Cabaſſis. Paſtorum defenſio.*

CONGRESSUS PRIMUS.

Annis MDXCV. et MDXCVI. inter Religionis Evangelicae in Valle Tellina Paſtores, et Romanocatholicos eiusdem vallis Parochos de Perſona atque officio IESU CHRISTI Mediatoris ſecundum utramque naturam, aliquot conſeſſibus ex profeſſo, publica auctoritate diſputatum eſt; a qua celebri DISPUTATIONE pars Evangelicorum honorem ac triumphum reportavit. Occaſionem ad illam indicendam dedit SIMON CABASSUS Curatus, ut vocant, ſeu Parochus Pontificius Tirani. In more habebat is in omnibus ipſius concionibus Evangelicorum religioni maculam adſpergere, quam plerumque ab auctore CALVINO traducebat, quem nullo non impietatis titulo accuſare ſolebat.

Inter inficeta alia, quae ſuis publice de illo narrabat, ſaepius repetebat CALVINUM, quum vellet Romanae Eccleſiae miracula aemulari, aliquando ſuis Genevae promiſiſſe, quod mortuum quendam ſuſcitaturus ſit; at eo momento quo edi miraculum debebat, vivum revera interemiſſe; mendacium ac calumniam a HIERON. BULSECO ad conflandam ſummo illi viro a quo miſere depexus fuerat invidiam, excogitatam ac ſparſam, ſed et a prudentibus omnibus exploſam. ANTONIUS ANDREOSCIA Paſtor Eccleſiae Evang. Tirani, etſi videret quem in finem illa populo proponerentur, tamen ea non multum curabat, ut quae a ſua vanitate ac abſurditate facile confutarentur. Proxime vero Calendas Majas anni 1595. accidit Caballum per quendam Clericum ab Andreoſcia petere CALVINI Inſtitutiones Religionis Chriſtianae commodato. Ei Andreoſcia librum lubentiſſimo animo conceſſit addita ſchedula, ut ſi quid in eo libro inveniret, quod cum verbo Dei pugnare exiſtimaret, vellet ſuper eam rem ſecum familiariter ac placide conferre. Quid fit? CABASSUS tam aequa poſtulatione neglecta Calendis Maii ſuggeſtum conſcendens CALVINUM blaſphemiae in Chriſti divinitatem accuſat, quem ſaepius antea, ut iam dictum, aliarum quoque impietatum accuſaverat, CERINTHO haeretico adiungit, locum Inſtitutionis Calvini expreſſe indicat, librum ipſum ab ANDREOSCIA Miniſtro ſe accepiſſe populo narrat. Populus rem cum abominatione audit, fidem Caballo praebens. Id quia erat claſſicum canere, Andreoſciamque ac caeteros Evangelii Paſtores, quos per contemtum fere Calviniſtas appellabat, in arenam invitare, ni eos Magiſtri puderet, Andreoſcia abſque accuratiori examine dimittere non poterat, ne tacendo ac diſſimulando daretur populo anſa credendi Evangelicos in eodem luto haerere, quo implicari traducebatur Calvinus. Itaque MARTINUS PARAVICINUS excellens Phyſicus pacis ſtudio ductus, unita opera praeſtantium duorum virorum Doctoris TORELLI et IACOBI HOMODEI eandem cum Caballo Religionem profitentium, tantiſper Andreoſciam detinuit, antequam iniuriam ad collegas deferret, controverſiam amice tranſigere atque componere tentans. Verum eorum conatum Caballus riſu excepit atque contempſit.

Reliqui Vallis Tellinae Miniſtri intellecta atroci iniuria piae memoriae Doctori IOANNI CALVINO publice ac adeo proterve impacta, in memoriam praeterea vocantes continuas calumnias quas ſacerdotes ac

ac Monachi Evangelicae Religioni addictis, sub Calvini discipulorum, Sectariorum, ac uno verbo Calvinistarum nomine, impingebant, denique varia illa, quae ab illis tum in communi conversatione, tum in auricularibus confessionibus semper agebantur ad irritandam plebem, re cum Politicis quoque viris piis ac prudentibus communicata, una statuerunt tantae sacrificulorum ac Monachorum licentiae obviam ire, ut nempe iustitiae causae, simulque hac ratione honori suo prospicerent. Igitur antequam maiora mala orirentur, ne Caballus conqueri posset se inauditum condemnari, in ius illum ad Comitia Curiensia vocari curarunt, quo Legati Trium Foederum pro prudentia et auctoritate sua prospicerent, ut pax ac tranquillitas publica conservetur, Edicta Dominicalia observentur, atque calumniae eiusmodi reprimantur. Litterae vero citationis, ut vocant, culpa eorum, qui eas ferre debuerunt, Tiranum in tempore non pervenerunt. Interea res coram Legatis proponitur. Illi re expensa litteras dant ad Praetorem Tiranensem NICOLAUM A MARCA Misaucinum, quibus iubent Caballum, si errasse, ac male locutus esse, id est contra Dominorum Trium Faederum Edicta fecisse, inventus sit, puniri. Ipsum hoc est litterarum exemplum:

Salus quamplurima una cum nostri oblatione sit tibi nobili, magnifico, atque fideli Officiali nostro.

„ Postquam ad instantiam honorandorum et Christianorum Dominorum, totiusque Synodi Evangelicae religionis nostrarum regionum, „ honorandus Presbyter Simon Caballus Curatus Ecclesiae catholicae „ Tirani, ratione cuiusdam eiusdem sermonis ignominiosi et calumniosi „ (ut nobis relatum est) per eum prolati contra Evangelium profitentes, coram nobis ut compareret in Pitachio nuperrime Curiae habito „ citatus, ipse tamen non comparuerit; ideo his nostris, praecipue tibi in mandatis damus, quatenus pro debito Officii tui, debitas velis „ assumere informationes, et secundum ordinem contra dictum Presbyterum Simonem Caballum procedere, eumque, ubi reus compertus „ fuerit, iuxta demerita punire: ubi tamen hoc nostrum Mandatum exequutioni non mandaveris, (quod tamen te facturum non dubitamus) „ scias nos ipsos coactos fore in dicta causa procedere, et dicta calumniosa verba irremissibiliter iuxta Decretorum nostrorum tenorem

 „ ven-

„ vendicare. Hisque te, nosque Dei committimus tutelae. Datae et „ proprio Civitatis Curiae dilectorum Confoederatorum nostrorum Si- „ gillo omnium nostrûm nomine munitae, die 24. Iulii 1595. „

Ubi vero litterae Legatorum Tiranum perlatae fuerunt, et ad aures Caballi pervenerunt, is ut poenam effugeret aut saltem differret, sive forte ut magnum aliquod apud suae religionis homines nomen sibi conciliaret, citationem quandam, seu mandatum, ut vocant, a Praetore impetrat, quo ANDREOSCIAM nominatim, simulque Pastores Evangelicos reliquos omnes sub nomine profitentium doctrinam Calvini, atque etiam quoscunque alios Evangelicam doctrinam sequentes, sub nomine quorumlibet, qui sua interesse praetendant, Tiranum vocat ad iure secum contendendum, Pastores vero de multis falsis accusat. Citationem curat ad locum Ringherae, seu Berlinae (ut vulgo vocatur) publicari, qui locus est ad quem scelerati ac profugi in Ius vocari solent. Qui volet potest ipsum citationis exemplar hic legere.

„ MDXCV. die Mercurii 27. mensis Augusti. Cum sit quod ad „ aures multum Reverendi S. Th. Doct. D. Presbyteri Simonis Caballi, „ Parochi ac concionatoris Ecclesiae catholicae Tirani devenerit, mul- „ tos ac quamplurimos contrariae religionis Ministros, et Rectores, „ Calvini doctrinam profitentes, coram Illustrissimis D. D. nostris in „ Pitachio proxime praeterito Corporis Christi Curiae habito compa- „ ruisse, diversasque querelas ac proclamationes contra praedictum Re- „ verendum porrexisse, et in specie quod ipse Reverendus contra ex- „ pressa Calvini dogmata falso ei adtribuerit, in publica eius concione „ Calendis Maii Tirani habita, blasphemasse ipsum contra divinitatem „ Christi, cum tamen id nunquam docuerit Calvinus, et propterea ma- „ ximam factam fuisse iniuriam eorum Ecclesiae, quam inultam pati „ nolebant: Quare instantes petierunt a praedictis D. D. ut contra „ dictum Reverendum severe procederent, et ipsum de huiusmodi ca- „ lumnia debita poena plecti vellent in aliorum exemplum. Et ideo „ praedictos Illustrissimos D. D. demandasse, ut dictum Rever. coram „ se in Pitachio praedicto citari facerent, ad hoc ut contra praedicta „ a Ministris suas defensiones allegare posset, et postmodum suam pro- „ mulgarent sententiam. Insuper his non contentos eundem de in-

„ obe-

„ obedientia paullo post accusasse, ex eo quod significaverint supra-
„ dictum Reverendum citatum contempsisse coram praedictis Illustrissi-
„ mis D. D. comparere, unde severius contra ipsum erat procedendum.
„ Quibus a praedictis D. D. Illustrissimis auditis, per eosdem statutum
„ et ordinatum fuit, ut si quid contra dictum Reverendum praetende-
„ rent de iuribus suis experiri vellent coram Magnifico D. Nicolao a
„ Marca Tirani Praetore, cui tanquam Iudici eius ordinario et ex spe-
„ ciali mandato sub die 24. Iulii anni praesentis causam ipsam delega-
„ bant et committebant, ordinantes ut ipsius iudicium et sententiam
„ exspectarent. Quapropter cum lapsi sint dies quamplurimi, et prae-
„ dictus Reverendus exspectaverit ut suprascripti querelantes eorum
„ querelam seu causam proponerent coram praedicto Magnifico D. Prae-
„ tore, ad hoc ut auditis partibus suam ferre posset sententiam, nihi-
„ lominusque hactenus nullam actionem proposuerint, ideo supradictus
„ Reverendus pro Religionis suae, honorisque sui interesse et pro suae
„ innocentiae demonstratione, cum de asserta citatione non constaret,
„ prout nullo modo (legitimo saltem) constare poterat, attento quod
„ dictus Reverendus nunquam citatus fuerit, attento etiam quod ei
„ falso multa attribuerint: Quare ad praedictum Magnificum D. Prae-
„ torem recursum habuit, tanquam Iudicem ordinarium, ac etiam in
„ hac parte ab Illustrissimis D. D. delegatum, qui suprascriptus D. Prae-
„ tor, dicto Reverendo sic instante, per quemlibet publicum servito-
„ rem citando mandat ad locum Rin gherae seu Berlinae in publica pla-
„ tea Tirani, ubi huiusmodi citari solent, omnes et quoscunque contra-
„ riae Religionis Ministros seu Rectores et alios quoslibet, qui sua in-
„ teresse praetendunt, et in specie D. Antonium Andreossam Ministrum
„ ac concionatorem Ecclesiae suprascriptae, comparituros die 20. post
„ horum emanationem, quae erit die 16. Septembris, hora 16. et suc-
„ cessive coram dicto D. Praetore ad exponandas quascunque querelas
„ seu gravamina per ipsos coram praedictis Illustriss. D. D. nostris ex-
„ posita, quae contra dictum Reverendum habere praetendunt; et in
„ specie ubi contra eum de asserta calumnia contra Calvinum ut supra
„ data, agere praesumant, et in eorum contumaciam seu renitentiam
„ ad videndum pronunciari per dictum Reverendum, ubi praedicta ver-
„ ba contra Calvinum protulerit, veridice et legitime protulisse ex ver-
„ bis scriptis ipsiusmet Calvini, et praedictos D. D. Ministros seu alios
„ ut

„ ut ſupra, indebite contra ipſum Reverendum exclamaſſe, et iniuſte
„ ſe de ipſo conqueri, et propterea dictum Reverendum non poſſe am-
„ plius praemiſſorum cauſa quomodocunque vexari, ipſisque D. D. Mi-
„ niſtris perpetuum ſilentium imponi, ſub poenis et mulctis praedicto
„ D. Praetori arbitrariis. Et tunc ad videndum quoslibet alios actus
„ circa praemiſſa neceſſarios fieri, et ſuper praedictis omnibus et ſingu-
„ lis, nedum quo ſupra, verum etiam alio meliori modo, etiam ius
„ et iuſtitiam ſibi adminiſtrari; aliter etc. declarando etc. nec ſe tamen
„ aſtringendo, etc. ſalvo Iure etc.

Sign. Nicolaus

Iulius Canobius
Not. ſubſcripſit. „

Ad citationem ſeu mandatum hoc divulgatum, convenerunt TILII, qui locus Tirano propinquus eſt, ac fere medius inter Poſcalvium et Sondrium, quinque proximiores Miniſtri ANTONIUS ANDREOSCIA Tirani, CAESAR GAFFORUS Peſclavii, OCTAVIANUS MEIUS Tilii, SCIPIO CALANDRINUS Sondrii, NICOLAUS CHESELIUS Montis Sondrii Eccleſiarum Miniſtri, citationem examinaturi, et quid facto opus exiſtimarent conſulturi. Quia vero in anteſcripto Mandato mentio fiebat litterarum a legatis Foederum ad Praetorem Tirani miſſarum, quas Miniſtri adhuc non viderant; et admodum novum ac paradoxum videretur Tiranenſi Praetori facultatem datam fuiſſe citandi, et ad ſuum Tribunal vocandi Miniſtros, qui uno excepto ANDREOSCIA ſub eius Iurisdictione non erant, denique de re ad Religionem ſpectante, nullis aliis Iudicibus ei adiunctis, iudicandi: deliberaverunt Miniſtri a Praetore petendum eſſe exemplar litterarum D. Legatorum, prout id fieri conſuevit in cauſis etiam minimis, quae a Principe ſolent judicibus inferioribus delegari, ut eo lecto demum certius atque gravius deliberare posſent, ſuper ea quae agenda forent. Sic electi ſunt ANDREOSCIA loci Miniſter, SEBASTIANUS VENOSTA vir pius ac Iurisperitus egregius, qui in fixa citationis die dictorum Miniſtrorum nomine compareant, ac exemplar litterarum Legatorum a Praetore petant, atque etiam tempus deliberandi, et cum aliis collegis communicandi, ſuper ea quae reſponſuri eſſent, die quae deinceps a Praetore ſtatuererur.

Citatio

Citatio interea Praetoris passim divulgatur, ac rumor per Vulturenam spargitur Ministros Calvinistas de multis gravissimis erroribus ac falsitatibus a sacerdotibus Ecclesiae Romanae accusatos esse atque convictos stare, nec ausuros coram Praetore Tiranensi comparere, et cum sacrae Theologiae Doctoribus congredi ac disputare. Iam tempus esse ut a cuius partibus veritas stet, appareat, cum aliis eius generis diffamationibus ac irrisionibus, per quas Ministri in magnum vulgi contemtum ac odium, iuxtaque ipsos doctrina et Ecclesiae, quibus inserviebant, traducebantur.

Indicta die 16. Septembris deputati a Ministris duo coram Praetore comparent. Adest sacerdotum quoque turba. Illi exequentes quod in mandatis habebant Exemplar litterarum Legatorum petunt, ut illud examinare ac cum collegis communicare possent, quo omnia graviter et legitime fierent, Praetor illud haud gravatim concedit, ac propter nundinas S. Michaelis, quae Tirani quotannis frequenter celebrantur, imminentes, communi utriusque partis consensu ad respondendum ac denuo coram se comparendum diem XIII. Octobris dicit. Sic confluxus ille dissolvitur. Interea sacerdotes sive ex fautoribus ipsorum quidam lauream quaerentes in mustaceo, ex eo quod Ministri non comparuerant, sed deputatos tantum ad impetrandum Exemplar litterarum Dominicalium miserant, ansam denuo ceperunt calumniandi spargendique quod Ministri non ausi sint comparere, et tempus differri postularint, eo quod solvendo seu respondendo non essent; aiebant Ministros facile apud se coniicere potuisse quid eo die agendum occurreret. Voluissent nempe sacerdotes iam diu praeparati Ministros, ut sperabant, imparatos petere ac prosternere, vel si id eis non successisset, confusionem ac tenebras rebus obducere. Verum Ministri quum cognoscerent genium hominum, cum quibus agendum susceperant, sedulo cavebant ne quidquam praecipitanter agerent, sed ordine ac graviter in omnibus Iudicii actibus procederent; idque imprimis initio causae faciendum existimarunt a quo reliquus processus penderet: neque enim Ministri poterant divinare quid in litteris legatorum contineretur, vel quid ipsi sacerdotes per tres aut amplius menses excogitassent.

Ubi menſis Octobris dies decima tertia adfuit, ad condictam horam in Praetorium Tirani confluunt Miniſtri quinque ſupranominati ANTONIUS ANDREOSCIA Tirani, CAESAR GAFFORUS Peſclavii, OCTAVIANUS MEYUS Tilii, SCIPIO CALANDRINUS Sondrii, NICOLAUS CHESELIUS Montis Sondrii Eccleſiarum Paſtores. Advolat etiam turba ſacerdotum, numero circiter decem et octo. Quando condicta Iudicii hora ſonuit Praetor in Aula Praetorii comparet. Ad unam Praetoris manum ſedes occupant ſacerdotes ſex IO. PETRUS STUPPANUS, MAZZI, NICOLAUS RUSCA Sondrii Archipresbyteri, (Arcipreti i. e. *Archircis*) SIMON CABASSUS, Curatus Tirani, PARAVICINUS MAZZONUS Villae, et IOANNES ANTONIUS CASOLARIUS Bormii itidem Archipresbyteri, omnes S. S. Theol. Doctores, et PETRUS ANTONIUS OMODEUS Sernii Sacerdos; et a tergo eorum ſtabant ſacerdotes reliqui. Ex adverſo ad alteram Praetoris manum ſedebant Paſtores Evangelici ſupra nominati, longa menſa interiecta. Circumquaque adſtabant Doctores, nobiles, et quam plurimi ex populo honeſti viri utriusque religionis, multo tamen maiori ex parte Papiſtici homines, rei exitum avidiſſime exſpectantes.

Quum igitur Praetore ſalutato omnes conſediſſent, IOANNES THOMAS CANOBIUS I. U. D. ſacerdotum Patronus, prior verba facere incipit, quibus in ſumma ſignificabat CABASSUM ſe ſiſtere coram Praetore iuxta Mandatum Legatorum, et die a Praetore dicta ut ſe tueretur ab illis, de quibus a Miniſtris accuſatus fuerat, et ut innocens a Praetore liberaretur. Ex altera parte SEBASTIANUS VENOSTA Patronus Paſtorum aſſeruit Paſtores Evangelicos etiam tum nomine ſuo, tum venerandae Synodi, (cuis mandatum prolatum ſcribae AEMILIO tradidit actis inſerendum,) ſe coram Praetore ſiſtere iuxta mandatum Praetoris ad inſtantiam Cabaſſi divulgatum; licet comparere non tenerentur, uti ex ipſis Legatorum litteris patet, quarum mentio in illo mandato fit, attamen comparere voluiſſe, ut ſe defenderent ab iis de quibus in eo mandato a CABASSO accuſabantur, atque famam tum ſuam tum religionis ſanctiſſimae, quam profitentur, tueantur. Sed antequam ulla alia actio inſtitueretur, petiit ut quaedam quae in mandato ad inſtantiam Cabaſſi emiſſo ambigue dicuntur explicentur: nempe: utrum verba illa contra Calvinum, de quibus ſupra iam dictum eſt, Calendis Maii in concione pro-

protulerit. Item cum vocet Paſtores in eo mandato, profitentes doctrinam Calvini, utrum velit ipſos eiusdem blasphemiae in Chriſti divinitatem reos facere, cuius CALVINUM accuſavit. Antequam provehamur ulterius Mandati a Miniſtro Praeſide Synodi Raeticae Paſtoribus Volturenis dati exemplar adponimus.

„ Non abs re canit ille: Nunquam bella bonis, nunquam diſcri-
„ mina deſunt; Et quocum certet mens pia ſemper habet. Quae cer-
„ tamina licet piis et bonis moleſta ſint, multum tamen utilia et ſalu-
„ taria eſſe ſolent. Omnia enim piis tandem in bonum cedunt: nam
„ ſic plerunque Deus iuſtos exercet, ut ipſos excitet, et magis virtuti
„ incumbere cogat. Vexatio, inquit Propheta, dat intellectum: tunc
„ celſior erit, cum premitur virtus. Inter alia vero mala, quae no-
„ ſtro hoc exulcerato et ultimo ſeculo exundant atque graſſantur, etiam
„ hoc locum habet, quod non deſunt homines tam irrequietae mentis
„ tam petulantis linguae, pacisque et otii tam impatientes, ut quaſi
„ parum ſit vivis et praeſentibus negotium faceſſere, nec demortuis
„ parcunt, ſed et illos exagitant et calumniantur, cum larvis, ut dicitur,
„ pugnantes. Eapropter cum nuperrime ad aures venerandae Synodi
„ Curiae coactae et celebratae perveniret, Simonem Caballum Tiranen-
„ ſis Eccleſiae, quae Papiſticam Religionem ſequitur, Paſtorem, pro
„ concione publica grave convicium feciſſe piae et praeclarae memoriae
„ Ioanni Cavino iam pridem vita hac defuncto, eumque Arianae hae-
„ reſis aperte inſimulaſſe, quaſi qui male de aeterna divinitate Chriſti
„ et ſenſerit et ſcripſerit: ubi certe inſignem illi magno Viro iniu-
„ riam fecit; quis enim inter omnes ſcriptores, tam veteres quam
„ Neotericos, clarius et ſanctius de ſancta Trinitate, de perpetua et
„ coeſſentiali divinitate Ieſu Chriſti cum Patre et Spiritu Sancto ſcrip-
„ ſit et docuit, quam ille idem Calvinus, ſi quis procul remota male-
„ volentia et maledicendi libidine ipſius lucubrationes perlegat, et di-
„ cta ſecundum quid non pro ſimpliciter dictis accipiat, et media cum
„ primis et ultimis candide conferat, et componat? Quis item con-
„ ſtantius Arianismo atque Arianis ſe oppoſuit, quam idem ille Calvi-
„ nus? Quis author et ſuaſor fuit Magiſtratui Genevenſi, ut impurum
„ illum canem contra divinitatem Ieſu Chriſti latrantem extremo ſup-
„ plicio afficeret, quam Calvinus? Unde magnum ſibi apud ſiniſtre

„ misericordes odium et invidiam conflavit, et virum sanguinum audivit?
„ Cum igitur venerenda Synodus facile intelligeret per CALVINI latus
„ nos qui Evangelicam profitemur religionem oblique peti et damnari,
„ qui vulgo Calvini nomine censemur et Calvinistae appellamur, sed
„ praeter causam et rationem, utpote qui non in Calvinum, sed in
„ verum et unicum Deum credimus, nisi quatenus scripta eius infallibili
„ et indubitatae fidei verbo Dei et scripturis canonicis consentanea
„ sunt: nec in Calvini, sed in Sanctae Trinitatis et Iesu Christi nomen
„ baptizati sumus. Quid multis? qui non in Calvini nec Lutheri, nec
„ ullius puri hominis verba iuravimus, sed cum iudicio eorum verba
„ ad regulam verbi Dei examinamus. Comparuit veneranda Synodus
„ coram Dominis trium Foederum, tunc temporis Curiae, et ipsis in
„ Comitiis congregatis, et querimoniam de praefato Simone absente
„ habuit. Nam licet citatus esset ille secundum forensem formam ac
„ consuetudinem, citationis tamen litterae non satis in tempore ipsi
„ redditae fuerunt. Unde Magnifici Domini Rheti (nisi perperam
„ intellexerimus) negotium per litteras dederunt Magnifico Domino
„ Praetori, qui iam Tirani cum imperio est, ut in illum inquietum et
„ maledicum Simonem animadverteret pro merito ipsius, sin secus
„ quod suo tempore id ipsimet facturi essent. Iam vero audivimus
„ diem dictum esse ab illo Magnifico D. Praetore, quo se utrobique
„ vel utraque pars sistere debeat, et Simon et Concionatores Evange-
„ lici. In quem vero finem id fiat et factum sit, ut reus et conciona-
„ tor, nescio qua metamorphosi iam actoris partes sibi usurpet, et quid
„ in mandatis habeat Clarissimus ille Praetor a Dominis trium Foede-
„ rum, cum ista, inquam, omnia notiora sint nostris symmistis et colle-
„ gis, qui ibi et vicinis Vulturenae partibus Evangelium praedicant,
„ quam nobis qui longinquius absumus, quique ignari fori illius moris
„ et consuetudinis, et de illorum fratrum nostrorum integritate et in
„ rebus agendis dexteritate, minime dubitemus; committimus illis cau-
„ sam istam totam, ut prout res tulerit et postulaverit, causaeque con-
„ ducere videbitur ipsis, compareant ipsi nostro omnium nomine vel
„ non compareant, sive solus D. Antonius Andreoscia Tiranensis Eccle-
„ siae Reformatae Pastor, sive plures ex vicinis concionatoribus una
„ cum ipso: Nos nobis optime conscii, nullius Iudicis cognitionem
„ et iudicium refugimus, neque exhorrescimus, et tamen huiusmodi

„ cau-

„ causarum notionem et iudicium ad forum ac tribunal universale Do-
„ minorum ac Magistratuum Trium Foederum in Comitiis alicubi Rhe-
„ tiae in unam congregatorum pertinere existimabamus; et tamen ut
„ ut hoc fit, rem et causam istam omnem totam arbitrio fratrum no-
„ strorum D. Antonii, atque aliorum ei vicinorum, ut se sistant atque
„ respondeant, quemadmodum ipsis videbitur, committimus. Promitti-
„ mus insuper nos ratum et gratum habituros quidquid ab ipsis Sym-
„ mystis nostris hac in re et causa actum fuerit. Zuzii, die mensis
„ Octobris 1595.

(L. S.)

„ Ego Ioannes Concius Bisatius Zuziensis
„ Ecclesiae simul et totius Venerandae Sy-
„ nodi, quae in tribus Foederibus Evange-
„ licae professionis atque Religionis est, Mi-
„ nister, communicato prius cum vicinis fra-
„ tribus consilio, has Mandati seu Creden-
„ tiae litteras totius Synodi nomine scripsi
„ et synodali Sigillo infra apposito confir-
„ mavi. „

His a causarum Patronis hoc modo utrinque agitatis CABASSUS ip-se surgens effari incipit: ac primum se nihil de Ministris loquutum esse, nec de eorum doctrina, utrum bona vel mala sit inquirere se curasse inquit, sed de CALVINO TANTVM ac eius docrina egisse. Quod vero in Mandato seu citatione illa eos nominasset profitentes doctrinam Calvini, de illis se loqui voluisse, qui errorem Calvini defendere vellent, de quo in sua concione illum accusaverat. Deinde subdidit: verum quidem esse quod Calendis Maii cum pro concione explicaret verba illa Christi: *Pater et Ego unum sumus*, ac de consubstantialitate et coaequalitate filii cum Patre ageret, se haeresim CERINTI reprehendisse, qui eam negaverat, deinde CALVINUM illi adiunxisse illis ipsis verbis quae supra dicta sunt, et locum adduxisse Institutionis CALVINI lib. II. cap. XIV. paragr. 3. Deinde addidit, quia audivisset Ministros dixisse ipsum primum de huiusmodi haeresi CALVINUM accusasse, antequam ulterius progrederetur, plures alios antea id fecisse se velle ostendere. Ad haec Ministri respondent illico, se illud non dixisse,

 quum

quum probe ſciant plures alios Monachos iam dudum Calvinum eo nomine calumniatos eſſe, ac in ſpecie nominarunt GENEBRARDUM Monachum Pariſienſem, VIGOREM, PANIGAROLAM, et BELLARMINVM. Caballus quaſi dicta a Miniſtris non intellexiſſet, pergit oſtendens quid alii ante ipſum hac de re ſcripſiſſent. Protulit itaque ac legit verba quaedam BELLARMINI Ieſuitae famigeratiſſimi ex eius praefatione ad ſecundam controverſiam generalem ſeu librorum de CHRISTO Item ANTONII POSSEVINI ex libro Atheismorum cap. VIII. nec non GREORGII de VALENTIA ex Diſput. de Trinitate, Quaeſt. prim. amborum Ieſuitarum. His lectis INSTITUTIONES CALVINI profert, et ex tertio loci iam allegati paragrapho tres ſequentes ſententias conciſas legit, nempe: „ *Siquidem nec Deitatis ſingulare, nec humanitatis fuit, ſed* „ *utriusque ſimul, quod illic legitur poteſtatem accepiſſe a Patre remit-* „ *tendi peccata, ſuſcitandi quos velit, iuſtitiam, ſanctitatem, ſalutem* „ *largiendi, praefectum eſſe iudicem vivis ac mortuis, ut honoretur quem-* „ *admodum et Pater.* Denique; *quod lux mundi, Paſtor bonus, uni-* „ *cum oſtium, vitis vera nuncupatur.* Item; *in eundem quoque ſenſum* „ *accipere convenit, quod apud Paullum habetur, CHRISTUM per-* „ *acto iudicio redditurum eſſe regnum Deo et Patri.* Item. *Sit igi-* „ *tur nobis haec rectae intelligentiae clavis, neque de natura divina,* „ *neque de humana ſimpliciter dici quae ad Mediatoris Officium ſpe-* „ *ctant etc.* „ His ſententiis truncatim adductis CALVINUM arguere coepit, quod CHRISTUM MINOREM PATRE faceret in iſtis verbis: quoad divinitatem, et ideo ipſum contra CHRISTI divinitatem blasphemaſſe, ſe ſatis probaſſe affirmabat. Ei ſtatim reſpondit CALANDRINUS: atqui legere debebas omnia CALVINI verba quae in eo paragrapho habentur, praeſertim ſtatim ſubſequentia ſententias illas quas adduxiſti, in quibus mentem ſuam Calvinus aperte patefacit, et ſe ſatis tuetur. Ad haec CABASSUS: Mihi ſufficit pro nunc ea legiſſe et examinaſſe, quae adduxi. Deinde ut populo qui aderat, perſuaderet omnem antiquitatem contra CALVINUM ſenſiſſe, et ut ſub nomine auctoritateque antiquorum Patrum Eccleſiae Doctorum Calvinum et in eo Miniſtros obruiſſe debellaſſeque videretur, plures eorum libros ac ſententias proferre, ac voce ſtentorea legere, examinare, paſſim repetere atque inculcare, apoſtrophe ſaepius ad auditores facta, magno conatu coepit: quod per duas fere horas proſecutus eſt. Ad quae Miniſtri fere ſubridebant, quum viderent

rent plures auctoritates ab illo afferri, quae partim pro CALVINO potius faciebant, partim Cabaſſum nihil iuvabant, partim per alias ſive eorundem ſive aliorum Patrum auctoritates reiici, corrigi, aut explicari poterant: caeterum illum loquentem ad finem usque ſermonis quiete ac patienter audiverunt; ac bis tantum vel ter ad eius verba repoſuerunt, ea omnia iam diu ipſis eſſe nota. Abſoluto ſermone CABASSUS ad Praetorem converſus dicit, ſe ſatis probaſſe cum ex CALVINI ipſius verbis, tum ex quamplurimis univerſae antiquae catholicae Eccleſiae Patribus, Calvinum CONTRA CHRISTI DIVINITATEM blaſphemaſſe, ac ideo quae Calendis Maii in ſua concione dixiſſet, veriſſime ac legitime dixiſſe: Petere proinde ut ab omni accuſatione atque poena ceu innocens liberetur.

Miniſtri pondus cauſae conſiderantes et magnum populi conventum ad tractationem cauſae intentum conſpicientes, conſtituerunt apud ſe reſponſionem ac defenſionem ſuam tali modo inſtituere, ut in omnium qui rem intelligunt mentes facile influat, ſimulque adfictionibus, ac contorſionibus omnem aditum praeſcindat. Proinde a Praetore ſpatium aliquantulum ſecedendi petunt, ut ſuper reſponſionem ad dicta CABASSI dandam conſultarent: quod ille facile ac humaniſſime conceſſit. In privata inter eos conſultatione conventum eſt, ad haec duo capita reſpondendum eſſe. Primum oportere ſe ſuam doctrinam et Eccleſias, quibus in Domino inſerviunt, ab ea infamia, qua ob citationem illam ad inſtantiam Cabaſſi emiſſam, ac per conciones ſermonesque ſacerdotum et Monachorum per Vallemtellinam ac paſſim contra veritatem diffamantur, purgare. Deinde CALVINUM pie defunctum, et immerito a CABASSO ſuique ſimilibus flagellatum, quantum pote, nosſeque, ac per temporis anguſtiam fieri poſſet, defendendum. Hac facta inter ipſos deliberatione, quae medium fere horae ſpatium conſumſit, Miniſtri in coenaculum revertuntur, in quos iam omnium converſi ſunt oculi. Opinabantur Pontificiorum plerique Miniſtros excuſationes prolaturos per quas a reſpondendi ac cum ſacrificulis congrediendi neceſſitate eximerentur. Tanta erat hominum fiducia. Aſt ſecus accidit. Poſtquam ſuo loco conſediſſent Miniſtri, ANDREOSCIA ſequentia de ſcripto, italice, ut totus coetus intelligat, clara voce legit, lecta ſcribae AEMILIO in acta redigenda porrigit, quae in latinum verſa ſic ſonant. In

In nomine Domini. Amen.

„ NOS DEI Ministri, qui hic nos sistimus, cum nostro tum etiam
„ omnium collegarum venerandae Synodi Ministrorum Trium Foede-
„ rum, ut per Mandatum a SEBASTIANO Patrono nostro productum
„ apparet: cum de rebus agendum sit ad gloriam Dei maxime spectan-
„ tibus, et ad utriusque religionis, quae in ditione Trium Foederum
„ conservatur, pacem ac tranquillitatem: cumque nihil boni absque di-
„ vino auxilio effici possit, antequam ulterius progrediamur oramus
„ Patrem misericordiarum Deum pacis, consolationis, atque veritatis per
„ nomen unigenti filii sui Domini nostri IESU CHRISTI, ut suo sancto
„ Spiritu mentes nostras illuminare velit, et omnium hic adstantium
„ et absentium quoque, ad suam simplicem veritatem agnoscendam,
„ quae in sacro eius verbo nobis patefacta est: corda omnium a qui-
„ busvis pravis ac privatis affectibus repurgando, nobisque omnibus
„ gratiam largiatur eam veritatem ex corde amplectendi, ac omni stu-
„ dio prosequendi, tam in iis, quae nunc, quam quae in posterum per-
„ tractanda erunt, utque nullum alium finem nobis proponamus quam
„ ut eius gloria illustretur, et salus animarum pretioso sanguine dilecti
„ filii sui Domini nostri Iesu Christi acquisitarum promoveatur. „

Pater noster qui es in Coelis.

Precibus absolutis, ad quas sacrificulorum pars pro sua devotione nec assurgere dignata est nec caput aperire, Ministri consedere, solus Andreoscia stans perrexit legere, ut sequitur „ Nobilis ac Magni-
„ fice D. Praetor. Cum occasione citationis contra nos emanatae ad
„ instantiam sacrifici Simonis Cabassi hic praesentis, et concionis eius
„ Calendis Maii proxime praeteritis habitae, sparsa ac divulgata fuerint
„ non solum per Vulturenam, et ditionem Trium Foederum, verum
„ etiam longinquius, ut notum est haec tria, nempe. „

Primum. „ Nos esse hereticos, praesertim quoad divinitatem Do-
„ mini nostri IESU CHRISTI, eam divinitate Patris minorem facientes,
„ cum Calvinum horribilis huius haereseos accusaverit, et nos doctri-
„ nam ipsius profitentes vocet. „

„ Se-

„ Secundum. Nos esse sectatores hominum, doctrinam Calvini „ profitentes nos appellans.

„ Tertium. Nos de multis ipsum sacrificum coram Dominis falso „ accusasse.

„ Tacere non possumus antequam ulterius progrediamur, quin „ vehementer conqueramur de huiusmodi imputationibus, et per con- „ sequens de fama ubique contra omnem veritatem adversum nos „ et doctrinam Christi, quam docemus, et universas Ecclesias nostras „ divulgata; ac eo magis quod sparsum fuerit nos nunquam ausuros fo- „ re coram Te Magnifico Domino, nos sistere, ut nos ab huiusmodi „ imputationibus defenderemus, et cum ipso Presbytero Simone et „ aliis eius coadiutoribus eandem doctrinam cum ipso profitentibus con- „ gredi. Quas calumnias ut reiiciamus et nos apud eos purgemus, „ qui huiusmodi falsis opinionibus propter libellum Presbyteri Simonis, „ et varios sermones imbuti fuerant: ante omnia alia proponimus hic „ coram te viro Magnifico ac omnibus hic adstantibus ac praestantibus „ auditoribus, Confessionem nostram typis impressam et omnium Ec- „ clesiarum Reformatarum, quae sparsae sunt per universas orbis pro- „ vincias, in quibus Christiana doctrina publice doceri potest, ab „ omnibus humanis doctrinis ac inventionibus repurgata iuxta purum „ ac simplex Dei verbum nempe sacram canonicam Veteris et Novi „ Testamenti scripturam. In qua Confessione apparet.

„ Primum. Nos hominum doctrinam non profiteri, sed Dei so- „ lum ac Domini nostri IESU CHRISTI, a Sanctis Prophetis et Aposto- „ lis Spiritu Sancto illuminatis ac rectis traditam atque conscriptam.

„ Secundo apparet nos non esse haereticos in articulo divinitatis „ Domini nostri IESU CHRISTI, nec in aliis fidei articulis, cum profi- „ teamur ac doceamus unitatem divinae essentiae contra omnis generis „ Tritheitas; et Trinitatem, coessentialitatem, coaequalitatem et coae- „ ternitatem trium divinarum personarum Patris, Filii et Spiritus San- „ cti adversum Arium et alios haereticos, et unionem personalem dua- „ rum naturarum, divinae et humanae Domini nostri Iesu Christi, abs-

„ que confusione seu mixtione adversus Eutychem et alios haereticos, „ et absque separatione adversus Nestorium et alios pariter haereticos, „ et ut paucis dicamus, quicquid continetur in symbolis Apostolico Niceno et Athanasii, quae pure ac simpliciter e verbo Dei extracta sunt. „ Quae omnia evidenter apparent in tertio ac undecimo Capitibus dictae nostrae Confessionis, quae iam hic legi petimus. „

Scriba Aemilius, cum a CALANDRINO librum Confessionis, (quae primum Anno 1566 edita fuit) accepisset, duo illa capita legit, sic decurrentia.

„ Cap. III. Confessionis. Deum credimus et docemus unum esse „ essentia vel natura per se subsistentem, sibi ad omnia sufficientem, „ invisibilem, incorporeum, immensum, aeternum, creatorem rerum „ omnium cum visibilium, tum invisibilium, summum bonum, vivum „ et omnia vivificantem et conservantem, omnipotentem et summe sapientem, clementem sive misericordem, iustum atque veracem. Pluralitatem vero Deorum abominamur: quod diserte scriptum sit: Dominus Deus tuus, unus est. Ego sum Dominus Deus tuus, non „ sint tibi alieni ante faciem meam. a) Ego Dominus et nullus ultra: „ praeter me non est Deus. b) Annon Ego Dominus, et non est „ alius praeter me Solum? Deus iustus et salvans, nullus praeter me. c) „ Ego Iehovah, Iehovah, Deus misericors, clemens et longanimis immensae bonitatis et veritatis etc. Exod. 34. „

„ Eundem nihilominus Deum immensum, unum et indivisum credimus et docemus personis inseparabiliter et inconfuse esse distinctum „ Patrem, Fililium et Spiritum S. ita ut Pater ab aeterno filium generaverit, filius generatione ineffabili genitus sit, Spiritus S. vero procedat ab utroque, idque ab aeterno cum utroque adorandus: ita ut „ sint tres non quidem Dii, sed tres personae consubstantiales, coaeternae, et coaequales, distinctae quoad hypostases et ordine alia „ aliam praecedens, nulla tamen inaequalitate. Nam quoad naturam „ vel essentiam ita sunt coniunctae ut sint unus Deus, essentiaque divina communis sit Patri, Filio, et Spiritui Sancto. Distinctionem „ enim

a) Deut. 6. b) Exod. 20. c) Isai. 45.

„ enim perſonarum manifeſtam tradidit nobis Scriptura, d) Angelo ad „ divam Virginem inter alia dicente: Spiritus Sactus ſuperveniet in te „ et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, et quod naſcetur ſanctum vocabitur filius Dei. Sed in baptismo CHRISTI auditur vox coelitus de„ lata ſuper Chriſto dicens: e) Hic eſt filius meus dilectus. Appa„ rebat et Spiritus S. in ſpecie columbae. f) Cumque ipſe iuberet „ baptizare Dominus, iuſſit baptizare in nomine Patris, et Filii et Spi„ ritus Sancti. g) Item alibi in Evangelio dixit: Spiritum Sanctum „ mittet Pater in nomine meo. Idem iterum, cum inquit: venerit „ Paracletus, quem Ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui „ a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me etc. Breviter, „ recipimus Symbolum Apoſtolorum, quod veram nobis fidem tra„ dit. „

„ Damnamus ergo Iudaeos et Mahumetiſtas, omnesque ſacroſan„ ctam et adorandam hanc Trinitatem blasphemantes. Damnamus „ item omnes haereſes atque haereticos docentes Filium et Spiritum S. „ nuncupatione eſſe Deum, item creatum et ſerviens aut alteri officiale „ eſſe in Trinitate, eſſe in ea denique inaequale, maius et minus, cor„ poreum aut corporaliter effigiatum, moribus vel voluntate diverſum, „ aut confuſum vel ſolitarium, quaſi Filius et Spiritus Sanctus affectio„ nes et proprietates ſint unius Dei Patris, ut Monarchici ſenſerunt, „ Novatiani, Praxeas, Patripaſſiani, Sabellius, Samoſatenus, Aetius, „ Macedonius, Anthropomorphitae, Arrius et ſimiles. „

„ CAP. XI. Credimus praeterea et docemus Filium Dei Domi„ num noſtrum Ieſum Chriſtum ab aeterno praedeſtinatum vel praeor„ dinatum eſſe a Patre ſalvatorem mundi: credimusque hunc eſſe ge„ nitum non tantum cum ex Virgine Maria carnem aſſumſit, nec tan„ tum ante iacta fundamenta mundi, ſed ante omnem aeternitatem, „ et quidem a Patre, ineffabiliter. Nam Iſaias dixit: h) generationem „ eius quis enarrabit? et Micheas: i) et egreſſus eius a diebus aeterni„ tatis. Nam et Ioannes in Evangelio dixit: k) in principio erat ver-

 „ bum,

d) Luc. 1. e) Matth. 3. f) Matth. 28. g) Io. 14. 15. h) Iſai. 53. i) Mich. 5. k) Io. 1.

„ bum, et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum etc. l) Pro-
„ inde filius eſt Patri iuxta divinitatem coaequalis et conſubſtantialis,
„ Deus verus, non nuncupatione, aut adoptione, aut ulla dignatione,
„ ſed ſubſtantia atque natura, ſicut Ioannes Apoſtolus iterum dixit: m)
„ Hic eſt verus Deus et vita aeterna. Et Paullus quoque, filium, ait,
„ conſtituit haeredem omnium per quem et ſecula fecit: n) idem eſt
„ ſplendor gloriae et character ſubſtantiae eius, portans omnia verbo
„ potentiae ſuae. Nam in Evangelio ipſe quoque Dominus dixit: o)
„ Pater, glorifica tu me apud temetipſum ea gloria quam habui prius-
„ quam hic mundus eſſet apud te. Nam et alibi in Evangelio ſcri-
„ bitur: Iudaei quaerebant occidere Ieſum, p) quod Patrem ſuum di-
„ xiſſet Deum, aequalem ſeipſum faciens Deo. Abominamur ergo
„ Arii et omnium Arianorum impiam contra filium Dei doctrinam, in-
„ primis vero Michaelis Serveti Hiſpani et Servetanorum omnium blas-
„ phemias quas contra Dei filium Satan per illos, veluti ex inferis hau-
„ ſit, et in orbem avidiſſime et impiiſſime diſpergit. „

„ Eundem quoque aeterni Dei aeternum filium credimus hominis
„ factum eſſe filium ex ſemine Abrahae atque Davidis non ex viri co-
„ itu, q) quod Hebion dixit, ſed conceptum puriſſime ex Spiritu S.
„ et natum ex Maria ſemper virgine, ſicut diligenter nobis hiſtoria ex-
„ plicat Evangelica. Et Paullus ait: Nullibi Angelos aſſumit, r) ſed
„ ſemen Abrahae. s) Ioannes item Apoſtolus: qui non credit Ieſum
„ Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt. Caro ergo Chriſti nec
„ phantaſtica fuit nec coelitus allata, ſicuti Valentinus et Marcion ſom-
„ niabant. Praeterea anima fuit Domino noſtro Ieſu Chriſto non abs-
„ que ſenſu et ratione, ut Apollinaris ſentiebat, neque caro absque ani-
„ ma, ut Eunomius docebat, ſed anima cum ratione ſua et caro cum
„ ſenſibus ſuis, per quos ſenſus veros dolores tempore paſſionis ſuae
„ ſuſtinuit, t) ſicuti et ipſe teſtatus eſt et dixit: u) Triſtis eſt anima
„ mea usque ad mortem: Et anima mea turbata eſt etc. „

„ Agno-

l) Phil. 2. m) 1. Io. 5. n) Heb. 1. o) Io. 17. p) Io. 5. q) Math. 1. r) Hebr. 2. s) 1. Io. 4. t) Math. 26. u) Io. 12.

„ Agnoſcimus ergo in uno atque eodem Domino noſtro Ieſu Chri-
„ ſto duas naturas divinam et humanam, et has ita dicimus coniunctas
„ vel unitas eſſe, ut abſorptae aut confuſae, aut immutatae non ſint,
„ ſed ſalvis potius et permanentibus, Dominum non duos veneramur.
„ Unum, inquam, verum Deum et hominem iuxta naturam divinam
„ Patri, iuxta humanam vero nobis hominibus conſubſtantialem, et
„ per omnia ſimilem, peccato excepto. x) Etenim ut Neſtorianum
„ dogma ex uno Chriſto duos faciens, et unionem perſonae diſſolvens
„ abominamur, ita Eutychetis et Monothelitarum vel Monophyſicorum
„ veſaniam, expungentem naturae humanae proprietatem penitus aver-
„ ſamur. Ergo minime docemus naturam in Chriſto divinam paſſam
„ eſſe, aut Chriſtum ſecundum humanam naturam adhuc eſſe in hoc
„ mundo, adeoque eſſe ubique. Neque enim vel ſentimus vel doce-
„ mus veritatem corporis Chriſti a clarificatione deſiiſſe, aut deificatam,
„ adeoque ſic deificatam eſſe, ut ſuas proprietates, quoad corpus et
„ animam depoſuerit, ac prorſus in naturam divinam abierit unaque
„ duntaxat ſubſtantia eſſe coeperit. „

„ Et proinde Schvenkfeldii ſimiliumque Leptologorum inargutas ar-
„ gutias, intricatas obſcuraſque et parum ſibi conſtantes hac de re diſ-
„ ſertationes haud quaquam probamus aut recipimus, neque Schvenk-
„ feldiani ſumus. Praeterea credimus Dominum noſtrum Ieſum Chri-
„ ſtum vere paſſum et mortuum eſſe pro nobis, ſicut Petrus ait, carne. y)
„ Abominamur Iacobitarum et omnium Turcarum paſſionem Domini
„ exſecrantium impiiſſimam veſaniam. Interim non negamus et Do-
„ minum gloriae iuxta verba Paulli crucifixum eſſe pro nobis. z) Nam
„ communicationem Idiomatum ex ſcripturis petitam, et ab univerſa
„ vetuſtate in explicandis componendiſque ſcripturatum locis in ſpeciem
„ pugnantibus, uſurpatam, religioſe et reverenter recipimus et uſurpa-
„ mus. „ Hactenus Confeſſio.

Ubi ſcriba Aemilius clara voce duo illa capita perlegiſſet, ANDREOSCIA quod in ſcripto Miniſtrorum reliquum erat legere perrexit, ut ſequitur.

P 3 „ Qui-

x) Hebr. 4. y) 1. Petr. 4. z) 1. Cor. 2.

„ Quibus de caufis nihil dubitamus, fed pro comperto habemus „ te Magnifice Domine, et quoscunque aequos auditores cognofcere „ poffe, nos iniuria atque immerito a quovis, qui nos haereticorum „ loco habent, calumniis affici. „

„ Quod vero ad tertiam accufationem fpectat nempe nos multa „ falfa de Presbytero Simone ad legatos Trium Foederum detuliffe, in „ iis quae a Patrono noftro iam dicta funt perfiftimus, offerentes nos „ paratos de actionibus noftris et collegarum noftrorum in toto hoc ne- „ gotio rationem reddere. „

Ifta cum legendo abfolviffet ANDROSCIA, ea fcribae AEMILIO dedit Actis inferenda.

His peractis, CALANDRINUS inquit, haec dicta atque lecta effe pro Prima refponfionis fuae parte, quo de ipforum ac Ecclefiarum CHRISTI quibus inferviant pura ac fincera doctrina omnibus conftet, reliquum effe ut ad CALVINI doctrinam veniretur, cum aequitas ac humanitas poftulet ut hominis defuncti atque integerrimi fama a calumniis defendatur, praefertim de Ecclefia Dei optime meriti. Cum itaque juxta Jurisperitorum fententiam, verborum ac mentis fuae interpres unusquisque debeat effe interpres, aequum effe quae CALVINUS antea in primo Inftitutionis fuae libro de Chrifti divinitate ex profeffo fcripferit, legi atque expendi; deinde illa quoque quae habentur in eo ipfo paragrapho a CABASSO adducto, ex caufa quia aftute ea praeteriit, in quibus CALVINI mens ac fincera doctrina agnofcitur; praeterea quasdam alias CALVINI fententias hac de re admodum perfpicuas. Tum ANDREOSCIA primo legit 7. et 8vum paragr. capitis XIII. Libri I. Inftit. Calvini; deinde §: 3. cap. XIV. Lib. II. ejusdem Auctoris, duas denique fententias ex Praefat. CALVINI ad librum adverfus VALENTINUM GENTILEM editum quae omnia in gratiam lectorum hic fubiicere vifum eft.

Inftit. Lib. I. cap. XIII. §. 7. „ Priusquam tamen longius pro- „ grediar probanda erit, et Filii, et Spiritus Sancti Deitas, deinde ut „ inter fe differant videbimus. Certe cum Dei verbum nobis propo- „ nitur

„ nitur in ſcriptura, abſurdiſſimum fuerit imaginari fluxam duntaxat et „ evanidam vocem, quae in aerem emiſſa prodeat extra ipſum Deum: „ cuiusmodi, et oracula Patribus edita, et Prophetiae omnes fuerant: „ quum perpetua magis ſapientia indicetur apud Deum reſidens, unde „ et oracula et prophetiae omnes prodierunt: a) non enim minus (te- „ ſte Petro) locuti ſunt ſpiritu Chriſti veteres Prophetae Apoſtoli: et „ quicunque poſtea coeleſtem doctrinam adminiſtrarunt. Quia vero „ nondum manifeſtatus erat Chriſtus neceſſe eſt ſermonem intelligere „ ante ſecula ex Patre genitum. Quod ſi ſermonis fuit ille ſpiritus, „ cuius organa fuerunt Prophetae, indubie colligimus verum fuiſſe „ Deum. Atque hoc in mundi creatione ſatis clare docet Moſes, ſer- „ monem illum intermedium ſtatuens. b) Cur enim diſerte narrat „ Deum ſingulis operibus creandis dixiſſe *fiat* hoc vel illud, niſi ut „ imperveſtigabilis Dei gloria in imagine ſua reluceat? Naſutis et gar- „ rulis hoc eludere promptum eſſet, vocem accipi pro juſſu et im- „ perio. c) Sed meliores interpretes Apoſtoli, qui tradunt per filium „ ſecula eſſe condita, et portare omnia potenti ſuo verbo. Hic enim „ videmus verbum pro nutu vel mandato filii accipi qui ipſe aeternus „ et eſſentialis eſt Patri ſermo. Nec vero ſanis, et modeſtis obſcurum „ eſt quod dicit Salomon, ubi ſapientem inducit a Deo ante ſecula „ genitum, d) et rerum creationi, et cunctis Dei operibus praeſiden- „ tem. Nam temporarium quendam Dei nutum fingere ſtultum ac „ frivolum eſſet, quum tunc exerere voluerit Deus fixum aeternumque „ ſuum conſilium, atque etiam aliquid occultius. Quo etiam ſpectat „ dictum illud Chriſti: e) Pater meus, et Ego usque ad hunc diem „ operamur. Se enim a primo mundi exordio aſſiduum in opere cum „ Patre fuiſſe affirmans, apertius explicat, quod brevius adtigerat Mo- „ ſes. Sic ergo Deum fuiſſe loquutum colligimus, ut ſermoni in „ agendo ſuae eſſent partes, atque ita utriusque communis eſſet ope- „ ratio. Multo autem omnium clariſſime Ioannes, f) quum ſermo- „ nem illum qui ab initio Deus apud Deum erat, rerum omnium cau- „ ſam ſimul cum Deo Patre ſtatuit. Nam et ſolidam, permanen- „ temque verbo adtribuit eſſentiam, et aliquid peculiare aſſignat, et „ di-

a) 1. Petr. 1. b) Gen. 1. c) Heb. 1. 2. d) Prov. 8. v. 12. e) Io. 5. f) Io. 1. v. 3.

„ dilucide ostendit, quomodo Deus loquendo mundi fuerit creator.
„ Ergo ut omnes divinitus Prophetae revelationes verbi Dei titulo rite
„ insigniuntur, ita verbum illud substantiale summo gradu locare con-
„ venit oraculorum omnium scaturiginem, quod nulli varietati obno-
„ xium, perpetuo unum idemque manet apud Deum, et Deus ip-
„ se est.

§. 8. „ Hic obstrepunt non nulli canes, qui quum suam illi di-
„ vinitatem palam eripere non ausint, aeternitatem suffurantur. Di-
„ cunt enim tum demum sermonem esse coepisse, quum Deus in
„ mundi creatione, sacrum suum os aperuit, sed nimis inconsiderate
„ substantiae Dei novationem quandam affingunt. Nam ut quae exter-
„ num opus respiciunt, Dei nomina attribui ei coeperunt ab existen-
„ tia operis ipsius, (quale est quod coeli, et terrae creator vocatur)
„ ita nullum nomen agnoscit pietas vel admittit, quod Deo aliquid
„ novum in seipso accidisse significat. Nam si quid fuisset adventiti-
„ um, concideret illud Jacobi: g) manare desursum omne donum
„ perfectum, et descendere a Patre luminum, apud quem non est trans-
„ mutatio vel conversionis obumbratio. Nil ergo minus ferendum,
„ quam principium fingere illius sermonis, qui et Deus semper fuit,
„ et postea mundi opifex. Sed argute scilicet ratiocinantur. Mosen,
„ narrando Deum tunc primum loquutum esse simul inuere nullum in
„ ipso fuisse sermonem, quo nihil magis est nugatorium. Neque enim
„ quia manifestari aliquid certo tempore incipit, colligendum propte-
„ rea erat, nunquam prius fuisse. Ego vero longe secus concludo,
„ quum in ipso momento, quo dixit Deus, fiat lux, sermonis virtus
„ emerserit, et exstiterit, ipsum multo ante fuisse. h) Quamdudum
„ autem si quis inquiret, nullum exordium reperiet. Neque enim
„ certum temporis spatium terminat, quum dicit ipse: i) Pater illu-
„ stra filium gloria quam apud te initio possedi, antequam jacerentur
„ mundi fundamenta. Neque hoc praeteriit Ioannes: quia antequam
„ ad mundi creationem descendat, principio sermonem apud Deum
„ fuisse dicit. k) Constituimus ergo rursum, sermonem extra tempo-
„ ris initium a Deo conceptum, apud ipsum perpetuo resedisse: un-
„ de et aeternitas, et vera essentia, et divinitas eius comprobatur.

Et

g) Iac. 1. h) Gen. 1. 3. i) Io. 17. 5. k) Io. 1.

Et Lib. II. cap. XIV. §. 3. „ Sed omnium clarissime veram „ Christi substantiam enarrant loci qui utramque simul naturam com- „ prehendunt, quales in Evangelio exstant quam plurimi. Siquidem „ nec Deitatis singulare, nec humanitatis fuit, sed utriusque simul „ quod illic legitur, potestatem accepisse a Patre remittendi peccata, l) „ suscitandi quos velit, justitiam, sanctitatem, salutem largiendi, prae- „ fectum esse judicem vivis, et mortuis, ut honoretur quem ad mo- „ dum, et Pater. m) Denique quod Lux mundi, Pastor bonus, uni- „ cum ostium, vitis vera nuncupatur. Huiusmodi enim praerogativis „ Dei filius, quum in carne manifestatus est, praedictus fuit; quas etsi „ ipse una cum Patre ante mundum conditum obtinebat, non tamen „ eodem modo vel respectu, et quae homini, qui nihil quam homo „ est, dari non poterant. In eundem quoque sensum accipere convenit, „ quod apud Paullum habetur, Christum peracto judicio redditurum „ esse regnum Deo ac Patri. n) Regnum sane filii Dei, quod initi- „ um nullum habuit, neque finem habiturum est: sed quo modo sub „ carnis humilitate delituit, et seipsum exinanivit accepta servi forma, „ depositaque Majestatis specie, o) Patri se obedientem praestitit, ac „ ejusmodi subiectione defunctus, tandem gloria, et honore corona- „ tus est atque evectus in summum imperium, et coram ipso flectatur „ omne genu: p) ita tunc et nomen ipsum, et coronam gloriae, „ et quicquid a Patre accepit, Patri q) subiiciet, ut sit Deus om- „ nia in omnibus. r) Quorsum enim data ei potestas est, ac imperi- „ um, nisi ut per eius manum Pater nos gubernet? Quo etiam sensu „ dicitur ad Patris dextram sedere. Hoc vero temporale est, donec „ praesenti divinitatis sensu fruamur. Atque hic excusari non potest „ Veterum error, qui dum ad Mediatoris personam non adtendunt, „ totius fere doctrinae, quae in Evangelio Ioannis legitur, genuinum „ obscurant sensum, seque implicant multis laqueis. Sit igitur nobis „ haec rectae intelligentiae clavis, neque de natura divina, neque de „ humana simpliciter dici quae ad Mediatoris Officium spectant. Reg- „ nabit ergo Christus donec prodierit mundi Judex, quatenus pro „ infirmitatis nostrae modulo Patri nos coniungit. Ubi autem consor- „ tes coelestis gloriae Deum videbimus, qualis est, tunc perfunctus

l) Io. 1. 19. 5. 21. sep. m) Io. 9. 5. 10. 9. 21. 15. 1. n) 1. Cor. 15. o) Phil. 2. 4. p) Heb. 1. 6. q) Phil. 2. 10. r) 1. Cor. 15. 28.

„ Mediatoris Officio desinet Patris Legatus esse, et ea gloria contentus „ erit, qua potiebatur ante mundum conditum. Nec alio respectu „ peculiariter in Christi personam competit Domini nomen, nisi qua„ tenus medium gradum statuit inter Deum et nos. Quo perinet illud „ Paulli: unus Deus ex quo omnia, et unus Dominus, per quem „ omnia; nempe cui temporale imperium a Patre mandatum est do„ nec facie ad faciem conspicua sit divina eius Majestas, cui adeo ni„ hil decedet, imperium Patri reddendo, ut longe clarior emineat. „ Nam et tunc desinet caput Christi esse Deus, quia Christi ipsius Dei„ tas ex se ipsa fulgebit, quum adhuc velo quodam sit obtecta. „

Et in Praef. adv. VALENTINUM GENTILEM. „ In sermone aeterno „ tantum distinctio personalis notetur: ita relative Dei filius erit, et sine „ relatione simul Deus. Quatenus vero formam servi induit filius est „ Dei, ut Patri obediat, atque ita nova sit eius conditio, et a priore „ diversa. „

Et mox. „ Et si autem Deitatis respectu unum est cum Patre, ac „ proinde Patri aequalis, qua tamen Mediator, quoad dispensationem, „ quodammodo subsidit infra Deum. Qua ratione Patri subiicietur ulti„ mo die, regnumque quod accepit restituet, ut sit Deus omnia in om„ nibus. Quisnam Deus? Si ad Patrem restringas, certe filii Deitas erit „ temporalis, quo nihil absurdius. „ Hucusque CALVINUS.

His ab ANDREOSCIA ex CALVINO perlectis, CAESAR GAFFORUS Pesclaviensis Ecclesiae Pastor, ut ostenderet nec solum nec primum Calvinum docuisse, Christum Mediatorem fuisse etiam secundum naturam divinam, antequam naturam humanam assumeret, et secundum utramque post eius assumtionem; itemque D. PAULLUM cum de Christi subiectione Patri fienda post diem judicii loquitur, nec respectu humanae tantum naturae, nec de Christi membris, i. e. fidelibus, ut Caballius in eam sententiam auctoritates quasdam adduxerat, loqui voluisse: BELLARMINUM ipsum protulit, et ex Lib. I. cap. IX. de Christo, verba concilii Sirmensis ab eo adducta legit, quibus asseritur filium Dei ministrasse Patri in mundi creatione: et HILLARII locum in libro de Synodis qui idem dicit, explicando tamen, filium ministrasse Patri, non ut ser-

vum

vum Domino, sed ut filium Patri: unde non possit inferri Patri natura, et dignitate inferiorem esse, quamvis in Patre sit auctoritas principii, quae non est in filio respectu Patris. Est enim filius a Patre, non contra. Legit etiam ex cap. XVI. ejusdem Bellarm. explicationem AMBROSII, OECUMENII, et THEOPHILACTI illorum verborum D. Paulli I. Cor. XV. Tunc et filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, de filio Dei absolute hoc dictum interpretantur. Praeterea legit ex cap. 2. libri Bellarm. de Mediatore, alias Patrum sententias, quibus affirmant Christum Mediatorem esse secundum utramque naturam. Quibus sententiis (licet in omnibus Bellarminus illis non assentiatur, ut CAESAR libere dixit) Cabassi opinio, et eorum a quibus eam sumsit, aperte confutatur.

His peractis CALANDRINUS dixit: haec omnia ex tempore a se adducta fuisse ad defensionem cum suae tum CALVINI doctrinae adversus calumniam, qua CABASSUS primo in sua concione Calvinum, deinde Ministros occasione citationis ad ipsius instantiam emanatae, quod divinitatem Christi blesphemaverit, affecit. Quia vero quam plurimi absentes ista nosse avidissime cuperent, et ut perpetuo quomodo se res habuisset, apparere posset, eo quod verba volent, scripta maneant, ac praeterea, quo res tanti momenti, et gravius, et perfectius explicaretur, petiit omnium collegarum nomine, argumenta, et Auctoritates a CABASSO adductas, et quaecunque alia vel ipse, vel eius collegae afferre vellent, scriptis mandari, et sibi quoque certum aliquod tempus dari, (quamvis non tam longum uti sacerdotes habuerant) ad sua quoque praeparanda, ad auctores suos afferendos, et voce ac scriptis illo ipso in loco, et iisdem auditoribus praesentibus fusius ac plenius respondendum. At isthoc renuunt vehementer sacrificuli, nec ad hoc faciendum adduci ulla ratione volunt: praetextum arripiunt rem in infinitum abituram: judicem quoque controversiae quisnam futurus esset, in dubium vocare incipiunt: sed voce tantum, et ex tempore, ac ipso eo die omnia expediri atque perfici enixe postulant. Contra instabant Ministri tum ob allegatas iam rationes omnia in scripta redigi debere, tum etiam quia subdubitabant, (uti etiam evenit) ipsos res aliter quam evenissent, eo quod pro voto illis non succederent, narraturos fore. Dum inter utramque partem ea de re disceptatur, Praetor

sua interposita Auctoritate petiit, ut ex quo omnes tunc adessent, aliqua argumenta ac responsiones oretenus fierent, deinde vero scriptis quoque rem agi posse, si ita visum esset. Auditores etiam magnopere id cupere prae se ferebant. Itaque illis omnibus utraque pars assensa est, modo ea quae agitarentur per certos notarios exciperentur; id quod Praetori etiam aequissimum visum est. Quare duo notarii electi fuere, nempe TITUS PERGULA Praetoris scriba, ac JULIUS CANOBIUS a sacerdotibus electus, qui summatim argumenta ac responsiones exceperunt.

Tunc sacerdotes, utcunque res Calvini se habeat, inquiebant, se CALVINI conciliatores haud esse constitutos. Respondebant Ministri: at neque calumniatores esse debere. Candidorum ac sincerorum hominum esse, ea quae ambigue vel incommode dicta sunt, secundum auctoris mentem, quam in aliis locis scriptorum suorum prodidit, explicare, aut demum ex caritatis lege in benignam potius partem interpretari.

Inter proponendum, confirmandum ac urgendum argumenta quae in medium adlata fuerunt, variae digressiones, ut in eiusmodi altercationibus fere fit, se immiscuerunt, quarum recensione facile caremus. Argumenta solum ac responsiones, uti a Notariis supradictis excepta fuerunt, exscribemus. Eorum notata haec sunt.

1595. die Lunae. 13. Octobr.

Stuppanus. Proprium divinae naturae est, ab aeterno habere omnes perfectiones in se quod sit immutabilis, quod sit Actus purus. etc. Sed per verba Calvini colligitur contrarium. Ergo.

Gafforus. Negatur minor.

Stuppanus. Probatur minor ex eo quod Calvinus dicit, naturam divinam in Christo habere aliquas perfectiones, quas ab aeterno non habuit: quod non sit Actus purus, et quod sit mutabilis. Ergo.

Gaf-

Gafforus. Negatur antecedens.

Stupp. Probatur hac ratione. Habere poteſtatem remittendi peccata eſt perfectio. Sed hanc (juxta Calvinum) non habuit ab aeterno. Ergo etc.

Gaff. Negatur minor.

Stup. Probatur. Dicit Calvinus, Chriſtum ſecundum naturam divinam accepiſſe poteſtatem dimittendi peccata. Ergo habuit, (at non ab aeterno) aliquam Auctoritatem.

Gaff. Reſpondetur, quod in tota Calvini doctrina dupliciter contingit, aliquid Chriſtum habuiſſe a Patre. Quoad verbum tantum modo, ratione principii, ſeu originis ab aeterno habuit quicquid habet, Quatenus vero Deus eſt manifeſtatus in carne, ratione Officii a Patre multa habere contendit, quae tamen (ut Deus) ab aeterno a ſeipſo ſemper habuit.

Stupp. Interrogat, quid ſit illud quod ratione Officii Chriſtus ut Deus manifeſtatus in carne accepit.

Gaff. Reſp. Ea quae Calvinus dicit in §. 3. Lib. II. cap. XIV.

Stupp. Interrogat. Utrum quid acceperit Chriſtus. Si (an) acceperit ſecundum divinam Naturam, vel humanam, vel utramque.

Gaff. Reſpondetur. Secundum utramque naturam in concreto, id eſt quatenus Mediator.

Caballus. Contra. Calvinus loquitur de utraque natura in abſtracto.

Calandrinus. Negatur.

Caballus. Probatur per ipſius Calvini verba §. 3. Siquidem nec Deitatis ſingulare nec humanitatis fuit, ſed utriusque ſimul. etc.

Calandr. Resp. Calvini verba aperte innuunt de naturis in concreto. Item, patet ex illo verbo, simul.

Cabass. Obiicitur. Calvinum loqui de naturis per se, et in abstracto. Item patet ex 1. et 2. §. in quibus loquitur de naturis in abstracto. Et quoad vocem, simul, duobus modis potest intelligi. Vel ut significet unionem naturarum in concreto: et hoc modo non intelligitur Calvinus in loco praeallegato. Vel accipitur, simul, ita ut utraque natura separatim acceperit a Patre ea, quae Calvinus dicit. Et hoc modo intelligitur Calvinus.

Calandr. Respondetur, verum quidem esse in 1 et 2. §. agi de naturis per se et separatim in abstracto. In 3. vero §. loqui de naturis in concreto, et propterea vocem simul accipi a Calvino in prima significatione, ut patet ex tota eius doctrina.

Stupp. Christum Deum manifestatum in carne per Calvinum iuxta Ministrorum interpretationem accepisse potestatem remittendi peccata novo modo. Hoc supposito sequitur Christum Deum accepisse hanc perfectionem, quam ab aeterno non habuit. Vel sic. Potestas remittendi peccata novo modo est perfectio: hanc habuit in tempore iuxta Calvinum. Ergo habuit aliquam perfectionem in tempore, quam non habuit ab aeterno.

Calandr. Responsio patet ex iam dicta Responsione Christi Dei manifestati in carne vel simpliciter Dei. Quare assumtio intelligitur de Christo manifestato in carne, non autem ut Deo simpliciter. Quare fallacia est a dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

Stupp. Concedunt Christum ut Deum manifestatum in carne habuisse novo modo potestatem dimittendi peccata, et per consequens huiusmodi perfectionem novo modo. Ergo sequitur Christum, (ut est etiam Deus) habuisse aliquam perfectionem, quam ab aeterno non habuit.

Calandr.

Calandr. Solutio patet ex antecedentibus.

Finis.

His a Notariis ſummatim exceptis, digreſſionibus, ut iam dictum eſt, quae hinc inde factae ſunt, neglectis, CABASSUS ſurgens, inquit: Ex quo nulla eſſet differentia inter ipſos (videl. ſacerdotes) et Paſtores circa divinitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, et quin Mediator noſter ſit Deus et homo (cui ſtatim CALANDRINUS ſurgens et manum porrigens inquit: da manum et iam bellum finitum eſt: at quidam collegarum Caballo aſſidentium muſſitarunt neſcio quid, et ne id faceret impediverunt) controverſiam reſtringi ad intelligentiam tantum modo verborum Calvini, quae ſacerdotes in abſtracto dicta eſſe interpretarentur, Miniſtri autem in concreto, unde nil opus eſſe aliud in ſcriptis redigi, ſed tantummodo de intelligentia verborum Calvini agi. Reſponderunt Miniſtri id ei concedi facile poſſe, niſi ea controverſia iam per totam Raetiam ac ulterius divulgata eſſet, unde magnum deſiderium omnes inceſſit intelligendi quae acta fuiſſent: ac ideo non ſolum adſtantibus, verum etiam abſentibus ſatisfaciendum eſſe. Praeterea decere ut et ſuos quoque auctores adferant, et quid Patres, diligenter examinati, de ea re, quae inter praecipuas religionis Chriſtianae reputatur, (quum de Mediatore ac ſalutis noſtrae ratione agatur) ſecum ſenſerint oſtendere. Ideo uti antea inſtabant, ut omnia in ſcripta redigantur, eaque certo conſtituto tempore ſibi tradantur, ut reſpoſionem parare, et die quae a Praetore decerneretur exhibere poſſent.

Praetor his auditis, atque aliis hinc inde prolatis, tandem decernit cal. Decembr. CABASSUM cum ſuis collegis quaecunque vellent in ſcriptis tradere debere. Hoc facto Miniſtri illos quos antea elegerant ANDREOSCIAM nempe et VENOSTAM Tirani degentes denuo conſtituunt qui omnium ſui nomine dicta die ſcripta ſacerdotum accipiant, ſibi communicanda. Praetor quia nox iam aliquantulum progreſſa erat, et omnes audiendo ſatis feſſi, congreſſui illius diei nempe XIII. Octobris finem imponit. Sic ea actio magna cum tranquillitate, et adſtantium delectatione non mediocri, iuxta Miniſtrorum deſiderium abſoluta fuit.

Id adhuc ad Argumentationes ſupra exhibitas notandum invenio, nempe inter alia quae inter diſputandum acciderunt, dum inter Stuppanum et Calandrinum diſputaretur de perfectione quam Chriſtus ut Mediator acceperit, Gafforum interpoſuiſſe, commodius dici excellentiam, quia vox haec melius opponatur exinanitionis verbo, de qua D. Paullus cap. 2. ad Philip. agit. Super eam rem Gafforus cum Caballo et Stuppano contendit, exemplo etiam iocoſo pugni adducto, quod quum ſacrificuli initio non percepiſſent dictum fuiſſe ioco, fere de violentia conclamare coeperunt. Non debui levem utique ac parvi momenti digreſſionem obſervationemve omittere, quia ſequenti die altercatio inter Paſtores ac ſacerdotes ob eam orta eſt, ut mox dicetur.

Die ſequenti, qui fuit prid. Id. Octobr. Miniſtris ad iter domum quisque ſuam verſus accinctis, en ſignificatur ſacerdotes in Praetorio cum ANDREOSCIA contendere. Mox affertur ſcriptum CABASSI, in haec verba conſcriptum.

„ Controverſia inter me et Miniſtros adverſae religionis eſt: an
„ Calvinus blasphemaverit contra Chriſti divinitatem in §. 3. cap. XIV.
„ Lib. II. Inſtit. verum quoniam in congreſſu heri habito, iidem Mini-
„ ſtri huc tandem declarando venerunt, ut dixerint, quae dicuntur in
„ illo §. non debere intelligi de Deo niſi prout in carne manifeſtatus
„ eſt, hoc eſt debere intelligi de Deo incarnato, ſecundum quod ho-
„ mo, ita ut filius ſecundum naturam divinam, nihil eorum quae Cal-
„ vinus ſcribit in illo §. 3. ullo modo novo acceperit, ſed acceperit ſe-
„ cundum naturam humanam. Neque idem filius ſit ſecundum na-
„ turam divinam ſubiectus ſuo Patri, ſed ſecundum humanam naturam,
„ hoc eſt, quod dicere Deum prout in carne manifeſtatus eſt eſſe Me-
„ diatorem, ſit dicere, Principium. Quod operum Mediatoris eſſe
„ verbum incarnatum, ſive Deum humanatum: principium tamen Quo
„ illa opera fiebant fuiſſe naturam humanam Chriſti non divinam. Quae
„ noſtra eſt communis ſententia catholicorum. Si talis, inquam, eſt
„ ſententia Miniſtrorum et ita intelligi volunt Calvinum, quibuscunque
„ ille verbis uſus ſit, illud ſolum reſtat iudicandum, an Calvinus licet
„ ita exponatur a Miniſtris, bene tamen loquutus ſit dicendo: Nec
„ deitatis ſingulare, etc. Illi affirmant: Nos negamus 1. quia Calvinus

„ clare

„ clare et expresse utriusque naturae et humanae et divinae mentionem „ facit, et utrique tribuit ea, de quibus agit in illo §. 3. „

Ministri lecto Caballi scripto, observatoque quaedam in eo contineri a mente sua prorsus aliena, alia etiam antea non pertractata, facile captiosa, ac obscuris Scholasticorum terminis involuta adverterunt Caballum astu implicare studere causam, quo nuditatem suam aliquatenus velaret, et Ministros a pede quo defendere coeperant diverteret, intricaretque. Antequam ergo ad ulteriora procedatur convenerunt inter se prius authenticam confirmationem eorum quae hesterno die acta fuerant impetrare, deinde super scripto Caballi deliberare. Curant igitur afferri, quae Notarii die praecedenti exceperant. GAFFORUS illis lectis conqueritur Notariorum incogitantia praetermissum fuisse id, quod praecedenti die dixerat ac pertractaverat de voce Excellentiae, loco Perfectionis, commodius utendae, ac omnino istud in Acta referri postulet. Ingrediuntur itaque Praetorium, inveniunt sacerdotes adhuc cum Andreoscia contendentes super nova scripta ab ipsis proposita. Antequam de eo quidquam deliberarent petunt coram Praetore ea quae praecedenti die a Notariis excepta fuerant, legi atque ab utraque parte confirmari. Cum ad illud ventum esset quod Gafforus praetermissum querebatur nempe accipiendo Perfectionem pro Excellentia Caballo non abnuente, et Stuppano libere quoque paullo post fatente id a Gafforo praecedenti die propositum fuisse, cuius caetera etiam plures honestissimi viri meminerant, solus NICOLAUS RUSCA gestu ac verbis admodum imperiosis clamare coepit: Nolo quidquam addi. Cui cum a Gafforo responderetur, se tamen illud pertractasse praecedenti die, et Caballum ibi adstantem id negaturum non esse, nil inficiante Caballo, denuo RUSCA eodem vultu dictatorie exclamat: Ego nolo; Ego nolo. Tum CALANDRINUS ad scribam AEMILIUM conversus: Saltem tu notato, inquit, nos protestari ista heri agitata fuisse. RUSCA et reliqua sacrificulorum turba non exspectata Praetoris voluntate, conclamare incipiunt: Nolumus; Nolumus. Nihil tale audivimus. Tunc CALANDRINUS haec solum verba dicit: Quae insolentia est ista? Sacrificuli paucis verbis auditis quorum ipsi occasionem dederant, tumultum clamoribus excitare incipiunt. Quo audito Praetor exclamavit: Tacete et quiescite; alioquin vos omnes puniam et bis ad RUSCAM conversus ipsum qui-

ſcere iuſſit; deinde CALANDRINO qui illi adſtabat quietus, nec ullum aliud verbum amplius moverat, ſubridens dixit: Tu quoque aliquantulum commotus fuiſti. Cui Calandrinus: Tu ipſe vidiſti ac audiviſti quo vultu, geſtu, ac verbis uſus ille ſit, ac ſi eius eſſet legem nobis praeſcribere. Haec in dictum modo acta fuiſſe teſtes erant viri honeſtiſſimi plures, qui interfuerant. Sacerdotes vero inde anſam arripuere in populum ſpargendi, id quod ſcripto quoque ipſorum typis impreſſo inſeruerunt, ipſos (ſacerdotes) a Calandrino convitiis ac contumeliis adfectos fuiſſe. Nempe ea uti occaſione exiſtimarunt, qua virus in illum iam ab olim conceptum evomerent. Cum illum alicuius criminis vere accuſare non poſſent, in dicto ſcripto, his ſaltem verbis famam eius denigratum ibant: notum omnibus eſſe qualis homo ſit Calandrinus. Sed reſponſum ad ea repoſuit Calandrinus non abſque ſale et pipere permiſtum, quo nemo magis feriebatur quam Ruſca, cui in ſuum caput inſidias ſtructas ad improperium exprobrat. Verba ipſa extant in Caland. Reſp. Part. II. cap. IX. pag. 108. a nobis antecedenti capite exſcripta.

Tandem Praetor proteſtationem GAFFORI annuente CABASSO in acta referri iubet, quod in hanc formam factum eſt.

1595. die Martis 14. Menſis anteſcripti.

„ Cum praedicta agitata coram ipſis Reverendis Dominis Sancti
„ Evangelii Miniſtris ac ipſius Romanae Eccleſiae ſacerdotibus in aula
„ magni Praetorii, (adſiſtente etiam ipſo Mag. Praetore) alta, et in-
„ telligibili voce per me notarium lecta fuiſſent: per Reverendum D.
„ Caeſarem Peſclavii Miniſtrum, haec verba omiſſa fuiſſe: accipiendo
„ perfectionem pro excellentia: in reſponſione ſcilicet: Patet ex iam
„ dicta diſtinctione. Et inſuper haec etiam ultimo loco: Haec eſt falla-
„ cia petitionis principii. „

His peractis, in quibus totum fere matutinum tempus conſumtum eſt, Miniſtri petiere a ſacerdotibus, num ſcriptum illud CABASSI quod protulerant, loco eius eſſe vellent, quod Cal. Decembr. ex Decreto Praetoris dare tenebantur. Sacerdotes poſtquam aliquantiſper inter ſe con-

consultassent, respondent: illud exhibitum esse tantum loco interrogatorii. Quum vero iam hora admodum tarda esset, unde Praetor detineri diutius non poterat, promiserunt Ministri ad illud adhuc ante prandium scripto responsum exhibere. Id quod per Procuratores solitos in haec verba dederunt.

„ Respondetur. Quod heri Reverendi Ministri dixerunt, et hodie
„ persistunt in verbis illis dictis; quod Calvinus loquitur ibi de natu-
„ ris in concreto, id est quatenus Deus manifestatus in carne, vel
„ verbum humanatum, et reiiciunt expositionem in interrogatorio
„ propositam per Dominos Presbyteros. „

„ Praeterea, quod Verbum, quatenus naturam divinam absolute
„ respicit, subiectum nequit dici Patri, nisi (ut aliqui Patres dixerunt)
„ ratione originis, et authoritatis quatenus vero Mediator est, seu De-
„ us manifestatus in carne, Officii rationem habet. „

„ Tertio, quod Christus est Mediator ut Deus, et homo, id est,
„ ut Deus manifestatus in carne quod autem ad distinctionem Principii
„ quod, et quo, non est praesentis speculationis, quia heri de ea re
„ non fuit disputatum, de qua tamen non recusant respondere pro-
„ vocati. „

Causa ob quam Ministri ad Scholasticam illam a sacerdotibus in medium prolatam distinctionem Principii quod, et quo, respondere abnuerunt, derivabatur a studio principali quaestioni inhaerendi. Animadvertebant enim sacerdotes in id omne studium operamque collocare, ut quaestio quaestionibus augeretur, sicque ipsum causae punctum principale amitteretur, quod omne votis desiderabant. Et vel si cogerentur Ministri respondere, volebant ut distinctio illa prius explicaretur, demumque explicata sibi examinanda proponeretur, unde Tirano discedentes Patronis ipsorum expresse in mandatis dederunt, ut insisterent in eo quod a Praetore d' 13. Oct. decretum fuerat, nec sinerent se ulla arte ad alia pertrahi. Ast sacerdotes nullam aliam distinctionis allatae dare explicationem voluerunt: Sed per Procuratorem,

responsum Ministrorum ad illam expetierunt. Responsum concepit Gaiforus deditque d. 20. Octoberis huius tenoris.

„ Ad interrogationem pro parte Reverendi D. Presbyteri Simonis „ Cabassi propositam respondent Ministri se tenere Christum Mediatorem esse, quatenus Deus, et homo est. Distinctionem autem Principii quod, et quo, dicunt Scholam ab humanis actionibus potissimum mutuatam. Nihilominus tamen quia sensus non verba Theologo praesertim spectanda sunt, propterea eam, quatenus ex verbo „ Dei licet, (id quod censent vere orthodoxum) admittunt, et profitentur. „

Haec fuere in primo congressu acta, in quo causa Pastorum quo acrius discussa est, eo magis enituit. Nemo auditorum adfuit, qui innocentiam Partis Evangelicae non agnoverit, Pastorum eruditionem, ac moderationem debitis laudibus non extulerit. Ipsi illi qui ante congressum, in sacrificulorum gratiam praedicaverant Ministros coram Praetore comparere ac cum Theologiae Doctoribus manus conserere non ausuros, post comparitionem, triumphos canere desierunt. Quod sacerdotes male quidem habebat, qui aegre ferebant rem eo usque progressam esse: at conqueri non audebant, quum alia non exederent, quam quae ipsi intriverant sponte.

Raetorum Proceres intellecta re uti acta fuerat iudicarunt eam majoris ponderis esse, quam ut coram solo Tirani Praetore ventiletur, ideoque tribus Foederum Capitibus seu Praesidibus mandarunt, ut die a Praetore Tiranensi indicenda, Tiranum se conferant, coram se utramque Partem accersant, easque disceptantes audiant; acta sub suis auspiciis, proximi oratorum Reip. Confluxus oculis subiiciant. Praetor Tiranensis novae comparitioni, Calendas Martii proxime sequentis anni 1596. dixit.

CONGRESSUS SECUNDUS Anno 1596. M. Mart.

Raetorum Praesides adsunt Tirani. Sacerdotes simul ac Pastores adsunt. Perorant Calandrinus, et Octavianus Meyus. Disputatur cum aestu.

Ca-

Calendis Martii Anni MDXCI. convenerunt Tirani tempore conſtituto a Praetore NICOLAO MARCA, quinque Voltureni Paſtores, qui primo congreſſui ſe ſtiterant, ut proſequerentur diſputationem cum Valturenae Parochis intercedentem. Abſuit maior illa ſacerdotum turba, quae primo actui ſe intruſerat: aderant tamen primarii nempe SIMON CABASSUS, Tiranenſis, NICOLAUS RUSCA, SONDRIENSIS, IO. PETR. STUPPANUS, MAZZII, PARAVICINUS MAZZONUS villae parochi. Diſputatio habita eſt mane dictae diei coram IOANNE a MARCA praedicti Nicolai fratre ac Propraetore, atque coram trium Foederum Praeſidibus GALLO a MONTE, Gryſaei, IOANNE BAVIERIO, conſule Curienſe, et IOANNE GULERO Decem Iurisdictionum. Aderant primates adhuc aliquot viri a Raetis aliis de cauſis delegati, obſervantes quae peragebantur; inter quos RODOLPHUS PLANTA Cernezienſis, GEORGIUS BELINUS, ANDREAS RUINELLA ARTIUM Magr. ac Medic. Doc., ANDREAS ac HERCULES a SALICIBUS, ANTONIUS LANDOLPHUS, ANTONIUS MONTIUS, IO. IACOBUS PARAVICINUS, THOMAS SCHUCANUS Zuzienſis aliique. Quum omnes in aula Praetorii conveniſſent, quo etiam magna hominum utriusque religionis multitudo ſe contulerat, Pro-Praetor Partes allocutus eſt, monens ut Diſputationem proſequentes, modeſte ac quiete ſe gerant, prout viros graves, quique tantum munus exercerent, deceret. Reſpondit ANTONIUS ANDREOSCIA ſe atque collegas ſuos modeſte chriſtianeque geſturos eſſe. Addidit initium ab invocatione divini numinis ſumendum eſſe, ut cuius ſolius auxilio res tanta recte geri poſſet: adque iſta verba quum omnes ſurrexiſſent, atque caput aperuiſſent, ipſe preces fundens omnibus alta voce praeivit. Precibus peractis SEBASTIANUS VENOSTA Miniſtrorum Patronus expoſuit: Paſtores Evangelicos iuxta tempus a Praetore conſtitutum comparuiſſe, ut rationem ſuae doctrinae redderent, et ſcriptis a Parochis prolatis reſponderent ore ac ſcriptis. Itaque ſe tradere ſcribae Aemilio duo ſcripta, alterum de Mediatore, de quo praecipua quaeſtio erat, alterum ad Hiſtoriam rerum pertractatarum praecipue ſpectans, quae prolata Notario conſtituto conſignavit.

Tunc CALANDRINUS non opus eſſe pluribus ſignificare, quodnam initium, et quaenam occaſio eius controverſiae fuiſſet, cum ſatis compertum eſſet eam controverſiam non ab ipſis Paſtoribus ortum habuiſſe.

ſe. Controverſiam autem omnem ad tria capita redigi. Primum eſſe: *Utrum Dominus Jeſus Chriſtus Mediator ſit juxta humanam naturam ſuam tantum, an vero juxta divinam et humanam ſimul.* Parochos cum BELLARMINO atque Scholaſticis primum illud tenere; Paſtores vero alterum. Secundum caput: *Utrum Calvinus in Inſtit, Lib. II. cap. XIV.* §. 3. *loquatur de utraque Chriſti natura in abſtracto, et utrique ſeparatim tribuat praerogativas illas, nempe accepiſſe poteſtatem remittendi peccata, juſtificandi, ſalvandi etc. an vero eas Chriſto tribuat juxta utramque naturam ſimul atque conjunctim, reſpectu perſonae ac Officii Mediatoris.* Parochos prius illud de Calvino aſſerere, ac ideo cauſari quod cum Arianis blasphemet. Paſtores vero alterum de Calvino adfirmare, nempe illum agere de praedicatis quae utrique naturae conjunctim, id eſt perſonae Mediatoris conveniunt, ut ſit verus Mediator atque Redemtor Eccleſiae, quod eſſe non poſſet juxta humanam naturam tantum. Tertium *controverſiae caput eſſe de ſententia verborum illorum D. Paulli,* 1. *Cor. XV. tunc, et filius ſubiicietur ei, qui ſubiecit ſibi omnia: utrum accipienda ſint, quod poſt univerſale judicium Chriſtus ſubiicietur Patri juxta humanam naturam ſuam, accipiendo ſubiectionem in propria ſignificatione, an vero accipienda ſint de Chriſto ut Eccleſiae capite, et quoad perſonam, et Officium Mediatoris, quod ad illud usque tempus duraturum ſit, poſtea vero abolendum.* Parochos primo modo verba illa accipere: Paſtores cum Calvino altero. Primum autem ſuam ſententiam de unoquoque ex iis capitibus, ipſos Paſtores ex verbo Dei, quod unicum fidei Chriſtianae fundamentum eſt, probaturos eſſe; deinde ex dictis etiam antiquorum Patrum atque Eccleſiae Doctorum ut omnibus pateat, ſe non nova, et nunquam amplius in Eccleſia Chriſtiana audita credere atque docere, ſed antiqua atque certiſſima. Quia vero Parochi, et voce, et ſcriptis remiſiſſent illos ad Bellarmini librum de Mediatore, ideo ſe id Officii dediſſe OCTAVIANO MEY Tilienſis Eccleſiae Paſtori, ut reſponſionem ad librum Bellarmini praecipue ipſe pararet, quod etiam praeſtitit in primo tractatu qui a VENOSTA exhibitus fuerat. Et quoniam STUPPANUS in ſuo ſcripto eadem argumenta propoſuit, quae Parochi in communi ſuo ſcripto adducunt quod Calendis Decembris protulerunt, et alia quoque argumenta, quae oretenus d. XIII. Octobris propoſuerunt, una cum quibusdam aliis, quae reſponſione

sione indigebant: ideo CAESARI GAFFORO Pesclav. Eccl. Pastori id oneris dedisse ut illis omnibus responderet, quod etiam factum esset in scripto illo, quod biduo ante exhibitum fuerat. Id quod CABASSUS affirmavit addens se se in rebus STUPPANI non immiscere. Rogavit etiam omnes enixe CALANDRINUS ut quemadmodum d. XIII. Octobr. Parochi diu auditi fuerant absque ulla interpellatione, ita nunc ipsi quoque Pastores aequis animis, et sine interpellatione audirentur. Polliticus etiam est Pastores quanto brevius fieri posset sua proposituros, ut Domini qui discessum parabant, fieri jusserant, atque ideo duas aut tres tantum auctoritates ex verbo Dei, ac totidem ex Patribus circa unumquodque argumentum adducturos esse, cum reliquae, quae plurimae essent in scriptis iam exhibitis, per otium videri possent atque expendi. Tandem dixit OCTAVIANUM primo loco dicturum, et comprobaturum sententiam Pastorum de Mediatore, et de duobus aliis capitibus iam adductis: postea CAESAREM argumenta adversariorum diluturum. Quod si postea Parochi alia afferre vellent liberum illis fore; ipsos enim Pastores paratos esse ad respondendum.

Cum OCTAVIANUS in eo esset ut munus ipsi iniunctum exsequeretur, sermonem eius intercepit CABASSUS qui repetens CALANDRINI dicta respondit: a se ac collegis suis nullam contentionis ansam fuisse datam, nec ipsos quenquam irritasse, quin imo dicere posse se irritatos esse. Hoc ut probaret dixit a CALANDRINO librum quendam, qui de Ecclesia inscribitur e Gallico in Italicum sermonem versum fuisse, in quo affirmaretur Ecclesiam Romanam novum Evangelium sub nomine Cyrilli edidisse: item Papam sibi potestatem assumere Christi Sacramenta abolendi; quae falsissima sint. Item adduxit ea quae Calvinus lib. IV. cap. VII. §. 27. Inst. contra Rom. Pontifices asserit eos credere nullum esse Deum, et quae de Christo ac futura vita dicuntur meras esse fabulas, aliaque huiusmodi. Deinde illa ipsa tria capita controversiae repetiit, quae a CALANDRINO iam proposita erant, ac multis explicare conatus est, argumenta quaedam repetens, quae d. XIII. Octobr. adduxerat, ac in scripto ab eo adducto continebantur.

CALANDRINUS ei respondit primo quoad Evangelium illud, scire debere Parochos editum fuisse ante 400. annos, cum ordo ille Mendicanti-

cantium quadruplex introductus est, et eius mentionem facere GULIELMUM de S. AMORE Theologum Parisiensem, qui ante CCC. annos vixerit in libro suo quem de periculis novissimorum temporum inscripsit cap. VIII. Quamvis inquit Calandrinus cum Ecclesia Romana librum Oraculorum Francisci approbaverit, in quo affirmatur Franciscum vitam aeternam dare, et eos qui in eius habitu sepeliuntur, servari, cumque multis rebus remissionem peccatorum tribuat, quae soli Christi sanguini debetur, annon novum Evangelium cudit? Quoad potestatem vero, quam sibi Papa assumit abolendi Sacramenta, cum plenariam sibi potestatem tribuat in sacra, et prophana, et rerum naturas mutandi, ac alia huiusmodi, istud quoque sibi adtribuit. Quod vero ad CALVINI dictum in Romanos Pontifices dixit Calvinum primum non fuisse, qui talia scripsisset, sed plures alios clarissimi nominis viros, et ab Ecclesia Romana comprobatos id fecisse, quorum duos tantum ex pluribus adduxit, ne alia graviora retardarentur, nempe BERNHARDUM ab ipsis Papis in Divos relatum, et BUDAEUM Jurisconsultum celeberrimum. Legit ergo palam ex XXXIII. serm. Bernh. in Cantica, hanc in Praelatos Ecclesiae Romanae sententiam, nempe: omnes amici etc. Omnes proximi, et omnes quaerunt, quae sua sunt. Ministri Christi sunt, et serviunt Antichristo. Deinde accepto BUDAEI libro de Asse ex lib. V. legit tres sequentes sententias: Primam. Quam autem spem salutis habere possunt, qui cum sint Principes, sacerdotes, et in puppe gubernacula tenentes, meridie in scopulos impietatis impingunt? Et cum splendore vitae praelucere Dominicae familiae debeant, erroris illi nobis, et hallucinationis caliginem offundunt? Secundam. Egone ut credam Fidem eos bonam agnoscere, qui sub exuviis Domini nostri aram, et sacramenta, et ipsum denique Dominum exosculantes, eiusdem ipsius placita, et instituta flocci pendant, eisque e diametro opposita, pugnantiaque amplectantur? Tertiam. Equis est obsecro, qui si statum Ecclesiae, motum, flexum, habitum, affectiones denique corporis, et animi, et sessiones ipsas aestimet, quales non pridem vidimus, ullam rationem haberi oraculorum aut omnino sacrorum monumentorum judicet?

RUSCA Archipresbyter sondriensis respondit: Sententias illas pro se facere contra Pastores, quia D. Bernhardus vocet ipsos Sacerdotes Ministros

niſtros Chriſti. Reſponſum fuit: nomine quidem; ſed re Antichriſti ſervos vocat. De BUDAEO reſpondit Ruſca, primo illum agere de moribus, non de doctrina. Cui CALANDR. Imo agit de doctrina, cum expreſſe dicat placita et inſtituta CHRISTI eos flocci pendere, eisque e diametro oppoſita, pugnantiaque amplecti. Deinde addit RUSCA Budaeum mentionem facere altarium atque ſacrorum, et huiusmodi rerum agnoſcereque Papam eſſe vicarium Chriſti. Cui GAFFORUS. Antichriſtum in Templo Dei ſeſſurum a Paullo praedictum eſſe ad Theſſal. Reſp. Ruſca, intelligi Teplum Hieroſolymitarum. Cui CALANDR. Imo intelligitur populus Chriſtianus, uti Apoſtolus dicit: Templum Dei eſtis Vos. CABASSUS vero exclamabat, magnam iniuriam Eccleſiae Romanae fieri affirmando quod novum Evangelium inſtituerit. Quod ſi quis privatus tale quid fecerit, non propterea tribuendum eſſe Romanae Eccleſiae, quae Concilia convocat, in quorum nullo invenietur, quod novum aliquod Evangelium inſtitutum ſit. Cui GAFFORUS. Nego, inquit, legitima concilia ab Eccleſia Rom. congregari, ut dicis: et CALANDR. addidit: probaturi ſumus Eccleſiam Romanam, ut iam dixi, novum Evangelium inſtituiſſe, cum aliis rebus, quam CHRISTI ſanguini remiſſionem peccatorum tribuat. GAFFORUS etiam addidit: Quamvis Eccleſia Romana ſymbolum Apoſtolicum habeat, Orationem Dominicam et Praecepta Dei, iſta tamen habere verbis non ſenſu, ut fuſe probavit contra Stuppanum, qui iſta pro defenſione Eccl. Rom. adduxerat: et quod Eccleſia Rom. multis aliis rebus tribuat remiſſionem peccatorum patet de *Agnis benedictis* quos vocant, de quibus dicunt: Peccatum frangit, ſicut Chriſti ſanguis et angit. Quibus omnibus nihil fuit a Parochis reſponſum.

Hac veluti prima habita velitatione locus tandem datus eſt OCTAVIANO MEY ſuas partes agendi. Is igitur oratione et prolixa et erudita et ſolida tria a CALANDRINO ſupramemorata Capita explicavit, atque tum ex ſacra ſcriptura, tum ex S. Patrum teſtimoniis ſuam ſententiam ita firmavit, ut nihil in eo genere amplius poſſit deſiderari. Ipſam orationem, Capiti ad calcem ſubiungere placet, ne filum noſtrum aequo diutius ſuſpenſum teneat.

Quando OCTAVIANUS dicendi finem fecit, ac CAESAR GAFFORUS quoque in eo esset ut argumenta CABASSI et STUPPANI voce scriptisque prolata, item et BELLARMINI refelleret, CABASSUS intercepit denuo, dicta ab OCTAVIANO repetiit, ad ea respondere conatus. Ad primum caput respondebat in istum sensum. Quamvis omnes convenirent in articulo divinitatis Domini nostri Iesu Christi, hoc tamen non sufficere ad veram unionem in fide ostendendam. Nam etsi in reliquis omnibus fidei articulis consensus sit, in uno autem solo dissensio, hoc ad unionem dissolvendam sufficere. Exemplum HYMENAEI ac PHILETI adtulit, quos Paullus a se reiecit licet in uno tantum resurrectionis articulo ab eo dissentirent. De CALVINO autem dixit se quidem in concione sua dixisse, et postea repetisse eum blasphemare in Christi divinitatem quia in illo §. 3. utatur nominibus abstracti, Deitatis et Humanitatis, et tam illi quam isti tribuat accepisse potestatem dimittendi peccata, suscitandi mortuos, et alia huiusmodi. Quod si Divinitas CHRISTI illa accepit in tempore, ergo non habuit ea ab aeterno, quod blasphemum sit dicere. Deinde quoad illa quae OCTAVIANUS de operibus Theandricis proposuerat, negavit sacrificium Christi, quod in morte et passione Deo obtulit, opus fuisse Theandricum. Volebat enim CHRISTUM sacerdotem fuisse, intercessisse et satisfecisse iuxta humanam naturam tantum, quae sola fuerit principium Quo operum Mediatoris. Contra OCTAVIANUS affirmabat divinitatem CHRISTI suam quoque operam atque vim in sacrificio ac morte CHRISTI adhibuisse, non quidem patiendo, quod a Divinitate alienissimum est, sed Humanitati suae assistendo, eique vim conferendo, quo fascem omnibus simul creaturis importabilem iustitiae ac irae divinae adversus peccata nostra ferre ac superare posset. Itaque affirmabat Christi divinitatem suo modo concurrisse ut alterum principium formale sacrificii Christi. Ad argumenta vero et ad auctoritates ab OCTAVIANO cum ex sacris scripturis, tum ex Patribus adductas, nil aliud respondit nisi quod dignitas quidem operum CHRISTI Mediatoris ex dignitate ac praestantia suppositi quod erat Deus et homo, oriretur, quamvis non ut Deus operaretur, sed ut Homo; seu quamvis Divinitas CHRISTI non esset principium Quo, seu formale etiam ipsa illarum CHRISTI operationum, de quibus controversia erat, sed eius tantum Humanitas. Deinde ipse et RUSCA adtulerunt distinctionem, quam a BELLARMINO sumserant, de operum con-

consideratione: quod scilicet in opere aliquo considerari potest vel entitas operis vel valor: qua ratione adfirmabant unum et idem opus a Principe factum maioris esse valoris quam si illud ipsum a subdito aliquo factum fuerit, ob dignitatem personae Principis operantis. Quibus responderunt Pastores distinctionem illam a BELL. sumtam, falsam esse: addidit CAESAR summe erroneam esse quia tribuat operibus CHRITI efficaciam non secundum rem, sed secundum aestimationem tantum. RUSCA vero in medium protulit distinctionem illam Principii Quod et Quo, quam a Pastoribus alias concessam affirmabat. Ei responderunt Pastores, illud falsum esse: se enim distinctionem illam nunquam admisisse eo sensu, quo a Parochis cum BELLARM. a quo illam sumserunt accipitur. Addidit CABASSUS novum argumentum et ipsum a BELLARMINO sumtum, tale. Quod si divinitas CHRISTI concurrit ad illa Mediatoris opera efficienda, tum sequeretur etiam Patrem et Spiritum S. ad eadem concurrisse, cum eadem sit trium personarum divina essentia. Cui paullo post, ut dicetur, responsum fuit. Hoc fuit veluti secundum congressus istius certamen.

Quia vero CABASSUS et RUSCA identidem eadem repetebant, multis exaggerando, sic ut adpareret eos studio ita agere ut laberetur tempus, Pastores conquesti sunt sibi tempus ac locum dicendi eripi, ut sua plene proferre non possint: Non sic factum cum sacerdotibus, ut quibus d. 13. Octobr. per duas ac amplius horas sine interruptione loqui permissum fuerit. Nec tamen obtinuit CAESAR ut suas quoque partes ageret; licet saepius postularet. Advenit interea STUPPANUS qui magno impetu ad collegas suos Parochos ingressus est magna voce exclamando se adesse ut se tueretur ab iis quae a Caesare sibi responsa fuerunt in scripto illo quod protulit, et quod se ex parte legisse fatebatur. Affirmabat quoque magna voce CAESAREM nullam occasionem habuisse reformandi suum argumentum, et Dialecticam quandam protulit ex qua se ostensurum dicebat argumentum suum esse in BAROCO. Caesar ei respondit, se quidem ipsius Stuppani argumenta ad formulas dialecticas restituisse, ut ex scriptis patet, sed non opus esse nunc laborare ac tempus terere in eiusmodi tractandis, quia quemadmodum in primo congressu a se ac collegis illis errores quoad formam Syllogisticam condonati fuerunt, sic id ipsum facere et nunc paratos esse, ac

 ideo

ideo ad materiam argumentorum veniendum esse. Tunc ANDREOCSIA palam ab eo petiit, cuius nomine loqueretur, ac se sisteret, num suo peculiari, an vero caeterorum quoque qui aderant, collegarum nomine. (CABASSUS enim ab initio dixerat, quod se rebus STUPPANI non immisceret) Respondet ille se comparere ac loqui omnium nomine. Interrogat ANDREOSCIA caeteros eius symmystas num ita esset? Dum mussitant, nec statim aperte respondent, ipse STUPPANUS clamando intonat: se ibi esse ut sanctam Ecclesiam catholicam Romanam, defenderet, suoque et caeterorum nomine loqueretur, ideoque ut suum dictum confirmarent a collegis postulabat. Tandem illud CABASSUS aperte negavit. Reponunt ANDREOSCIA caeterique: Cur ergo Argumenta eius adprobastis, in scriptoque vestro defendere suscepistis? Quibus nil responsum fuit. Tunc CAESAR ad Parochos conversus dixit: Recte sane facitis quod illum omnium nomine non admittatis: Nam inter quae scripsit absurda, etiam haec comparent, nempe: esse medium competere toti Trinitati, et quod omnia quae accepit filius Dei a Patre antequam incarnaretur, spectent ad naturam ac substantiam eius divinam; ac propterea si traderet regnum Deo et Patri, amitteret de substantia divina, aliaque hiusmodi, de quibus omnibus vos ipsos iudices constituo. Neque illa a CALVINO sumit, sed ipsemet, pro suis fundamentis ex suo cerebro ponit. In Arianismum quoque incidit, affirmando filium Dei factum esse Dominum ab aeterno, quod tamen secundum ipsum ad essentiam eius pertinet; ubi tamen SYMBOLUM NICAENUM genitum dixit non factum. Ad haec STUPPANUS nihil, sed in genere tantum urgebat, se tueri velle SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM ROMANAM, ad quod (dicebat) tenebatur.

Tunc RUSCA dixit STUPPANO ut argumentaretur si vellet. STUPPANUS aestro percitus coepit exclamare: CALVINUM dixisse absurdissima multa ab omnibus explodenda, quae CAESAR in suo scripto defenderet, qualia haec essent, quod Pater genuit filium QUIA VOLUIT. Ergo inferebat, potuit non gignere. Ergo Patri aequalis non est secundum divinitatem. Item quod doceret Calvinus filium Dei fuisse Mediatorem antequam incarnaretur. Ergo orabat, intercedebat, sacrificabat. Ergo minor erat Patre secundum divinitatem. Ea omnia sunt ex BELLARMINO, cuius vitula arabant. Respondit CAESAR ista omnia in

in responsione iam exhibita se diluisse. Antequam vero aliud quidquam responderet, adgressus est argumentum CABASSI, quo probare voluerat sacrificium Christi opus Theandricum non fuisse, nisi quatenus ad subiectum QUOD, id est Deus et homo, non autem quatenus ad principium Quo: idque ex ea ratione quia sic sequeretur Patrem quoque et Spiritum S. concurrisse ad sacrificium Christi perficiendum, quum essentia divina utrique illorum communis sit. Id enim argumentum solutum non fuerat propter adventum STUPPANI, ac interruptionem ab eo factam. Ad illud sic respondit CAESAR, eandem absurditatem quam CABASSUS imaginaretur ex sententia Pastorum, de sacrificio Christi ceu opere *deandrikoo* oriri, eandem, inquam, ex nativitate quoque CHRISTI provenire. Cum enim divinitas CHRISTI incarnata sit, et eadem sit Patris ac Spiritus Sancti cum filio essentia divina, sequeretur Patrem et Spiritum S. quoque incarnatos esse. Hinc dicebat CAESAR aliud esse Essentiam divinam simpliciter, et sine ulla relatione accipere ac considerare; aliud vero in verbo seu filio. Praeterea ad ea quae CABASSUS iterum de CALVINO dixerat eum §. 3. Inst. agere de naturis in abstracto, respondit, ut saepius responsum fuerat CALVINUM in illo §. non agere de naturis CHRISTI per se se et separatim, sed de praedicatis, quae competunt personae Mediatoris, id est, utrique naturae coniunctim, respectu officii Mediatoris. Quod cum Parochi iterum negarent, prolatus est Institutionum Calvini liber, et lecta illius cap. XIV. lib. II. inscriptione, quae huiusmodi est: *Quomodo duae naturae Mediatoris efficiant personam*, ANDREOSCIA tres priores paragraphos dicti capitis clara voce legit. Tunc ex ipsius CALVINI verbis OCTAVIANUS ostendit quod dictum fuerat, nempe in §. 3. de illis praedicatis agi, quae personae Mediatoris conveniunt. Ad quem OCTAVIANI sermonem CABASSUS aliud non habuit quod reponat, nisi haec veaba: Tu CALVINUM non intelligis. Cui Octavianus regessit. Imo tu illum non intelligis. CAESAR autem ut exemplum aliquod ostenderet tertii illius generis praedicatorum sumsit dictum illud Ioannis cap. V. Sicut Pater habet vitam in semet ipso, sic dedit et filio habere vitam in semet ipso. Quod dictum sane, inquiebat, de humanitate simplici intelligi non potest; quia dicitur filium habere vitam in semet ipso sicut Pater habet, id est esse fontem vitae, quod in humanitatem cadere non potest. Rursum de Deo simpliciter illud dici

non poteſt, quia ait DEDIT: at filius ut Deus habuit vitam ab aeterno. Dictum ergo illud de CHRISTO intelligi non poteſt, niſi ut Deo et homine ſimul atque coniunctim. Sed nec ad haec a Parochis quidquam reſponſum fuit.

Tunc STUPPANUS neglecta illa obiectione, quod ſcil. CHRISTI Deitas minor eſſet Patre ſi Pater eum genuit quia voluit (quam obiectionem CAESAR dixerat ſe in reſp. biduo ante exhibita ſatis ſolviſſe, ac paratum eſſe adhuc voce ſolvere ſi tempus id faciendi concedatur) inculcabat denuo CALVINUM abſurdiſſime dixiſſe: filium Dei fuiſſe Mediatorem ante incarnationem. Ei reſpondit CAESAR filium Dei fuiſſe mediatorem ratione Officii ſuſtentationis, conjunctionis cum Deo, conſervationis, doctrinae, ſalvationis etc. etſi non fuerit Mediator eo modo quo poſt incarnationem, ſcilicet orando, intercedendo, ſacrificando, etc. ut poſtea cum homo factus eſt. Et quamvis intercedere ſacrificare, ac ſatisfacere opera ſint Mediatoris, ut Parochi dixerant, haec tamen ſola, inquit CAESAR, Mediatoris opera non eſſe, ſed plura quoque alia, quod oſtendere paratus erat ex ſua Reſp. ad STUPPANUM. Verum haec tantum dixit, ſcilicet, quod ſicut per verbum omnia creata ſunt, ita per idem verbum ſuſtentantur, alias in nihilum ruerent, nec poſſent Deo conjungi ſine Mediatore nec Eccleſia conſervari, et creaturae rationales in peccatum lubricae prorſus caderent. Praeterea dicta illa: *Nemo novit Patrem niſi filius, et cui voluerit filius revelare.* Item. *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Item. *Ego agnosco oves meas, et vitam aeternam do eis.* Haec, inquam, perpetua ſunt Domino JESU. Propter haec igitur filius Dei Mediator fuit ante incarnationem. Sed ad haec nec STUPPANUS, nec alii Parochi quidquam reſponderunt.

Poſtea STUPPANUS aliud argumentum propoſuit etiam ex BELLARMINO ſumtum. Tale erat. Si CHRISTUS Mediator eſt ut Deus, et homo, confundentur operationes, quod Eutyches faciebat. Reſpondit CAESAR quod ſi Stuppanus ſermoni ab OCTAVIANO habito praeſens fuiſſet, cognoviſſet nullum locum illi obiectioni relinqui, quia error Eutychetis expreſſe iam damnatus fuerat. Huicque reſponſo et caeteri quoque Parochi annuerunt. Tunc STUPPANUS denuo argumentum ſuum diei XIII. Octobris propoſuit, nempe: Proprium eſt Dei habere ab aeter-

aeterno omnes perfectiones, esse actum purum etc. At per CALVINUM haec Christus non habuit ab aeterno juxta divinitatem. Ergo. Respondit CAESAR negari minorem, ut antea factum fuerat, condonando illi errorem formae syllogismi, addiditque se iam majorem quoque negare eo sensu, quo illam STUPPANUS in suo scripto accipit, ubi definit: Deum esse actum purum, et actum purum illum esse, cui nec addi, nec minui quidquam possit: quam definitionem nec Theologicam, nec Philosophicam, nec Grammaticam, nec legalem esse dixit, adeoque ab omnibus explodendam. Sed nulla habita ratione huius intelligentiae STUPPANI dixit, se negare minorem, uti antea fecerat. Tunc STUPPANUS coepit minorem probare velle, inquiens, CALVINUM in illo §. 3. affirmare Christum etiam juxta naturam divinam suscepisse in tempore illas praerogativas, de quibus illic mentionem facit. Excepit CAESAR Calvinum ibi loqui de Mediatore, uti toties iam dictum erat, ac ideo non considerari naturam seu essentiam divinam separatim, sed personam ac Officium Christi. Cum vero STUPPANUS iterum affirmaret Calvinum dicere Christi divinitatem de novo accepisse illas praerogativas, respondit CAESAR, et cum eo Pastores reliqui, illud omnino falsum esse, et illud (de novo) ab ipso confingi, ut saepius d. 13. Oct. dictum fuerat, et aliud esse de novo, aliud vero novo modo. Addidit etiam CAESAR antiquos quoque hoc loquendi genere usos esse, id est (novo modo) praesertim CYRILLUM, lib. alio ad Reginas, petiitque codicem afferri; sed cum turba premeret prae multitudine, codex statim allatus non fuit.

Tunc Delegati Dominorum STUPPANO mandarunt ut taceret, ut quum sat multum temporis esset cum ipso consumtum. Ubi igitur ille obticuisset, dixerunt Delegati CABASSO ut argumentaretur si vellet. Respondit Cabassus, se iam mentem suam ad sufficientiam declarasse, nec velle amplius argumentari. Tum CAESAR: Ego igitur, inquit, argumentabor. Quo audito RUSCA clamavit: Ego argumentabor. Reposuit CAESAR: et Ego respondebo. RUSCA itaque argumentatur hoc modo. In Christo aliud est humanitas, aliud persona. Moratur loquentem CAESAR his verbis: Tu Nestorizas. Cur? inquit ille. CAESAR. Quia natura Christi humana non subsistit nisi in divino supposito. At, inquit RUSCA, ita potest considerari. Excepit CAESAR: Hic non agi-

agitur de consideratione seu operatione intellectus, sed de re ipsa in se, uti est. Nihil ad hoc respondit RUSCA, sed ad aliud transiit, ac inquit: qui naturae divinae tribuit, quod aliquid acceperit in tempore, blasphemat. At CALVINUS hoc fecit. Ergo. Tum CAES. Nego minorem, inquit: quod cum non audiretur statim a RUSCA, Dominus GULERUS dixit: negatur assumtum. RUSCA petit: num illa quae Calvinus Christum accepisse affirmat, (§. illo 3.) acceperit secundum naturam humanam, an sec. divinam, secundum personam seu suppositum, an secundum totum vel secundum partes. CAESAR hanc rerum ac verborum involutionem perplexus considerans, petit ut dicta repeteret. Quod cum RUSCA fecisset CAESAR respondit: Totus CHRISTUS ut Mediator illa suscepit. Rusca. Si totum Christum suscepit. Ergo secundum partes. CAES. Nego consequentiam. RUSCA. Si divina, et humana natura suscepit, Ergo divina per se accepit. CARSAR. Nego Consequentiam, et CALVINUS dicit SIMUL i. e. conjunctim. OCTAVIANUS quamvis suis partibus iam esset perfunctus, cum tamen eiusmodi paralogismos tanta vehementia inculcari videret, inquit: vos abutimini patientia mea. An existimatis vestris istis paralogismis veritatem involvere. Nos sumus Theologi. Profer scripturam. Cabassus, et eius Collegae cachinno excipiunt dicendo: Responde dialectice. OCTAVIANUS. Est fallacia divisionis. RUSCA. Si Deus homo accepit, Ergo Deus accepit. CAESAR. Nego Consequentiam, et est fallacia divisionis, ut dictum est, et a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. RUSCA. Si totus Christus ut Mediator accepit, et Mediator est secundum utramque naturam, Ergo utraque natura accepit: et si utraque natura humana, et divina conjunctim accepit, Ergo totus Christus accepit, et propterea etiam divina natura per se accepit. CAESAR. Tu committis circulum, (quod etiam signo circumvolutionis manuum CAESAR ostendit) ac praeter fallaciam divisionis, et a dicto secundum quid, addis tertiam petitionis principii. RUSCA, et CABASSUS magna vocis contentione, et manuum ac brachiorum contentione, ac mensae pulsatione adhibita, exclamant. NON EST FALLACIA, NON EST FALLACIA. CAESAR placide respondet: Imo est triplex fallacia, et circulus ut dixi, iam me taedet aliud respondere, nisi aliud in medium afferatis. Iterum RUSCA, si totus Christus accepit, Ergo et divinitas accepit. OCTAVIANUS. Totus, sed non totaliter: Necesse profecto est aliqua esse

ſe praedicata compoſiti, ut exempli generare, de toto Abraham dicitur, nec tamen ſequitur; totus Abraham genuit: Ergo anima Abrahae genuit. MAZZONUS Archipresbyter Villae exclamat: id contra te facit, quia etſi generare ſit compoſiti, formaliter tamen ad animam ſpectat: Ergo ſi Chriſtus illas praerogativas accepit ſecundum utramque naturam, ſecundum divinam quoque formaliter accepit. Haec illo dicente Domini finem impoſuerunt omnibus plura dicendi, quod ſatis ſuperque utramque partem audiviſſent, cumque juſſiſſent omnes ſecedere ut inter ſe de re tota conſultarent, antequam quisquam exiret NICOLAUS CHESELIUS Paſtor Eccleſiae Montis Sondrii nomine ſuo, et collegarum proteſtatus eſt prout ſequitur clara voce ac omnibus audientibus; quam etiam proteſtationem ſcribae AEMILIO ſcriptam coram omnibus exhibuit, ut in Acta referretur.

In nomine Domini Amen. Anno 1596. Cal. Mart. Tirani.

„ Cum ex occaſione concionis Calendis Martii Anni 1595. Tirani „ a Simone Caballo eiusdem loci Curato habitae, atque etiam mandati cuiusdam ab eodem Caballo Paſtoribus Evangelicarum Eccleſiarum „ in Tribus Foederibus emiſſi, orta fuerit Diſputatio inter Paſtores, et „ aliquos Theologiae Romanae Profeſſores ac Doctores Vallis Tellinae, „ dictum Caballum defendentes: quae propter temporis anguſtiam in „ primo congreſſu Tirani habito finiri non potuit, verum ordinatum „ fuit, ut Doctores illa ſua argumenta in ſcriptis darent Cal. De- „ cembr. eiusdem anni (ſicut factum eſt) quibus Paſtores in ſcriptis „ reſpondere poſſent. Quibus etſi Paſtores tempore conſtituto reſpon- „ ſum dederint: tamen cum Theologi illi Eccleſiae Romanae ſub fi- „ nem ſuorum ſcriptorum moneant Miniſtros ut in viam veritatis, a „ qua deflexerint, redeant, Paſtores ac Miniſtri Evangelici intermitte- „ re non poſſunt, nec debent, quin apud omnes utriusque religionis „ homines ſe ab hac nota purgent. Cum itaque Tirani Cal. Martii An- „ ni 1596. ſuum reſponſum in ſcriptis exhibuiſſent, hanc ſuam prote- „ ſtationem ſpecialiter adiunxerunt. Nos Paſtores, et Miniſtri prote- „ ſtamur hic coram Illuſtriſſimis Dominis noſtris Capitibus, et reliquis Do- „ minis TRIUM FOEDERUM, atque etiam praeſente Magnifico Judice, „ et adſtantibus omnibus, Nos ſicut in primo congreſſu fidei noſtrae

„ confessionem palam exhibuimus, ita eandem coram procudere, at-
„ que promtos, et paratos fore ad illam defendendam, et reddendam
„ fidei ac doctrinae nostrae rationem ex biblicis canonicisque scrip-
„ turis demonstraturos ac probaturos, nos a via veritatis nullo modo
„ deflexisse: sed eam fidem, et religionem, quam amplexi sumus, et
„ in confessione nostra continetur, et praedicamus, esse veram, anti-
„ quam Christianam, et vere catholicam fidem, et religionem. Quam
„ nostram protestationem publicari petimus.

His peractis Domini inter se consultarunt, et partibus iterum coram se vocatis pronunciarunt: quod etsi occasio quae data fuit huic Disputationi, valde sibi displicuisset, tamen pergratum fuisse sibi, ea occasione praestantia utriusque partis ingenia, et excellentem eruditionem agnovisse. Disputationem vero ad proxima usque Comitia differri voluerunt, jubentes ut adversae partes ad ea usque quiescerent: in quibus ubi Dominis rem totam significaverint, decernetur quid in posterum fieri velint. Interea publicae paci studentes pronunciarunt, verba a CABASSO prolata in IOANNEM CALVINUM eximium Theologum ac sanctae memoriae virum (verba formalia haec sunt) eius bonae famae, et eorum qui cum eo sentiunt, nullo modo praejudicare posse nec debere: atque etiam verba Dominorum in litteris ad Praetorem Tirani datis CABASSI famae ac honori praejudicare non posse; atque haec omnia donec a Dominis super ea re ulterius Decretum fuerit.

Ab utraque parte Dominis gratiae fuerunt actae, atque sic utrinque discessum.

CONGRESSUS TERTIUS.

Deliberatio oratorum Reipublicae super causam Cabassi, coram Praesidibus Foederum ventilatam. Cabassius et sacerdotes tergiversantur vades dare. Ultima trium Foederum sententia Cabassius palinodiam canere jubetur, ipsius verba in Calvinum dicta calumniosa esse judicantur, atque is in impensas 132. coronatorum condemnatur.

Quando Amplissimi Raetorum Praesides caeterique syndici qui congressui CALENDIS Martii A. 1596. Tirani interfuere, quae audiverant ac statue-

ſtatuerant ad Comitia menſe Junio mox ſecuta Curiae habita, retulerunt, eorundem Comitiorum Decreto ſtatutum eſt: SIMONEM CABASSUM Parochum Tirani debere eorum, quae in CALVINUM dixerat, non autem hactenus probare potuerat, palinodiam canere: ſi autem iterum vellet experiri, num probare dicta ſua poſſet, Diſputationem eſſe continuandam, ſed ea conditione ut utraque pars ſufficienter pro expenſis caveat, intra modeſtiae fines ſe contineat, omniaque ad Dei gloriam, Eccleſiaeque aedificationem dirigat. Eadem conſtituerunt, ut omnia a Notariis ab utraque parte ſelectis fideliter conſignentur, quo ad ipſos Dominos ad proxima Comitia Divi Paulli deferantur, ut ſuper ea decernere poſſint, quod aequum ac juſtum videretur. Ut omnia graviter, et abſque tumultu gerantur, Praeſides conſtituuntur ANTONIUS SALICEUS Vulturenae tunc Gubernator, et NICOLAUS a MARCA Tirani Praetor ille Evangelicae, hic Romanae religionis ſectator.

Praeſides itaque hoc Decreto accepto per praeceptum (ut vocant) ſub d. 17. Auguſti mandant ANTONIO ANDREOSCIAE Paſtori Evangelico, et SIMONI CABASSO Curato Tiranenſi, ut niſi CABASSUS palinodiam canere velit juxta Decretum Dominorum ad Diſputationem continuandam compareant, et ad omnia ea praeſtanda, quae a Dominis mandata fuiſſent, huicque comparitioni diem XXX. Aug. proxime imminentem dicunt.

Die dicta comparent citatae partes, ANTONIUS ANDREOSCIA cum ſociis Paſtoribus, qui aliis quoque vicibus Diſputationi interfuerunt; SIMON quoque CABASSUS cum ſociis conpresbyteris. Praeſides cum utraque parte prius ſeparatim diu agere ut eas componerent, quo controverſiae finem imponerent. Sed fruſtra. Petit tandem CABASSUS cum ſociis, ut ſcripta Paſtorum, quae Calendis Martii producta fuerant, ſibi tradantur, tempusque detur ea diligenter examinandi, et ad ea confutanda ſe praeparandi. Reſpondent Paſtores ſua ſcripta menſes tres, et amplius apud ſcribam AEMILIUM fuiſſe, unde Parochi potuerint ea videre, et examinare, eorum exemplar ſibi comparare ſi voluiſſent, prout et dicebatur, aliquos illorum ea ſcripta legiſſe. Quare id eſſe rem in infinitum protrahere velle, quo tandem evaneſceret. Non recuſare tamen ſe, ſi ita Praeſidibus videretur, ſummam ſuorum ſcriptorum

rum quod ad dogma controverſum ſpectat Parochis tradere cum ſolutione argumentorum eorundem, ut omnis anſa ſe excuſandi ipſis auferatur differendi amplius Diſputationem, et illam ad finem aliquem adducendi. Praeſides utraque parte ſaepius audita tandem circa veſperam eius diei ſtatuunt ut Paſtores dent quodcunque voluerint ſcriptum, quo Parochi illud examinare, et ad reſponſionem ſe parare poſſint. Utraque pars Decreto Praeſidum acquieſcit. SEB. VENOSTA Paſtorum Patronus ut in omnibus Decretum Dominorum ſervetur vades nominat PHILIPPUM, et IO. PETR. CATTANEOS, item ROMERIUM SCARAMUZZAM: qui praeſto fuerunt ac praedes ſe pro Paſtoribus conſtituerunt. Petit in ſuper ut altera pars idem praeſtet. IO. FRANCISCUS, et CAMILLUS VENUSTAE I. U. D. D. Parochorum Patroni diu multumque contendere CABASSUM id facere non teneri. Tandem cum adveſperaſceret Praeſides reſpondent, de ea re in poſterum ſe deliberaturos eſſe. Sic omnes dimiſſi fuerunt.

Poſtera die ſummo diluculo Paſtores aſſumto Patrono ſuo Praeſides in Praetorio adeunt, Parochos accerſi poſtulant, quo brevem confutationem ipſorum ſcriptorum exhibeant, quam ea nocte exaraverant. Citati parochi adveniunt cum Patronis ſuis. Adſunt quoque quamplurimi alii utriusque partis ſectatores. Paſtorum ſcriptum illud breve exhibetur. Parochi eo accepto novem menſium ſpatium petunt ad illud examinandum atque confutandum. Riſum fere omnibus movit huiusmodi petitio quae manifeſto eſſet indicio, Parochos rem vel in infinitum protrahere cupere, vel judicium Comitiorum ſubterfugere. Praeſides tandem menſis unius ſpatium eis concedunt nempe ad Calendas usque Octobr. proxime futuras. Adquieſcunt omnes. Quod vero ad Notarios ab utraque parte ſeligendos, qui fideliter omnia conſignent, adtinet, contenti ſunt omnes unico ſcriba AEMILIO. Is vero ea conditione munus id ſuſcipit, ut ei omnia in ſcriptis dentur. Huic quoque rei omnes aſſentiuntur. De Vade vero a CABASSO dando Praeſides cum denuo conveniſſent, ſe decreturos ſtatuunt.

CALENDIS Octobris die a Praeſidibus conſtituta ANDREOSCIA cum ſociis Paſtoribus comparet coram Praeſidibus Tirani. Nec CABASSUS adeſt, nec parochorum ullus, nec ullus quidem eorum Patronus. Mirantur

rantur Pastores unde illud. Tum IOANNES a MARCA Propraetor nundinas Tiranenses, quas vocant Sancti Michaelis, proximamque vindemiam impedimento esse causatur ne disputationi adtendi possit, ac ideo rem ad Calendas Decembreis dilatam esse. Conqueruntur valde hac de re Pastores et quod ipsis insciis peracta esset, et quod eis tempus forte superesse non possit ante Comitia ad sua defendenda, adque adversariorum scripta, quae tradituri essent, confutanda. Quoad nundinas respondent, adesse quam plurimos ex diversis regionibus, qui huic Disputationi libenter interessent, et quum res in Praetorio coram Magistratu agenda sit, nullam confusionis suspicionem esse timendam. Quoad vindemiam vero adtinet, eam demum post octiduum vix inchoandam, unde nihil impedimenti vel Disputationi ex vindemia, vel vindemiae ex Disputatione oriri posse. Ast quidquid conquererentur Pastores nil aliud impetrare potuerunt, quam ut terminus constitueretur continuandae Disputationi decimus quintus dies Novembris. Propraetor quoque munus in se suscepit conclusum Parochis significandi.

Die XV. Novembr. utraque pars adest coram Praesidibus in Praetorio Tirani. Sebastianus VENOTSA Pastorum Patronus dicit Pastores adesse ut in Disputatione pergatur; petit autem ut iuxta decretum Dominorum CABASSUS vadem det pro expensis, quamadmodum dare iussi sunt, feceruntque Pastores. IOANNES FRANC. VENOSTA Parochorum Patronus dicit Parochos quoque praesentes esse ad disputandum paratos, (qui librum satis grandem producunt, quo breve scriptum Pastorum confutasse affirmabant) quoad vadem vero dandum diu multumque contendit, CABASSUM id facere non teneri, ac praeterea illum neminem comperire qui pro se vadem constituere velit. Post diutinam contentionem Praesides Dominorum Decretum servari se velle affirmant et ad prandium proficiscuntur. A prandio RUSCA statim Tirano Sondrium redit. Pastores toto die exspectant Tirani quid a Praesidibus statuatur parati in Disputatione pergere: librum interea a Parochis productum percurrunt, et de responsione paranda deliberant. Nihil aliud ea die efficitur. Proxima vero mane CABASSUS in Praetorium accersitur. Hic magna comitante caterva praesertim rusticorum armatorum, qui ad ianuam Praetorii astiterunt, ingreditur Praetorium. Praesides hoc audito ne tumultus oriretur CABASSUM dimittunt. Pastores Praesidibus

 signifi-

ſignificant ſe ſaltem ſcriptis libro Parochorum reſponſuros. Quod a Praeſidibus probatum fuit. His peractis unusquisque ad Eccleſiam ſuam revertitur.

Quinta vero Ianuarii proxime ſequentis anni 1597. poſt ſeptem ſcil. hebdomadas ANDREOSCIA citat CABASSUM coram Propraetore ac RODULPHO IUVALTA Gubernatoris SALICEI ſcriba ad id Tiranum miſſo, confutationemque libri Parochorum exhibet. Propraetor ſcripta illa accipit, eaque Parochis legenda exhibet, ſibique tandem reſtitui iubet, ut ea ſecum ad Comitia iuxta Dominorum Decretum ferat, quod etiam ab ipſo factum eſt. Intimando vero ipſe et IUUALTA alterius Praeſidis nomine mandant utrique parti, ut ſe coram Dominis Curiae ſiſtat.

ANDREOSCIA, GAFFORUS, caeterique Paſtores ſuo et ſociorum nomine Curiam profecti mandato Praeſidum obtemperantes coram Dominis in Comitiis comparent. Adſunt Paſtores Curienſes et alii. Nec CABASSUS, nec ullus Parochorum adeſt. Tantum IO. FRANC. VENOSTA eorum Patronus et IO. IACOBUS HOMODEUS apud Dominos eorum defenſionem ſuſcipiunt. Domini acceptis utriusque partis ſcriptis, et quibusdam ex conſeſſu ipſorum traditis, qui iudicio ac doctrina pollent, ubi relatum ab ipſis fuiſſet, quid in utrisque contineretur, ac de tota re certiores facti eſſent, ſequentem unanimiter ac magno conſenſu ſententiam protulerant.

Sententia lata ab oratoribus Communitatum ſuper cauſam diſceptatam.

„ NOS EXCELSORUM TRIUM FOEDERUM RHAETIAE SUPERIORIS „ ORATORES et CONSILIARII ex mandato Illuſtriſſimarum noſtrarum „ Communitatum Curiae in publicis et generalibus Comitiis congregati; audita expoſitione coram nobis hodie in publico noſtro conſeſſu „ per Reverendos Dominos Miniſtros IOANNEM GANTNERUM et IOANNEM PONTISELLAM Curiae, GEORGIUM CAZINUM Miniſtrum Tamintii, CAESAREM GAFFORUM Peſclavii, et ANTONIUM ANDREOSCIAM Tirani in Volturena pro ſemet ipſis, ac etiam nomine et vice

„ totius

„ totius Reverendae Synodi Rhaetiae Evangelicam Religionem absque
„ Miſſa profitentis, oretenus ad longum facta, quemadmodum Pres-
„ byter SIMON CABASSUS in quadam ipſius concione Tirani ipſis Calen-
„ dis Maii (qui dies Philippo et Iacobo ſacer erat) anni 1595. prae-
„ teriti, publice habita, auſus eſt dicere D. IOANNEM CALVINUM ſan-
„ ctae memoriae blasphemaſſe in Chriſti divinitatem, allegando ad hoc
„ tertium paragraphum decimiquarti capitis, ſecundi libri Inſtitutionum
„ eiusdem Calvini: qua re intellecta ipſi (qui non modo ſe nimis ca-
„ lumnioſe perſtringi, ac quaſi per latus feriri ſentiant: verum etiam
„ calumniam hanc in omnes puram Evangelii doctrinam profitentes re-
„ dundare facile animadvertant) ſtatim graviter coram praefatis Illuſtriſ-
„ ſimis Dominis Curiae, eo anno in publicis comitiis congregatis con-
„ queſti fuerint de dictis verbis ut ſupra prolatis, ac debitum et com-
„ petens remedium quo ſuam doctrinam contra talem calumniam ſar-
„ tam, tectamque tueri poſſent ab ipſis petierint, ab iisdemque publi-
„ cum Mandatum ad Dominum NICOLAUM MARCAM officii Tirani
„ Praetorem tum obtinuerint, quo ipſi iniungebatur ut in dictum Pres-
„ byterum CABASSUM inquireret, ac eum iuxta tenorem Decretrorum
„ in cauſa Religionis alias editorum ſontem repertum mulctaret: ipſum
„ autem Presbyterum hoc audito praefatum Dominum ANTONIUM AN-
„ DREOSCIAM nominatim, caeteros vero Evangelicos Miniſtros imo
„ etiam omnes Evangelicam Religionem profitentes qui ſua intereſſe
„ putarent, per publicum Praeceptum et mandatum a praefato Domino
„ Praetore impetratum, atque ad locum publicum BERLINAE ſeu
„ ARINGHERAE Tirani opera lictoris ſeu famuli publici affixum, in iu-
„ dicium vocavit, aſſerendo ſe paratum eſſe ea, quae ut ſupra contra
„ praefatum D. CALVINUM effuderat, habitaque ſuperinde publica in-
„ ter praefatum Presbyterum, aliosque plures Pontificios ei adiunctos
„ ac aliquot etiam Evangelicos Miniſtros, coram praefato Domino Prae-
„ tore diſputatione eaque poſtea tam agendo quam defendendo de eius
„ mandato in ſcriptis redacta et nonnullis Dominis Commiſſariis noſtris,
„ pro aliis quibusdam negotiis in Volturenam tunc ablegatis, indictum
„ per eosdem DD. Commiſſarios (qui ſemel etiam Diſputationi interfue-
„ rant) tum fuiſſe utrique parti, in dicta cauſa ſilentium, donec per
„ praefatos Illuſtriſſimos Dominos noſtros aliter decerneretur; qui tan-
„ dem in publicis Comitiis Curiae decreverunt ac condemnaverunt

„ eun-

„ eundem Cabassum ad palinodiam et retractationem eorum, quae ut „ supra protulerat et non probarat verborum, nisi forte speraret ea de- „ nuo probare velle sub Dominis ANTONIO SALICEO Vallis Tellinae „ Gubernatore ac praefato Domino Praetore MARCA, qui dictae dispu- „ tationi praeesse deberent, praestita tamen prius per utramque partem „ idonea cautione de persolvendis expensis et latius prout in dicto Re- „ scripto continetur, emanato sub die 14. mensis Iunii anni 1596. pro- „ xime praeteriti, quo quidem Tiranum perlato, ac in iudicium tem- „ pestive producto ipsos quidem Evangelicos cavisse dato ad hoc ido- „ neo vade: Pontificios vero Presbyteros ipsumque CABASSUM nullum „ unquam sistere voluisse fideiussorem, imo maxime tergiversatos esse; „ producto quidem quodam in dicta causa scripto, quo rursus probare „ tentabant CALVINUM ut supra blasphemasse, ipsosque Ministros eum „ non bene defendisse, quod tamen Evangelici Ministri contrario „ edito scripto diluerint, ipsam autem causam propter hanc renitentiam „ imperfectam pependisse: quo demum factum sit ut per Locumtenen- „ tem praefati Domini Gubernatoris, ac per eundem Dominum Prae- „ torem, ambos uti delegatos ut supra praefatis CABASSO et ANDREO- „ SCIAE monitio fieret oretenus, loco citationis ut se in hisce Comitiis „ coram nobis sisterent, Actaque ipsius Disputationis omnia nobis ex- „ hiberent, nostrumque votum et ordinationem superinde acciperent: „ ut constat relatione dictae admonitionis producta subscripta per Do- „ minum EMILIUM HOMODEUM dictae causae Notarium, ideoque ad- „ esse nunc pro se et nomine totius Reverendae synodi praefatae; ac- „ cusantes contumaciam partis adversae, ac petentes pronunciari, prae- „ fatum Cabassum in dicta concione indebite Calvinum iniuria affecisse, „ verbaque per eum Cabassum ut supra prolata merito per eundem re- „ tractari debere, quandoquidem de Christi divinitate recte et ortho- „ doxe Calvinus senserit et scripserit, id quod ipsi Evangelici Ministri „ et probaverint, et amplius cum opus fuerit probare velint, et ad id „ paratos se exhibeant; petentes praeterea ipsum Cabassum in expensis „ condemnari, idque pluribus: visa quoque praesentatione scripturarum „ et actorum praefatae Disputationis, nobis per Dominum IOANNEM „ MARCAM praefati Domini Praetoris fratrem, eiusque nomine factae: „ auditoque dilecto nostro D. ANDREA RUINELLA nomine dilectorum „ subditorum nostrorum Dominorum FRANCISCI VENUSTE et IO. IA-

„ COBI

„ COBI HOMODEI de Tirano uti agentium Tertierii ſuperioris Vallis „ Tellinae noſtrae, permoleſte ipſis hoc accidiſſe ſignificante ac dicto „ nomine poſtulante imponi finem huiusmodi controverſiis: Habita etiam „ praefatorum omnium in dicta cauſa agitatorum debita informatione, „ omnibusque diligenter et mature perpenſis ac conſideratis, CHRISTI „ ſervatoris noſtri implorato auxilio per hoc noſtrum Reſcriptum et „ ordinationem ex autoritate poteſtateque nobis a praefatis Illuſtriſſimis „ noſtris Illuſtriſſimarum Communitatum attributa: pronunciavimus, „ ordinavimus, ac unanimiter declaravimus et declaramus etc. Inpri- „ mis praefatum Praeceptum ad inſtantiam praefati Presbyteri CABASSI „ ut ſupra emanatum, nullum, caſſum, et irritum; illudque cum con- „ tentis in eo omnino tollimus et revocamus. Deinde pro bono pa- „ cis et publicae tranquillitatis dictae Diſceptationi perpetuum indici- „ mus, praecipimusque ſilentium. Praeterea definimus praefatum „ CALVINUM eodem citato loco bene et orthodoxe ſcripſiſſe et ſenſiſſe; „ dictumque Presbyterum SYMONEM CABASSUM, (cum nihil unquam „ ſani probare potuerit) inique iniuria eum affeciſſe, ac maledictis eum „ impetiiſſe, propterea que dictum Presbyterum plectendum, et ad ex- „ penſas in cauſa factas perſolvendas cogendum fore ſtatuimus et ordi- „ namus. Pro quorum omnium iudicatione quantum et quomodo de- „ legavimus ac demandavimus dilecto noſtro praefati officii Tirani etc. „ nunc deſignato Praetori Domino IOANNI LUCIO GUGELBERGIO a „ MOOS, ut in initio ſui officii et ſucceſſive quam primum, ſub poena „ noſtrae ac praefatorum Illuſtriſſimorum Dominorum noſtrorum indi- „ gnationis ſtatuat, condemnet, ac praeſentem hanc ordinationem no- „ ſtram exequutioni mandet in omnibus, prout ſupra. In quorum „ fidem et teſtimonium praeſentes has fieri, ac ſigilla dilectorum noſtro- „ rum confoederatorum Civitatis Curienſis, noſtro omnium nomine „ Communitas dari iuſſimus. Curiae decimoquinto menſis Ianuarii. „ Anno Chriſtigoniae ſupra milleſimum quingenteſimum nonageſimo „ ſeptimo.

(L. S.) Gregorius a Môs Cancellarius

Curienſis ſubſcripſit m. p.

„ IOANNES LUCIUS GUGELBERGIUS a MÔS ubi Praefecturam Tira-
„ ni ſuſcepiſſet, ſententiam Dominorum exſequitur, ac viſis et proba-
„ tis expenſarum calculis CABASSUM condemnat ad ſolvendum centum
„ triginta duos coronatos, quod etiam praeſtitum eſt. Sic CABASSUS
„ linguae intemperantis poenas dedit. Et hic quidem fuit controver-
„ ſiae huius exitus. „

Anno ſtatim ſecuto MDXCVIII. NICOLAUS RUSCA Archipresbyter Sondrienſis gloriam a ſuis quaſi de re bene geſta captaturus Relationem edidit eorum quae in dicta Diſputatione acta ac ventilata fuerant. Titulus libri eſt: *ACTA DISPUTATIONIS TIRANENSIS adverſus CALVINUM et Miniſtros CALVINI defenſores, Authore NICOLAO RUSCA Bedanenſi, Doctore Theologo, et Sondrii Archipresbytero. Comi, apud Hieron. Frovam.* 1598. in 8. Verum quia in eo ſcripto multa erant mordaciſſimo ſtylo ſcripta ab omni veritate prorſus aliena, quibus vel famam Miniſtrorum denigrare, vel perſuadere ſacerdotes neſcio quas perſecutiones pati, ſpeciatimque Paſtores Volturenae in odium ac contemtum vulgi pertrahere conabatur; multa callide omiſſa, alia corrupta, alia in diverſum prorſus ſenſum contorta adparebant. Paſtores Evangelici de iniuria ſibi, ac hiſtoricae veritati per editum librum illata coram Trium Foederum Senatu conqueſti ſunt. Senatus RUSCAM cenſurae Gubernatoris Vallistellinae ſubiecit; Paſtoribus vero conceſſit ut ad ſacerdotum ſcriptum impreſſum Reſponſum adornare, ac in luminis auras emittere poſſint, ea tamen lege ne quoad hiſtoriam rei geſtae quidquam ſcribant, quod cum veritate non congruat, ac legaliter comprobari poſſit. *) Ei conditioni Paſtores adſtipulati ſunt, et ne ſilentium ſuum in veritatis detrimentum trahi poſſit, tum Reſonſa ſua Praeſidibus Diſuputationis, dum cauſa diſceptaretur adverſus Parochorum ſcripta, exhi-

*) Decret d. 27. Maii 1600. *Auf Fürbringen des Ehrw. Capitels der Herrn Predicanten, in Anſchung daſs der Ertzprieſter von Sonders die Diſputaz zu Tiran, wider Verbott, und Wahrheit zuwider in etlich Puncten in Druck hat laſſen ausgahn, ſoll der Herr Landshauptmann ihn darumb abſtraffen umb ſein Fehler: und dieweil er hiſtoriſcher Weys nebet der Wahrheit geſchrieben, iſt den Evangeliſchen zugeben, das ſie darüber die Antwort ſchreiben mögen, doch die lautere Wahrheit, und die Diſputatzen ſollen beyderſeits aufgehebt ſeyn.*

exhibita, tum historicam rei gestae deductionem, qua Relatio Ruscae plurimis in locis castigatur, in lucem emiserunt. Post editum Ministrorum Responsum supervixere sacerdotes illi in Disputatione agentes, lustra aliquot, at quod exciperent, aut reponerent, nec verbum habuerunt; quare et nos caput hoc totum fere verbotim, pauculis saltem demtis aut immutatis inde transtulimus, ex certa spe non posse nostram relationem in deterius rapi, cui vivi ab utraque parte dicam scribere non sustinuerunt. Ministrorum scripti, placet exscribere titulum, ac summa capita, quae sic exstant.

DISPUTAT. TIRANENSIS INTER PONTIFICIOS, ET MINISTROS VERBI DEI IN RHAETIA Anno 1595. et 1596. habitae PARTES IV. in quibus de PERSONA et OFFICIO JESU CHRISTI MEDIATORIS secundum utramque naturam accurate, et solide agitur: atque inprimis CALVINI verba de divina CHRISTI natura Libr. II. Institut. cap. XIV. §. 3. a calumniis Pontificiorum Vulturenorum vindicantur: BELLARMINIQUE sophismata resolvuntur: et passim MONOTHELETARUM, NESTORIANORUM, ARRIANORUM, aliorumque errores deteguntur. Nec non relatio totius Disputationis historica exactissima: Index calumniarum Parochorum Vulturenorum: et Responsio ad repetita eorundem sophismata continetur. AUTORIBUS CAESARE GAFFORO, OCTAVIANO MEY, caeterisque Ministris Verbi Dei in Rhaetia. Omnia nunc primo in lucem edita; lectu non solum digna, sed et veritatem amantibus, quam maxime profutura. Adiecti sunt quatuor Indices 1. Capitum. 2. Patrum, et Auctorum. 3. Locorum S. Scripturae. 4. Rerum, et verborum. BASILEAE, typis CONR. WALDKIRCHII. cIↄIↄcII. in forma 4ta.

Elenchus Capitum, quae in IV. Partibus Disputationis Tiranensis continentur.

PARS I.

CAESARIS GAFFORI Ministri Pesclavii in Rhaetia de Persona, et Officio IESU CHRISTI MEDIATORIS Responsio ad primam partem Acto-

 to-

torum Tiranensis Disputationis a NICOLAO RUSCA Archipresbytero Sondrii editam.

PARS II.

In qua narratio Historiae continetur, et singula Capita scripti adversariorum totidem capitibus confutantur.

PARS. III.

In hac parte de filio Dei Mediatore ſecundum utramque naturam ſolidiſſime agitur, et Calvinum optime de divinitate Chriſti ſenſiſſe probatur, item Roberti Bellarmini Jeſuitae calumniae atque ſophismata refutantur. Prae-

Cap.

PARS III.

SECT. II.

TERTIUS CONGRESSUS Disputationis Tiranensis 3. Kal. Septembr. Anno. 1596. habitus.

SECT. III.

PARS IV.

Finis.

CAP. VII.

1597.

DISPUTATIO PLURIENSIS.

ANNO MDXCVII. nova contentionis ſeges inter Evangelii in valle Praegalliae Miniſtros et Romanenſes Clavennae ſacerdotes propullulavit. Ediderat anno antecedenti IOANNES MARTIUS, Senenſis patria, SOLIENSIS Eccleſiae Paſtor italico ſermone Tractatum exiguae quidem molis de Miſſae ſacrificio, at in quo Miſſae originem, ſimulque quam iniuria ea Chriſti ſatisfactioni ac caeteris religionis Chriſtianae capitibus ſit luculenter expſuerat et demoſtraverat. Quum is liber ad vulgi captum dilucide ac ſolide confectus in omnium manus volitaret, atque omnino adpareret ſancti ſacrificii honorem apud ipſos Romanocatholicos exoleſcere, Dominicanus quidam Cremonenſis Clavennae clericus frater NAZARIUS dictus, MARTII libro Apologiam ſancti ſacrificii Miſſae Comi, mox eod. a. 1596. impreſſam, oppoſuit. Libellum iſtum NAZARII laudabant ſacerdotes, ceu per quem MARTII tractatus totus enervatus ac proſtratus iaceret, illumque Suis, ac quibusvis ex plebe ceu efficaciſſimum quoddam antidotum obtrudebant. Contra MARTIUS ac Paſtores Evangelici regerere adeo per Monachi contradictiones non eſſe labefactata argumenta contra Miſſae ſacrificium in Tractatu illo expoſita, ut potius poſt emiſſa adverſariorum tela hebetia ac imbellia, antiquo ſuo ſtent robore, nitoreque glorientur. Utcunque vero iudicium Miniſtrorum de Nazarii labore cuivis cordato, ac de rebus iudicium ferre poti ſe probaret; id quod nec ipſi ſacerdotes emunctioris paullo naris ignorabant; quia tamen de eo articulo tota Religio Rom. detrimentum patiebatur, igitur cauſae ipſius defenſionem ſacerdotes ſuſcipere conſtituerunt, ac MARTIUM Ttractatus contra Miſſam Auctorem ad Diſputationem Plurium provocarunt, locum inter Clavennates ac Praegallos medium, quemque utriusque Religionis confeſſores incolebat. Eum delegerant locum Diſputationi, eo quod Praetor qui Raetorum nomine in illo oppido tunc ſedebat IACOBUS ARPAGAUSIUS ſummo vico ſuperioris Foederis oriundus, totus ab ipſis pendebat, adeoque certi erant nihil inexſpectati durive ab illo in ſua capita

pita

pita decernendum fore. Id licet Martius ac reliqui Paſtores non ignoraret, oblatam tamen ſpartam ac locum noluit detrectare, ne cauſam haberent adverſarii triumphum canendi, ſine victoria: verum ad diem ſe adfuturum promiſit. Habiti fuere conventus menſe Ianuario atque Majo dicti anni 1597. a) Aderant IOANNES PETRUS PARAVICINUS Archipresbyter Clavennenſis, ſupra nominatus NAZARIUS, item ex Valletellina NICOLAUS RUSCA cum pluribus aliis. Ad partes Evangelicas tutandas confluxerant praeter IOANNEM MARTIUM Paſtorem Solienſem SCIPIO CALANDRINUS Sondrienſis et OCTAVIANUS MEYUS antea Tilienſis, nunc Clavennenſis Eccleſiae Miniſter doctus ac ſtrenuus, et ab adverſariis ipſis laudatus. b) Diſputatum fuit de Miſſae ſacrificio, defenſoribus ab utraque parte, ſua pro poſſe agentibus. Nuspiam reperio ſingularia quae in conventu illo acta fuerunt. Brocardus tamen BORRONUS ſpeculator Romanenſium in Raetia, in relatione de Miniſtris Raetiae quam ad CLEMENTEM VIII. Rom. Pontif. anno 1600. adeoque non ſupra triennio poſt haec acta perſcripſit, Diſputationis PLURII habitae facit mentionem, ſimulque MARTIUM ut hominem deſcribit, qui in illo conventu res Romanas male detriverit. Id vero indicium eſt ſacerdotes gloriam ex eo non reportaſſe, quam certe non tacuiſſent, ſi ullam adquiſiviſſent. Minimus autem inter collocutores Evangelicos erat MARTIUS, CALANDRINI vero ac MEYI valor in bellis illis Jehovae gerendis notior eſt, quam ut enarrare pluribus oporteat. Hac veluti velitatione peracta Miniſtri Evangelici cauſam totam ſenatui integro TRIUM FOEDERUM repraeſentarunt, rogaruntque ut debitis proviſionibus conſtitutis, concederent ſibi in Diſputatione inſtituta pergere. Raeticus ſenatus IOANNI PLANTA Commiſſario Clavennae atque IACOBO ARPAGESIO Plurii Praetori demandavit auctoritatem Diſputationem aperiendi, curandique ut omnia ordine, ac ad honorem Dei peragantur; ea tamen lege ut ab utraque parte ſui notarii habeantur, qui Acta ſub Praeſidum oculis perlegenda, conſignent, denique ut ante omnia ab utraque parte

a) Protoc. Raet. ad d. 18. Ian. 1597. *Von wegen der Diſputation zu Plurs will man dieſelbige laſſen ihren Fürgang haben, doch das ſie freundlich diſputiren ſollend und jede Parthey in ihren eignen Koſten, alſo das keintwedern Parth um die Koſten ſchuldig ſey zu vertröſten.*

b) Quadr. Vol. II. p. 117.

te de ſumtibus, in Diſp. faciendis, caveatur. Haec ex Senatu die XIV. Iunii Anno MDXCVI. An ſub dictis illis Praeſidibus partes cauſam diſceptaverint dicere non habeo. Videtur tamen ex relatione BORRONI, quam iam adtigimus, et capite ſequenti integram exhibebimus, veroſimile partes comparuiſſe ac cauſam agitaſſe, ſed (quod poſtulatio vadimonii pro ſumtibus ſuadet) non multum temporis ei tractationi impenſum fuiſſe: BORRONUS enim quae loquitur, ex certa ſcientia loquitur, per illud quippe tempus Commiſſarii Clavennae IOANNIS PLANTA, agebat ſcribam, adeoque actioni ipſi interfuiſſe creditur. Qui ipſum *Autolezei* Dominorum Decretum luſtrare cupiunt, hic habent.

WIR GEMEINER DREYEN PUNDTEN GESANDTE RATHSBOTTEN ZU CHUR AUS GEWALT UND BEVELCH unſerer Obern der Ehrſamen Gemeinden auf öffentlichen Beytag zu Tagen verſamlet, thun kund und bekennen hiemit dieſem unſern Abſcheid das wir in unſerm geſeſſnem Rath der Länge nach bericht worden von der Publication ſo von den Prieſtern profitirenden die Catholiſche Religion der Grafſchaft Cleven, an den Pfarrherren der Gemeind Bargells und der Grafſchaft Clefen gethan und geſchehen iſt, dardurch dan in verſchinem Majo zu Plurs etwas Anlas erfolget, doch die ganze Sach und Diſputation bis auf dieſen unſeren Beytag aufgeſchoben worden. So wir dan von gemeldten Pfarrherren Evangeliſcher Religion höchſtfleiſſig angelangt, das wir Jhnen gnadiglich die veranlaſte Diſputation zulaſſend, damit der ganze angefangene Handel zwiſchen beyden Partheyen mit der Diſputation erörteret, und entſchidiget werde, und wir in unſern Landen und Gebieten in allen Dingen, fürnemlichen aber in Religionsſachen Ruh, Fried und Einigkeit zu pflanzen und erhalten begehrend. Nachdem wir unſere Vorgegebene vielfaltige Abſcheide wohlerwogen und betrachtet habend, ſo ordinirend wir, und laſſen gnädiglich zu das beyde Partheyen mögeed zu Plurs in der Preſidenz des Edlen, Ehrenfeſten, unſerer lieben getreuen Amtsleuthen Herrn Hauptmann Iohann von Planta Comiſſarii zu Cleven, und Herrn Iacob Arpagaws Podeſtat zu Plurs die Diſputation thun; doch das beyde Parthen umb die Koſten genugſam vertröſtend, und dan ſich der Beſcheidenheit befleiſſend, auch alle Sach auf die Ehr Gottes, Erbauung der Kirchen Wohlſtand unſerer Landen, und unſer Un-

Unterthanen Heil richtend. Damit und aber die Sachen mit besserer Ordnung von statten gangend, so ordinirend wir das jedwedere Parth solle zu Anfang der Disputation einen Notarium publicum *erwehlen, welche beyde* Notarii *sollen mit dem* Notario Causae *an statt der Herrn Praesidenten, beyder Partheyen* Argumenta *samt denen* Actibus ordinariis *fleissig und ordentlich verzeichnen, und dan alle Sachen uns auf nächstkünftigen Pundtstag zu Handen stellen, damit wir alsdan mögend ein endliche* Ordination *hierumb thun. Erbietend hiemit vorgenandten unseren Amtsleuthen als Abgeordneten Praesidenten das sie aufs bäldest den Tag der Disputation namsend, und hierin sich dermassen erzeigend, damit dieser unserer* Ordination *statt geschehe, und die Ruh unserer Unterthanen geschaffet und gefürderet werde. Deme zu Urkund mit unserer lieben getreuen Pundtsgenossen der löblichen Stadt Chur* Secret-*Insigel in unser aller Nahmen verwahret, so geben den* 14. *Iunii im* 1596. *Iahr.*

Circa annum 1597. ad sedes supernas migravit SCIPIO LENTULUS Clavennensis Ecclesiae meritissimus Pastor, aetate grandaevus. Dignum nactus est successorem OCTAVIANUM MEYUM Ecclesiastem Tiliensem, virum litteris hebraicis, graecis ac latinis probe excultum et in quo nec adversarii quid culparent habuerunt. Conf. Brocardi consil. sub fin. cap. seq.



CAP.

CAP. VIII.

1596—1600.

Brocardus Borronus deserta Italia in Raetiam appellit, ac Ministrum agit: deinde fit Officii Clavennae Cancellarius. Jubetur ex vinculis causam dicere. Romam delatus Pontifici consilium offert qua ratione cathol. religio in eas terras reduci queat. Capucinorum Clavennae, et Plurii calumniae de Antistite Tigurino. Officii Inquisitionis Zelus contra Raetos Evangelicos.

In Raetiae Annalibus atro carbone notatum est BROCARDI BORRONI nomen. Is ditione Parmensi Italiae oriundus, dum Patavii litteris excolendis incumbebat in IOANNIS CALVINI Institutiones Theologicas inciderat ex quarum lectione animo victus Ecclesiam Romanam deserere constituerat, coetuique Evangelicorum se adiungere. Eam ob rem Anno fere 1592. in Raetorum terras accessit, a quibus humaniter exceptus, atque Ecclesiolae TRAHONENSI in Valle Tellina, quae tunc Ministro destituebatur, praefectus fuit. Sed sordebat BORRONO aeque Ministri conditio atque salarium sterile: erat enim animo promptus, ingeniosus, seculi amans, versutus, denique ad civilia ac politica tractanda magis aptus ac natus quam divina; ideoque per amicos quos nactus erat, inter quos ANDREAS RUINELLUS Artium ac Medic. Doctor primas tenebat, obtinuerat ut statio Cancellarii seu actuarii Officii Clavennae sub IOANNE PLANTA inibi Commissario Anno 1596. ipsi commissa fuerit, quam tamen nec diu nec cum laude gessit. Quum enim multa pro lubidine, sine bona fide cum aliorum detrimento egisset, tanta in collum suum accersivit odia, ut coram Praesidibus trium Foederum capitis accusatus fuerit. Ab istis Commissarii aliquot seu Judices denominati fuerunt, quibus mandatum in BORRONI vitam, actaque curatius inquirere, sique reus deprehenderetur, pro merito punire. Delegati Commissarii Martio mense Anni 1596. PLURIUM, ubi eorum jussu a Praeto-

Praetore loci JACOBO ARPAGESIO ſub cuſtodia detinebatur BORRONUS ſe contulerunt, querelas audituri. Nec pauca nec levia erant, quorum miſer reus agebatur. Incuſabatur enim, quod neutiquam ob religionis Evangelicae confeſſionem Patriam ſuam Imola, atque academiam Patavienſem deſeruerit, ſed quod ob ſodomiae crimen aufugerit temporius quam Magiſtratui in manus incideret. Praeterea dicebant quod idem, poſtquam aliquamdiu Eccleſiae Clavennenſis aliarumque beneficiis ſuſtentatus eſſet, ad Catholicos Trahonam remeaverit, at mutato nomine, quum Fra Scipionis, aut Julii nomine vocari volueri: quod vicario Inquiſitoris expoſuerit mentem ſuam de deſerendis haereticis, atque in gremium S. Romanae Eccleſiae redeundi, ſi delictorum ipſi venia a ſanctiſſ. Patre concederetur: et ne ob tantam gratiam ingratus foret, aliquot Evangelii Praedicantes in manus S. Officii conſignare promiſerit: quod proceſſus aliquot falſaverit: in negotio cuiusdam IO. AMBROSII LATUALIS falſam relationem Cancellarii nomine ſubſcriptam Mediolanum perſcripſerit, ex qua factum ut dictus Latualis graviſſima mulcta plexus fuerit; quod abs aliquo tempore obſervatus ſit dublonibus papalinis bene onuſtus eſſe, quas vero tanto numero exponere eſſet impoſſibile, niſi cum Papali officina interius ei intercederet commercium. Puncta ad religionem pertinentia BORRONUS negavit conſtantiſſime, neque potuit criminis convinci. Miſſus a Commiſſariis nuncius in Italiam reportavit, eius nomen, ac Patriam, (Berſetum ſcil. vicum 15. mill. ital. a Parma diſtantem) caeteraque eo plane ſe modo habere, in quem vinctus edixerat, ac tormentis toleratis firmaverat. Converſionem ſuam tribuebat lectioni Inſtitutionum CALVINI, quas dum in Acad. Patavina ſtudiis incubuit, legiſſe ſedulo perhibebat; ac tantum abeſſe ut ſodomiae ſuſpectus fuerit, ut vix poſſe concipi dicebat, qua tandem ratione ad tantum eruditionis faſtigium, in quo eſſet, pervenire potuiſſet, ſi ad libidines ac ſcelera ita projectus fuiſſet. Quum neque tortura rigidiſſima quidquam ex eo poſſet extorqueri, e cuſtodia dimiſſus, ac criminum abſolutus fuit, poſtquam nempe ANDREAS RUINELLA ſumtus in eius cauſa factos, ſummam CL. coronatorum conficientes, Judicibus exſolviſſet. His peractis vivebat BROCARDUS Clavennae privatus, ſic tamen ut vindictam meditaretur, vel animo moliri crederetur; quare ab oratoribus Foederum Junio menſe ad Comitia congregatis, juſſus fuit intra menſis ſpatium ditione

Raetica exire, exserta cum declaratione, ne unquam ipsi ad redeundum in Raetiam ullus salvus conductus ab ullo Officiali Raetico concedatur. Quum eius memoria iam exolevisset, ad HARTMANNUM de HARTMANNIS equitem Raetum multi nominis Anno 1601. m. Majo, Syndici (ut vocant) Officio in Valle Tellina, juxta cum deputatis aliis perfungentem, litterae Roma adferuntur a IO. GEORGIO PINI patria Trahonensi, Juris utriusque Doctore, Romae degente, scriptae, quibus significabatur BROCARDUM, qui antea Trahonae Pastorem Evangelii egit, Romae oberrare, atque hic, et ibi apud Primates de Raetia ac Raetis deterrima loqui, scriptum quoque composuisse, in quo Raetiae situs, regiminis forma, genius gentis secundum internos characteres accuratissime adumbratus sit: esse etiam qui aures ipsi patulas praebeant. Ea vero molimina quum ad perniciem Raetorum directa sint, operam Raetis, si quidem ita velint, ceu Dominis suis fidelem spondebat tum in expiscandis BROCARDI consiliis, tum in ipsum BORRONUM quando necesse crederetur. Gratissima fuit fidelitas probi subditi inter exteros degentis, eidemque ab HARTMANNO publico nomine grates relatae sunt cum remunerationis premio, simulque exemplar libelli Brocardini expetitum est. Pinus statim atque Exemplar unum nactus fuit, illud Raetis transmisit, cuius argumentum, summam in Raetos vindictae cupidinem, ac in gentem odium, simul vero Auctoris astum plane diabolicum spirat. Unde Raeti re tota cognita, caput BROCARDI licitati sunt, licet frustra; quum nemo repertus sit, qui ea via ditescere cupiverit, nemo qui eius caede amicitiam Raetorum ambiverit. Prolixior est liber quam ut integrum heic inseram, ne tamen Lector ignarus sit artium quas ille in caput Raetorum excogitaverat, summa saltem capita libabo, quae ex scripto illo totidem verbis excerpta en exhibeo.

„ Raetiae ambitus, cuius populos Grisones dicimus, est tractus qui „ continuis, et inaccessis montibus extenditur a meridie ex lacu Lario „ ad septentrionem usque ad lacum Podamicum usque in longitudinem „ leucarum XXV. et ab Oriente a Comitatu Tirolensi in Occidentem „ ad Uranios populos Helvetios, leucarum viginti. Figura est pene „ sphaerica, et undique asperrimis ac inviis alpibus cincta vallataque, „ ita ut aditus ad populos illos pateat tantum per quatuor angustissima „ loca

„ loca, et quasi ostia, per quae vix singuli equi ire possunt. Primus
„ est ex Italia per lacum Larium, et Clavennam, secundus ex eadem
„ Italia per Vallem Camonicam Brixiensis ditionis, indeque per Voltu-
„ renam ac Pesclavium. Tertius ex Comitatu Tyrolensi, et Austria
„ per Vallem Oeni, sive Agnedinam ad arcem Fünstermunzii: quar-
„ tus ex Helvetia, et Suevia Curiam per pontem Rheni ad Rucantios.
„ Ad horum 4. locorum ostia viginti milites satis essent ad occluden-
„ dum iter, ne quis in Rhaetiam vel ex Rhaetia proficisci possit, adeo
„ sunt natura munita, et circumvallata. „

„ Divisa est haec regio in tres Pagos, seu ligas, ut vocant, quae
„ cum Helvetiis aliam communionem non habent, nisi armorum. Res-
„ publica eorum populorum est popularis, quam regunt quibusdam
„ legibus municipalibus, satis ruditer, et breviter dictatis. Subditis
„ vero populis, nempe Clavennensibus, et Volturenis jura administrant
„ partim ex legibus imperialibus, partim ex quibusdam consuetudini-
„ bus corruptissimis ad tyrannidem simillimis, quibus sibi arrogant jus
„ et facultatem tam in Ecclesiasticos quam seculares, cum potestate, ut
„ ipsi vocant, meri et mixti imperii. „

„ In creandis Magistratibus nulla habetur ratio doctrinae, probita-
„ tis, aut generis, sed quilibet rusticus, idiota passim admittitur, mo-
„ do larga compotatione, sibi plebis penes quam est electio animos,
„ et suffragia comparet, et conciliet; nam plurium suffragio inter eos
„ cuncta geruntur, et aliquando accidit, ut in petitione alicuius Magi-
„ stratus inter subditos potissimum exercendi consumserint sex millia,
„ atque unius tantum rustici suffragium ad mille coronatos fuerit co-
„ emtum. Et hoc est commune cunctis tribus Foederibus. „

„ Foedus Gryseum complectitur XXX. Communitates, quarum
„ singulae habent tres aut quatuor paroecias seu vicos. Quaevis Com-
„ munitas eligit libere suum Magistratum, qui vulgo componitur ex
„ Viris XII. Jurati isti non modo de civilibus verum etiam de crimi-
„ nalibus causis absolute decernunt, absque ulla appellatione: et dum
„ causa agitur, cuiuscunque sit generis, omnes una congregati in hy-
„ pocausto egregie comedunt, et bibunt litigantium sumtibus, nec

 „ un-

„ unquam prosecutionem intermittunt, nisi absoluta causa, unde fit ut „ saepissime in sumtibus ac cibariis absumant omnia litigantium aut „ reorum bona. „

„ In Comitiis Rhaetorum agitur de controversiis Religionis causa „ inter subditos tollendis, nec permittuntur publicae Disputationes, aut „ mutuae inter catholicos, et Calvinistas invectivae nisi de communi „ Comitiorum consensu sit ad occasionem permissum, nec catholicis „ in Calvinistas, nec Calvinistis in catholicos aliquod jus sive in tem„ plis, aut in bonis Ecclesiasticis acquiritur aut conceditur, nisi per „ Comitia sit discussum: nec minus liberum est haereticis novam Ec„ clesiam erigere, in aliquo pago, nisi decreto trium Foedd. nec ma„ jor numerus praevalet minori, nec mutuo se Religionis causa coge„ re vel expellere possunt. „

„ Secus autem, accidit inter liberos Rhaetos, qui suo arbitratu „ possunt mutare Religionem, erigere templa, cogere minorem nu„ merum ad parendum majori, in rebus ad Rel. pertinentibus, absque „ aliquo decreto aut consensu Comitiorum. „

„ Causas Ecclesiasticas audiunt Magistratus seculares, ita ut nec sa„ cerdotibus catholicis, nec Ministris haereticis sit permissa cognitio „ rerum Ecclesiasticarum, et hoc tam inter subditos quam inter liberos — „ Matrimonia dirimuntur vel ob adulterium, vel ob diversitatem religi„ onis, quandoque etiam ob mulieris ebrietatem. — Permittuntur pas„ sim matrimonia in 2. et 3. gradu, et graviter animadvertunt in eos „ qui dispensationem requirunt a summo Pontifice, aut ab Episcopis, et „ in foro conscientiae. „

„ In numero quinquaginta millium incolarum, qui censentur in „ Griseo Foedere, vix erunt tria millia haereticorum; et in delectu X. „ millium armatorum qui describuntur, ex dicto numero quingenti „ solum erunt haeretici. Catholicorum paroeciae in eo Foedere ad „ minimum sunt octuaginta, quarum sacerdotes indigerent aliqua disci„ plina, et visitatione, cum negligentia Episcopi Curiensis paullatim de„ bitus cultus sit intermissus. „

„ Habe-

„ Habebat antiquitus inter illos amplissimam Jurisdictionem Abbas „ Disertinensis una cum Barone a Rhezuns, sed his nostris temporibus penitus languet eorum Auctoritas. Nam Abbas in populos omnem fere amisit Jurisdictionem tam secularem quam Ecclesiasticam, „ et quod peius est, confirmationem, et benedictionem quam antea petebat a summo Pontifice; a quo immediate pendebat, nunc cogitur „ accipere ab Episcopo Curiensi, erga quem prae se fert aliquam speciem subiectionis, quandoquidem illi in benedictione offert armentum „ e grege pinguius, una cum quibusdam aliis primitiis. Posset sane „ haec Abbatia, quae est ad aliquot millia reditus, reduci ad immediatam obedientiam sedis Apostolicae, ut nuper factum est de Abbatia „ S. Mariae in Berg in Valle Venusta, Comitatus Tirolis, quae et ipsa „ ab Episcopo Curiensi, praedicto modo fuerat usurpata. Nec difficilis esset restitutio in integrum, si Abbas ad hoc impetrandum instigaretur: Nam et populi illi qui omnes Catholici sunt, Abbatis partes „ tuerentur, nec Episcopus suapte natura neglientissimus vehementer „ oppugnaret. „

„ Si confirmatio spectaret ad Romanam sedem, Abbates aliquanto „ aptiores deligerentur, sacerdotes in Officio continerentur, et disciplina Ecclesiastica aliqua ex parte restitueretur. „

„ In ea Abbatia alias institutum fuit seminarium Alexandrinum, „ quod in dies magis ac magis diminuitur. Videndum esset sub cuius „ potissimum cura sit commissum, et causa est, ne tam eius seminarii, quam „ eius Abbatiae bona dilapidentur, ut antea factum est. „

„ Valles Misauciae, et Calanchae in spiritualibus spectant ad Archiep. Mediolan. et in illis adhuc retinetur purus cultus, et aliqua „ disciplina. Per dictas Valles tanquam per quaedam ostia posset sterni „ iter ad majores progressus in Rhaetia, et potissimum in eo foedere „ paucis in locis haeretica peste infecto. Nam in universo illo foedere sunt tantum septem Parochiae hereticae, quarum praecipuae sunt „ Splugae, Tosanae, Ilantii, et Tamintii, et ita inter se distantes, ac „ quasi per montes illos disperditae, ut facile sit aut juvare aut opprimere. „

„ Hoc habet commodi catholica religio in dicta liga, quod raro „ ex haereticis eliguntur ad Magiſtratus. Nam ob paucitatem locorum „ haereticorum ſemper in ſuffragiis habent minorem numerum, et ſunt „ inferiores, et potiſſimum cum habentur Comitia in dicto foedere, quo „ tempore optimum eſſet tentare, et promovere cauſam religionis, ut „ alibi dicam. „

„ Multi ſunt praeclari, et excellentes viri in ea liga quorum no- „ mina juſtis de cauſis ſilentio praetereo, qui cum Zelantiſſimi ſint „ catholicae Religionis, ſi unquam viderint rem ſerio ſuſtentari, ut op- „ tant, omnibus viribus negotium adiuvabunt. „

„ Secundus Pagus ſeu liga dicitur la Cadè ſeu Domus Dei, quam „ exiſtimant appellatam fuiſſe ab Epiſcopatu Curienſe, cuius erat pa- „ trimonium, et ante octoginta annos univerſa parebat Epiſcopo tam „ in ſpiritualibus, quam in temporalibus, cuius dominii et nunc re- „ tinet titulum. Nam et Princeps dicitur, et multa habet oppida, in „ quibus arbitrio Epiſcopali eliguntur Ammani, et edicta ſub eius no- „ mine emittuntur propter Comitia quae Curiae aguntur, ſed ut ve- „ rum fatear, nihil praebet Epiſcopus in his rebus praeter umbram, et „ inane nomen, nam reliqua ſibi uſurparunt Rhaeti. „

„ Oppida illa una cum Paroeciis quae ſunt in Vallibus Supraſa- „ xum, Tomeliaſchae, Agnedinae, et St. Mariae, agnoſcunt quidem „ Epiſcopum, et adhuc ei in quibusdam obediunt; nihilominus Epis- „ coporum deſidia non eſt integrum Epiſcopis jus in ſubditos ſicut an- „ tea, et hoc ob finitimorum haereticorum inſtigationes in Epiſco- „ pum, qui continuo populos illos ſollicitant ad excutiendum jugum „ Epiſcopalis dominii. Utcunque tamen haereticis invitis praeficiuntur „ arcibus ut Ramuſcii in Agnedina, Marmoreriae ſupra Saxum, Fürſte- „ novii in Tomiliaſca, et Fürſtenbergii in Valle S. Mariae, viri ab „ Epiſcopo delecti, qui non ſolum cuſtodiunt arces praetactas, verum „ etiam praeſunt judiciis in quibusdam pagis, quae res quam maxime „ rem catholicam adiuvaret, ſi Epiſcopus is eſſet, quem deceret, et „ eos praeficeret, qui catholicorum partes ſequerentur. At hactenus „ Epiſcopi praeteriti nullo cum diſcrimine praepoſuerunt tam arcibus

„ quam

„ quam propriae domui, haereticos homines, quorum arbitrio deinde
„ cuncta gerebantur. „

„ Praedictum Foedus continet communitates vigintiquinque, qua-
„ rum singulae annuatim more praedicto sibi Ammanum deligunt, qui
„ una cum Assessoribus quibusdam, ut dictum, jus dicunt, ac Comitiis
„ assistunt. Ex his XVI. sunt haeretici, et IX. catholici.

„ Sicut in Foedere Gryseo caput est unum, quem dicunt Land-
„ richter, ita in hac liga Princeps est Burgi Magister Curiensis civita-
„ tis; cuius munus idem est in liga Domus Dei quod Landrichteri in
„ Gryseo.

„ Curia civitas est metropolitana totius Rhaetiae, quae universa
„ haeretica est, at tamen in Episcopio, et cathedrali, quae juncta sunt
„ civitati, catholicam retinent religionem, cuius liberum exercitium
„ prohibitum est incolis, et habitatoribus civitatis. Advenis vero, et
„ peregrinis permittitur adire templum, et sacra audire, et facere.

„ Posset Episcopus cum canonicis exemplo et doctrina alacriter
„ Religionem promovere tam in Civitate, quam extra, tum ob vicini-
„ tatem, et aditum sibi omnibus horis apertum, tum ob concursum
„ totius fere Raetiae ad illam civitatem, in qua singulis annis ter ha-
„ bentur nundinae et Comitia. „

„ Solent etiam eo singulis annis ex universa Raetia convenire Mi-
„ nistri haeretici, ad eorum conventicula celebranda, cum quibus si
„ Episcopus opportune ageret, nulli dubium est quin multos Christo lu-
„ crifaceret. Quod si Episcopus hoc facere negligit, saltem per ope-
„ rarios, viros cordatos, eo in hunc finem transmissos, posset hoc opus
„ aggredi. Habentur autem conventus illi circa octavam Corporis Chri-
„ sti, quo tempore alpes commodius transscendi possunt. „

„ Pagi circumadiacentes civitati omnes catholici sunt, cum univer-
„ so illo tractu, qui est ad ripas Rheni Splugam usque, a qua parte
„ etiam attingit foedus Gryseum, maiori ex parte catholicum. Qua-
„ re

„ re dubitandum non est, quin operarii non sint habituri liberam facul-
„ tatem commorandi, et operandi, modo Episcopus eos commendatos
„ habeat. „

„ Nec desunt in hoc Foedere viri clarissimi, et religionis catholi-
„ cae Zelantissimi qui occasione oblata egregie partes nostras tuerentur,
„ quorum nomina cum sexcentis aliis ex Foedere Griseo sunt in Indi-
„ ce, quem penes me retinebo, usque ad opportunum tempus. „

„ In hoc Foedere habent Austriaci arcem munitissimam cum ali-
„ qua Iurisdictione in valle Agnedinae, quae universa est haeretica,
„ et in eo loco sita est praedicta arx (Taraspum) ut facile eius prae-
„ sidio coerceri possit Agnedinensium Calvinianorum impetus. Prae-
„ ficitur ei semper vir catholicus, qui tam in arce quam in pago subie-
„ cto retinet cultum Ecclesiae Romanae, et eius opera posset Religio
„ iuvari. „

„ Duo adhuc restant Monasteria in eo foedere, unum Virginum,
„ alterum Monachorum. Sed utrumque caret disciplina Ecclesiastica.
„ Utrumque tamen retinet quandam speciem Religionis, et possent ope-
„ ra Episcopi reformari. Ea existimo conservata fuisse hactenus ob
„ reditus, quos habent extra Rhaetiam, sicut et de Episcopatu factum
„ est, qui procul dubio sublatus esset, nisi habita fuisset ratio bonorum
„ illius. „

„ Quare si computentur Monachi, Canonici, et Parochi, numerus
„ sacerdotum catholicorum non erit inferior Ministris haereticis. In
„ hoc tantum sunt haeretici superiores in hoc Foedere, quod omnes
„ fere habent potentiores et ditiores addictos suae sectae, et e conver-
„ so cotholicorum partes in hac liga sequuntur tantum quidam nullius
„ auctoritatis in populo duobus exceptis. „

„ Censentur in hac liga ad minimum XXX. M. incolarum; quo-
„ rum VII. M. possunt describi ad militiam. In eo numero armato-
„ rum vix numerabuntur MD. catholici. Quare libere fatendum est,
„ in hoc Foedere haereticos tenere primas, nihilo minus non est de-
„ spe-

„ ſperandum, quin aliquando non poſſit reduci ad obedientiam, modo
„ Epiſcopus et operarii ſtrenue partes ſuas agant. Sunt enim aliquot
„ ex Principibus haereticorum, qui cognita haereſum impuritate, ſi ur-
„ gerentur, reſipiſcerent. „

„ Novi Ego aliquot Viros primarios, qui cum una eſſemus in Gal-
„ lia et Italia, non abhorrebant a ſacris catholicorum, quin commenda-
„ bant quam maxime rationem catholici cultus, deteſtantes ſuorum Mi-
„ niſtrorum faeditatem. Eorum animi eſſent per inſinuationem tentan-
„ di, et potiſſimum cum Mediolanum et Venetias ſe conferunt, quod
„ fit ſaepiſſime. „

„ Duae ſunt potentiſſimae familiae in hac liga Saliceorum et Plan-
„ tanorum, quae ab aliquot annis inter ſe diſſident. Si fieri poſſet,
„ ut ex his altera adiungeretur catholicis, ſpes eſſet maxima alicuius re-
„ formationis, nam utramque populus proſequitur maximo favore. „

„ Huius foederis homines ſunt ingenio acri et vivido, et ob hoc
„ longe praeſtantiores Gryſeis. Audaciſſimi ſunt et ſuperbiſſimi, potiſſi-
„ mum in proprio ſolo: ſed cum extra Patriam degunt amittunt ſpiri-
„ tus illos, et viliſſime ac demiſſe ſerviunt. Inter hos Agnedinenſes
„ primum locum tenent in rebus militaribus potiſſimum ob ea, quae ma-
„ iori cum felicitate quam prudentia geſſerunt contra Auſtriacos in Ty-
„ rolenſi agro. „

„ Tertium Foedus appellatur X. Iuriſdictionum, aut Partenzii,
„ quae eſt XII. Communitatum tantum, et extenditur ad pauca millia-
„ ria. Univerſa eſt aſpera, montuoſa et horrida, nec ibi creſcunt ſe-
„ getes, et eo minus fructus alicuius generis, praeterquam in ea Valle
„ Partentii, quae reſpicit ad Rhenum. Vivunt ex lacte, caſeo et car-
„ nibus, quarum rerum eſt apud illos tanta copia, ut ex eorum com-
„ mutatione cum finitimis populis abundent omnibus fere ad victum
„ ac veſtitum neceſſariis. „

„ Antea parebant Auſtriacis, a quibus cum aliis defecerunt ante an-
„ nos octoginta. Habent nihilominus dicti Principes in Valle Parten-

„ zii criminalem Iurisdictionem, quamvis conſervata ſit praeſidio cu-
„ iusdam arcis, quam ſemper Auſtriaci tenuerunt in eo Foedere. Arx
„ appellatur Caſtels, eique praeficitur ab Auſtriacis vir catholicus ex eo-
„ dem Foedere, qui arcem cum aliquot militibus cuſtodit, et Magi-
„ ſtratui Criminali in ea Valle praeeſt cum titulo Landſocht. Sed ut
„ verum fatear, nulli uſui eſt locus ille Auſtriacis, quin potius maximo
„ damno ob ſumtus annuos in Iudiciis et exſequtione criminalium ſen-
„ tentiarum fiendos. Qui nunc praeeſt, appellatur Georgius Belinus a
„ Belfort, vir pius et catholicorum ſtrenuus defenſor. Sed quid ille
„ ſolus in ea provincia penitus haeretica? Si Auſtriaci vellent iuribus
„ ſuis uti, ſpes eſſet alicuius reductionis. In aliquot pagis Landſocht
„ Auſtriacorum habet ius eligendi unum ex tribus a populo ſibi propo-
„ ſitis in Ammanum ſive Iudicem. „

„ Incolae in ea liga cenſentur ad minimum XV. M. ex quo nu-
„ mero ſcribi poterunt ad bellum millia quatuor tantum expedita.

„ Pauci admodum ſunt catholici, ita ut ex duodecim oratoribus
„ nulli ſint qui Religionem S. Rom. Eccleſiae ſequantur, et quamvis ſint
„ inter illos tres aut quatuor Paroeciae Catholicorum, nihilo minus ob
„ locorum vilitatem, et hominum paucitatem nullum conſtituere pos-
„ ſunt pagum in quo eorum nomine deputetur orator.

„ Monaſterium habent ordinis D. Benedicti Ciſtercienſis ſatis am-
„ plum, quod appellant Cloſter Churvald, in quo aliquot Monachi
„ ſaginantur, quorum vitam pudet referre, et tantum abeſt ut eorum
„ opera poſſit aliquid reſtitui, ut potius eorum pravis moribus indies
„ catholicus cultus relaxetur etiam in illis quatuor paroeciis. Aliqua
„ eſt habenda cura, ne ſaltem ſint damno, ſi uſui eſſe nolunt.

„ Auſtriacorum opera, et aliquot virorum bonorum ſtudio pro-
„ curari poſſet eius Foederis reſtitutio in integrum. Sunt enim inter
„ illos 4. homines maximae auctoritatis, qui ſi allici poſſent ad Catho-
„ licorum partes, ſperarem univerſum populum converſum iri ad illo-
„ rum quatuor vota.

„ Iſta

„ Iſta tria Foedera Rhaetica habent quam plurimas valles et loca,
„ quae aut iure belli aut alio titulo uſurpata, eis ita ſunt ſubiecta ut
„ aequam habeant omnes tres Ligae in populos illos iurisdictionem ac
„ poteſtatem, adeo quod eos regunt ut per vices ſingulo biennio prae-
„ ficiant ex Rhaetis liberis aliquot Praetores, Praefectos, et Commiſſa-
„ rios, qui ſubditis jus dicant, et hoc eo ordine geritur, ut ſingulae
„ ligae ſingulis ſex annis ſemel biennali potiantur imperio et admini-
„ ſtratione praedictorum locorum. Ea loca ſunt Dominium Majefel-
„ denſe, Comitatus Clavennae, Burmii, et Vallis Tellina. „

„ In Ditione Clavennae ſunt praecipue notanda Clavenna et Plu-
„ rium loca Praetoria, in quorum utroque reſident Iudices ex Raetis
„ qui omne genus tyrannidis exercent in miſeros illos. „

„ Circa lacum Larium ſunt quatuor Paroeciae catholicae, nempe
„ Novatum, Campium, Samolegum et Gardona, in quibus nulli ſunt
„ haeretici. Tantum praevaluit vicinorum catholicorum Exemplum. „

„ Vallis S. Iacobi univerſa eſt catholica, et in ea ſunt 4. paroeciae:
„ illac patet aditus ad Raetos Curiam usque, ſemper per loca catholi-
„ corum. „

„ Continet Comitatus Clavennenſis pagos ſive paroecias XV. in qui-
„ bus omnibus ſunt ſacerdotes catholici: quamvis in aliquibus ſint et Mi-
„ niſtri haeretici ut Clavennae, Plurii, Pontili et Meſii, ita ut ad mini-
„ mum ſacerdotes catholici erunt XX. cum Miniſtri haeretici ſint tan-
„ tum quatuor, et omnes ex Italia Apoſtatae. „

„ Eſt praeterea prope Clavennam ad lapidem coenobium S. Bene-
„ dicti, quod vocant Prada in eminenti et commodo loco ſitum, in
„ quo ſi alerentur viri pii et docti pro ratione redituum qui ſunt ad ali-
„ quot millia, poſſet inde aliquid ſperari commodi. „

„ Deſcribuntur in ea ditione ad minimum V. M. incolarum, ex
„ quibus vix DCCC. ſunt haeretici, horum ſi delectus habeatur, vix
„ cenſebuntur mille qui arma ferre poſſint. Tunc cum eram eius re-

„ gionis cancellarius diligenti defcriptione facta, comperi maxime afcen-
„ dere ad illum numerum: et in eo centum haeretici ad arma idonei
„ vix numerabuntur. „

„ Non erit difficile hanc regionem purgare ab haerefi, modo ad-
„ hibeatur animus. Nec defunt viri cordati, mihi fatis noti, qui op-
„ tant fibi offerri occafionem. „

„ Volturena eft Vallis ampliffima, quae in longitudinem extendi-
„ tur ad milliaria LXXX italica, pertingitque usque ad lacum Larium
„ et dividitur a ditione Comenfi exiguo aggere, termini, ni fallar, loco
„ erecto: a meridie habet montes Bergomenfium et Brixienfium, per
„ quorum iuga ex Italia in Volturenam, et ex Volturena in Italiam
„ fex horarum fpatio iri poteft. „

„ Itinera magis commoda duo funt, primum per Vallem Camoni-
„ cam, quae prope Tiranum exit, alterum per Vallem Tronzii, quae
„ Morbennium ducit. Sed horum poftremum difficilius. A fepten-
„ trione habet montes Raetiae, per quorum iuga unicum eft iter afpe-
„ rum et fere inacceffum per alpes Berninae et Pufclavii: alterum eft
„ per lacum Larium, ita ut Rhaeti in volturenam defcendere non pof-
„ fint, nifi per illa duo loca anguftiffima, quae facile occludi et impe-
„ diri poffunt.

„ Sunt in ea Valle quam plurima oppida infignia, cum aliquot
„ Vallibus adiacentibus, omnia ad ripas Abduae fluvii. Loca Praeto-
„ ria funt Burmium, Tiranum, Tilium, Sondrium, Morbenium et Tra-
„ hona, et in his omnibus Burmio excepto funt Miniftri haeretici, fed
„ et in iisdem funt etiam Catholici facerdotes, et maiori in nu-
„ mero. „

„ Haec Vallis una cum Comitatu Clavennenfi fpectabat ad Medio-
„ lanenfes, et hactenus Comenfi Epifcopo in Spiritualibus eft fubiecta,
„ quamvis ob tyrannidem, quam omnes Rhaeti exercent, fit Epifcopalis
„ auctoritas ita valde imminuta, ut ei non fit liberum etiam fpiritualem
„ Iurisdictionem exercere, nifi facultate habita a Raetis. „

„ Mo-

„ Monachi ordinis S. Dominici habent Morbenii Monasterium amplum, et ad multa accomodatum, nec ita procul a Lario, quin facile duabus horis potest eo usque iter haberi. Possent ibi collocari aliquot operarii, qui singulis diebus, per singulas paroecias decurrerent.

„ Ad ostia Abduae non procul a lacu visuntur vestigia antiquae Turris, et ibi prope est collis quasi arte factus in quo Ioannes Iac. Mediceus castra locaverat, et ex eo loco Rhaetos arcebat ab ingressu in Volturenam. Locus ille ad multa esset commodus, tum ob angustias itinerum, ab ea parte, tum ob vicinitatem lacus, per quem commeatus suppeditari possunt. Eius loci praesidio dictus Mediceus cum mille electis militibus imperavit Volturenis et Clavennensibus, nec unquam e loco fuisset amotus, nisi ex pacto cum Mediolanensium Ducibus restituisset. „

„ Sunt praeterea in hac Valle minimum LXV. paroeciae, quarum singulae habent proprium sacerdotem sive Parochum, quamvis in aliquibus, ut dixi, sint etiam Ministri haeretici. Indigent sacerdotes illi diligenti visitatione, nam inter illos multi sunt contumaces et ex Italia profugi, qui absque dimissoriis exercent munia Ecclesiastica. „

„ Hoc habent commodi catholici in ea Valle et Comitatu Clavennae, quod nullus est locus, qui totus sit haereticorum, cum multi pagi sint in quibus ne unus quidem haereticus inveniatur; quare sacerdotes catholici ibi erunt minimum octuaginta, cum haeretici Ministri sint tantum duodecim et omnes ex Italia Apostatae, qui si litteris urgerentur, aut aliqua alia ratione allicerentur, sperarem brevi expurgatum iri vallem illam ab haeresi Calviniana. „

„ Incolarum numerus censetur ad XXV. M. quorum vix decima est haereticorum. Scribuntur in ea Valle ex praedicto numero armatorum selectorum IV. M. inter quos erunt tantum DCCC. haeretici, qui arma ferre possent. „

„ Verum hoc citra controversiam libere fatendum, quod a partibus haereticorum sunt fere omnes viri primarii ac ditiores, et hoc non tam in Volturena, quam in universa Rhaetia. „

„ Rhaeti has provincias ſibi ſubditas regunt partim legibus Impe-
„ rialibus, partim quibusdam legibus municipalibus ſive potius conſue-
„ tudinibus antiquitus a Dominis Mediolanenſibus acceptis, quas nihilo
„ ſecius Rhaeti ad privatum commodum ita interpretantur, ut in omni-
„ bus cauſis tam civilibus quam criminalibus ſit neceſſarium tranſigere
„ cum Iudicibus illis de quota parte, et adeo in omnes corrupte ſe
„ gerunt, ut aeque formidabiles ſint bonis ac malis. „

„ Hinc fit ut iam utriusque religionis hominibus odio et taedio ſit
„ iugum Imperii ſive potius tyrannidis Rhaeticae, quam nacta occaſio-
„ ne libenter excuterent: ſi hactenus diſtulerunt, in cauſa ſunt bello-
„ rum motus, quibus occupantur eorum Principum vires a quibus au-
„ xilium ſperare poſſent. „

„ Nec difficile erit ea ratione, cum aliter nequeat, miſeros illos
„ populos ab ea ſervitute redimere. Nam ita cincti ſunt ab omnibus
„ partibus a catholicis, ut nullus ex confoederatis haereticis poſſit in
„ Rhaetiam ingredi ad opem ferendam, niſi per loca anguſtiſſima ca-
„ tholicorum iter habeat, quae a paucis militibus nullo cum negotio
„ cuſtodiri poſſunt. Ex adverſo autem Catholicis tam Italicis quam
„ Germanicis adeo patet aditus in Rhaetiam ut non poſſint ullo tem-
„ pore eis occludi itinera, quo minus catholicos illos non adiuvent,
„ quacumque re placuerit. „

„ Aſperitate alpium, anguſtia locorum, et naturali quadam auda-
„ cia freti nullam Rhaeti illi agnoſcunt aut metuunt potentiam, quamvis
„ re vera miſerrimi ſint, ac nonnunquam externis Principibus turpiter
„ operam locaverint. „

„ Cum Galliae Regibus iam habuerunt foedus, quod cum cente-
„ ſimo deſiit: illud Rex Henricus IV. per Oratores ſuos renovare con-
„ tendit. Haud fiet niſi praeſtita ſumma quam illis debet pro elapſis
„ ſtipendiis. Cum Imperatoribus habebant quaedam articula, quae
„ iam abolita ſunt, nec ulla ſpes eſt reſarciendi. Veneti anno elapſo
„ fruſtra tentarunt per Oratores de Foedere cum ipſis ineundo. Hi-
„ ſpaniarum Rex iam multos annos quaerit confoederationem inter eos

„ et

„ et Mediolanensem Ducatum tantum. Sed ab eius amicitia hactenus visi sunt abhorrere. Ita sunt eorum popularium animi affecti. „

„ Quare hoc tempore omnium fere Principum confoederatione sunt exemti excepta illa Societate, quae illis perpetua est cum XIII. pagis Helvetiorum, cum quibus etiam hoc tempore in multis dissentiunt, et potissimum ob initam nuper amicitiam cum Valesianis, quam Helvetii catholici haud probarunt. Iustas etiam habent Galli, Hispani, Germani et Veneti occasiones, quibus dictis Rhaetis succenseant, non tam ob spretam amicitiam, quam ob alia magis arcana.

„ Nullos habent oratores apud Principes ullos: sed quavis levi occasione nullo cum decore et Majestate mittunt Nuntios, quibus solum cordi est torque aureum ex legatione reportare. „

„ Nullum habent in universa Rhaetia armamentum publicum, sed tantum in domibus privatis quidam exiguus numerus armorum ad hastatos leviter armandum est distributus, quo vix duo millia muniri possunt. „

„ Eius gentes cum nullum habeant militare exercitium, rudes sunt nec expeditae nec institutae; carent penitus bellicis tormentis, machinis, et commeatu, et quod miserius est, in publico aerario ne obolum quidem habent, quo sibi arma et necessaria comparare possint; sed quae aut a Principibus emungunt, aut a subditis extorquent, statim per vicos primum, post per capita distribuunt larga compotatione praemissa, ita ut ante sint consumta quam divisa. „

„ Demto caseo, lacte, carne et tantillo vini non habent unde se alant, nisi ex propinquis regionibus, utpote ex Mediolanensi, Tirolensi, et Suevia asportentur, quae omnia sunt catholicorum loca, unde fit ut nec bellum inferre nec propulsare, nec minus ad octo dies in unum consistere possint, nisi praedictorum auxiliis et viribus tueantur. „

„ In

„ In eorum pagis et civitatibus paucae ſunt domus, quae ex ligno
„ non ſint contextae, tectae, et completae, ita ut a levi incurſione
„ quavis univerſa Rhaetia poſſet incendi, et adeo demoliri. „

„ Valles illae ita ſunt ad invicem diſſitae inacceſſis alpibus, ut una
„ alteri opem ferre non poſſit, niſi maximo temporis ſpatio et gravi
„ cum incommodo, quo fit ut antea poſſint depopulari et vaſtari, quam
„ ad finitimos rumor perferatur. „

„ Tandem in eo miſero et deplorato ſtatu ſunt res Rhaeticae, ut ſi
„ quis eorum vires, mores, et inſtituta noverit, non poſſit ſatis mirari,
„ quomodo Principes finitimi pati poſſint eorum ruſticorum Tyranni-
„ dem ac ſuperbiam, quam ſibi arrogant, et uſurpant tot maximorum
„ Principum ditiones ac bona, et quod magis eſt, etiam amicitiam et
„ confoederationem reſpuunt, contemnunt et vilipendunt, ac ſi eorum
„ tellus omnia ferret. „

„ Appoſite de illis dici poteſt, quod orator quidam Gallus illac iter
„ faciens, ac populorum eorum mores, inſtituta, loca, et vires con-
„ templans, alta, ut aiunt, voce exclamavit: o valles miſeriae et montes
„ ſuperbiae! Beati qui non viderunt, et crediderunt. „

Poſtquam Politicorum quorundam deſcripſiſſet genium pergit ad Miniſtros de quibus ſequentia exhibemus particularia.

„ NICOLAUS MEDIOLANENSIS. Hic erat olim ordinis S. Franciſci
„ de obſervantia, ante triennium abiecta cuculla Clavennam ſe contulit,
„ ubi haereticam praedicat religionem, et iuventutem catechismo im-
„ buit. Uxorem duxit pauperculam, cuius mores ipſi vehementer
„ diſplicent: aliquot ex illa genuit filios, quorum ſuſtentatio et educa-
„ tio multo ipſi ſtat ſudore. Neque eſt adeo de haeretica illa Eccleſia
„ contentus, eo quod communi conſenſu ei in Miniſterio praelatus eſt
„ OCTAVIANUS MEYUS luccenſis, in quem invidia exardeſcit. Natus eſt
„ annos circiter quadraginta, et eſt vir litteris haud leviter tinctus.
„ Dum ibi locorum verſabar, multa mecum de Auditorum ſuorum in-

„ grati-

„ gratitudine conqueſtus eſt, ſaepiusque aiebat ſe vitae pertaeſum eſſe.
„ Iſtum ſi promiſſionibus alliceretur ſperarem haud aegre ad catholicos
„ reverſurum. „

„ OCTAVIANUS MEYUS Miniſter Clavennenſis, dante ſe, aut quaeſita occaſione poſſet ſcripto invitari ut ad nos redeat. Quamvis enim in haereſi natus ſit et educatus, ut vix ſit ſpes quod convertatur; quia tamen adhuc eſt iuvenis, coelebs, genere natus praeclaro, hebraicis, graecis, latinis litteris, atque bonis artibus egregie excultus, etiam perfacundus, forte promiſſionibus eum ad altos honoris in Eccleſia Rom. gradus promovendi poſſet reduci. Hac via ſi nil efficitur, ſub aliquo praetextu qualis eſſet ille, quod piſcatione delectatur, ad locum usque Comenſem deberet pellici, ubi commode posſet excipi atque Comum transportari. „

„ MICHAEL ACRUTIENSIS. Iſte cum antea Plebanum in Raetia egiſſet, ante annos circiter X. Diaboli inſtinctu catholicam religionem deſeruit, eſtque iam Calviniſtarum Plurii Miniſter. Annos eſt circiter LX. natus, ſat quidem doctus ſed admodum pauper. Eſt ei exigua Eccleſia, nec multum habet proventus. Multorum quoque ludibriis traducitur ex ea cauſa quod ſenex iuvenculam duxit uxorem. Hunc promiſſis amplis pellectum ſperarem ad nos rediturum fore. „

„ THOMAS CASSELLA Genuenſis olim per multos annos Carmelita, nunc Miniſter Ponteillenſis ſupra Plurium, tribus ad Bregalliam milliaribus. Sterilis iſti contentioſa et ingrata obtigit uxor. Ipſe caeterum vir perdoctus eſt, ſed audax, ambitioſus, ac philautus ſupra modum, annos agit circ. XLV. eſt ſine liberis, admodum dives, ſed in ſylveſtri ac montano habitat loco. Non putarem eum amorem Italiae prorſus depoſuiſſe. At Monaſterii legibus non ſe patietur amplius obligari. Ego autumarem quod iſte ſpe libertatis et aliis promiſſionibus adduceretur ut ad nos revertatur. „

„ IOANNES MARTIUS Senenſis. Etiam Eccleſiae Rom. Apoſtata, iam a XXX. annis haereticus Miniſter eſt nunc concionator SOLII

„ in Bregallia, aetatis circ. LX. uxorem habet venetam quam Mona-
„ ſterio clam dilapſus, ſecum ex Italia abduxit, ex qua duas eximiae
„ formae genuit filias iam nubiles. Typis hic etiam quaedam adver-
„ ſum Rom. Eccl. edidit. In Diſputatione PLURII de Miſſae ſacrifi-
„ cio, hic exſtitit haereticorum Primipilus. Omnis de eo ſpes con-
„ cidit; quare omni cura incumbendum exiſtimarem ut ſeu aſtu ſeu vi
„ e medio tollatur. „

„ Annus fere agitur quod ex Ducatu ſpoletano ad Raetos appulit
„ FERDINANDUS de UMBRIA et ibi Praedicans factus eſt: vix menſem
„ inter illos egit, quando iuvenculam de plebe duxit in uxorem, cum
„ qua in diſcordia vivit, ſic ut res eius ſint in miſero ſtatu. Nullus
„ dubito, quin promiſſionibus iſte reverteretur. „

„ MARTIANUS PONGHIERA ſacerdos olim, nunc Praedicans Vico-
„ ſuprani in Bregallia, Homo admodum loquax, annorum circ. LX.
„ uxorem duxit praejuvenem, in quam etiam zelotypia exardeſcit;
„ alioquin eſt ſtrenuus bibo. Hic una vice ſe in viam dederat ad re-
„ vertendum, iamque usque Mediolanum diſceſſerat; at neſcio quid eum
„ retraxerit. Valde premitur paupertate, totius namque anni proven-
„ tum unico menſe decoquit. Cum hoc tractandum eſt caute et
„ prudenter, nam garrulus eſt et inconſtans. Saepius ſolet Claven-
„ nam, nonnunquam etiam in Vallem Tellinam proficiſci. Huic ſi
„ ſcriberetur et ſufficiens beneficium ad vitae ſuſtentationem ſubminiſtra-
„ retur, facile putarem converſionem perſuaderi. „

„ Tiguri vivit concionator quidam egregius et vir eſt doctiſſimus
„ nomine RAPHAEL EGLINUS aetatis circ. XL. annorum, verum uxore
„ ac liberis pluribus gravatus miſeria premitur. Iſti deberet ampla pro-
„ motio in Eccl. Romana promitti, at oporteret provideri tum pro
„ ipſo, tum pro uxore ac liberis eius, tuncque ſperarem eum noſtrae
„ partis futurum. „

„ Ibidem vitam trahit GABRIEL GERBER Canonicus olim Lucernae,
„ unde cum Moniali olim aufugit, quam Tiguri ſibi matrimonio iun-
„ xit. Nullam quidem habet prolem, at multa premitur miſeria, ac
„ mala

„ mala eum premit conſcientia. Quoties priſtina conditio mentem „ ſubit, oculi in lacrymas effunduntur. Vir eſt caeterum doctiſſimus, „ et ſi tractetur cum dexteritate nullus dubito, quod ad S. Matris Ec- „ cleſiae gremium revertatur. „

„ IOANNES LUCAS CALABER, Ordinis S. Franc. conventualium vi- „ xit per plures annos ſacerdos catholicus in Raetia, denique haereſin „ amplexus eſt. Nunc Miniſtrum agit Dubini in Valle Tellina. Non „ eſt diu quod pauperculam quandam ſibi matrimonio iunxit, cuius „ ipſum brevi poenitebit, uti ſera poenitentia ſubiit plurimos alios, qui „ carnis cupiditatibus agitati in tam nefandam libertatem aut ſervitutem „ potius ſe coniiciunt et mancipant. Quod ſi litteris cum hoc nil „ efficiatur, eſt et alius eum in naſſam compellendi modus. Diſtat vi- „ cus ille ubi habitat non plus milliari a lacu Comenſi, atque medio „ duorum armatorum poſſet ille ſine ullo periculo concubia nocte capi „ ac abduci. Eſt annorum circ. XXXIIII. ac permultae eruditionis „ vir. „

„ LUCAS DONATUS POLITIANUS et hic olim Franciſcanus nunc Tra- „ honae annor. circ, XXXV. habet liberos tres. Vix ſpes eſt hunc „ ad meliorem mentem reduci poſſe: optimum fuerit conſilium ut ex- „ cipiatur, quod fieri commodiſſime poteſt, etenim non procul habitat „ a lacu. „

„ HERCULES POGGIUS Bononienſis, Praedicans haereticorum Mor- „ benii, homo ambitioſus ac ſemifatuus. Uxorem habet alteram Xan- „ tippen, cum qua tamen licet ſexagenarius concorditer vivit, et ab „ ea vix ſine vi avellendus erit. Scripto tamen poſſet invitari: forte „ fiet ut obſecundet. „

„ Annus circiter volvitur quod Franciſcanus quidam Monachus ve- „ nit Caſpanum, ubi nunc praedicat, dicitur eſſe Placentinus et Theo- „ logiae Doctor. Hic tertio poſt apoſtaſiam menſe Clavenna duxit „ uxorem. Cum eo mihi nulla familiaritas aut notitia: quantum vero „ intelligo ex aliis, is Monaſterio elapſus eſt ob nimium rigorem Prae- „ poſitorum. Suaderem promiſſis pellici. „

„ SCIPIO CALANDRINUS Luccensis Minister haereticorum Sondrii in „ Valle Tellina. Est hic homo perniciosissimus, nam et libros haereticos „ plurimos ex gallica et latina linguis a se transfusos amicorum ope per „ Italiam dispergit distrahitque. Vir est annorum circiter quinquagin- „ ta. Uxor ei est de genere nobili: iactat et se esse nobilem. Nul- „ la tamen est prole beatus, et in magna opinione est apud haereticos. „ Reducendus forte ad Ecclesiam catholicam esset, spe ei facta ad su- „ blimes honoris gradus conscendendi. „

„ CAESAR GAFFORUS Placentinus olim Capucinus, nunc Minister „ Pesclavii aetatis circ. XLV. annorum. Uxorem habet cum tribus „ liberis, homo multiloquus, caeterum in scripturis apprime versatus. „ Publica hic etiam scripta edidit adversus Cardinalem ROB. BELLAR- „ MINUM. Nihilo tamen minus amplis promissionibus sperarem indu- „ cendum ut ad nos revertatur. „

„ MARCUS EUGENIUS BONACINA Mediolanensis, et ALPHONSUS „ MONTEDOLIUS Placentinus ante menses aliquot meo suasu ex Raetia „ in Tyrolim secesserunt, exspectabant Roma salvum conductum, ut „ in Italia eis tuto regredi licet. Si tamen salvum conductum diu de- „ buerunt exspectare, metuo ne rursus ad Raetios remeaverint. „

„ Juxta hos plures essent utique tam in Raetia quam in Valletel- „ lina, qui amica conferentia, promissionibusque possent ad Eccl. Rom. „ invitari; quique illis qui ad lucrifaciendas animas secreto eo ablegandi „ essent, facillimo modo innotescent; nec ullus dubito fideles catholicos „ operarios multum profecturos, si modo rem cum dexteritate ac si- „ lentio adgrediantur tractentque. Hoc vero alia occasione expositu- „ rus ero.

„ Consuevere Ministri quotannis in SYNODOS convenire. Quando „ eas frequentare volunt Ministri Voltureni necessario debent lacum „ Comensem aut praeternavigare, aut secus ripam iter facere, qui la- „ cus Jurisdictionis est Mediolanensis. Illis in augustiis facile est oppri- „ mere quotquot reperti fuerint. Locus enim qua transeundum est „ tam arctis constringitur limitibus, ut vix evadere unus possit. Eo

„ modo

„ modo quando unus alterve ad haereseos abnegationem perducti fo-
„ rent, secus non esset quam ut insigne inde Religioni Romanae ac-
„ cederet emolumentum, vel si aliud non foret quam illud, quod
„ Communitates seu Ecclesiae suis Pastoribus privatae essent. Tunc
„ enim qui in Italia discessum a catholicis meditantur, non auderent se
„ in has partes conferre, quum prudens nemo in talia confugiat loca,
„ in quibus novit non satis se fore securum. Sed etiam Raeti non am-
„ plius ita faciles essent in recipiendis illis qui ab Eccl. Rom. disce-
„ dunt. Exempla enim eorum qui remeant, efficerent, ut illis minus
„ fiderent, nec ullum eorum patrocinium susciperent etc. „

„ Hanc Raetiae partem, a nemine quod sciam hactenus descrip-
„ tam, in eum duntaxat finem delineavi, ut catholicae religionis statum
„ in provincia illa nonnullorum incuria languentem quasi ob oculos
„ ponerem, ut si aliquando summus Pontifex cogitaret promoveri et
„ restitui posse in regionibus illis antiquam et catholicam religionem,
„ haberet tanquam in conspectu eius provinciae imaginem, vires, et in-
„ stituta. Hactenus BROCARDUS. „

Ex ungue Leonem. Ex residuo isthoc malefidi hominis consilio licet cognoscere media, per quae Romanae Ecclesiae addicti Evangelicorum vires suffossum ibant, proh quam divina, et Christianorum mystis digna! Etenim quae hic dedit BORRONUS, eadam erant quae Romanae causae promotores Inquisitores, Monachi, ac sacerdotes, dies noctesque moliebantur, ac exercebant, uti id plura supra in medium allata exempla docent, adeo ut in excogitatione eorum non multum cruciari oportuerit, verum tritae viae solum institerit eamque unam calcaverit. Caeterum sceleratum proditorem divina nemesis inultum non reliquit; is quippe ob technas, machinationes, ac scelera quorum convictus fuit Anno 1608. in Hungaria captus, ac capite plexus fuit. a) Quae sub manus habeo documenta illius articuli temporis, edocent luculentissime, Inquisitores Mediolanenses caeterosque Monachos ac sacerdotes eodem semper modo Zelum exseruisse, nec ullum fuisse post renatam Evangelii lucem per totum seculum XVI. temporis articulum,

 quo

a) Sprech. *Pündtner Unruh.* p. 403. Anhorn. Paling. p. 75. Sq.

quo miſeris in limitibus Italiae Evangelicis ſecuritate ab inſidiis, pace a linguis, quiete ab iniuriis frui datum fuerit. Superpondii loco ſeculum claudant memoriae ſequentes.

De BURCHARDO LEAEMANNO Tigurinae Eccleſiae Antiſtite ex religionis odio Anno 1596. futile commentum in vulgus ſparſum fuit, eum nempe Tiguri die Veneris antepaſchali de Sacramento Euchariſtiae pro concione dicentem, inter alia hac quoque obteſtatione uſum eſſe: ut ni doctrina Reformatorum de S. Coena vera ſit, Papiſtarum autem tranſubſtantiatio falſa, debeat preſto eſſe Diabolus, ſeque vivum e medio hominum aſportare; dictoque audientem daemona illico adfuiſſe, inclamantemque de ſuggeſtu abſtuliſſe. Licet putidum hoc mendacium adeo craſſum ac palpabile eſſet, ut mirum videatur cuiquam perſuaderi potuiſſe, delectabantur tamen Monachi illud, quaſi revera eveniſſet, de ſuggeſtibus ſuperſtitioſae plebeculae declamare, et privatim ingerere. Quum Capucinus quidam non erubuiſſet Badenae in aliquot Tigurinorum praeſentia eandem fabulam publice enarrare, Magiſtratus Turicenſis Manifeſtum edidit quo exponebatur. 1. Reformatam fidem rationibus ita claris adſtructam ſtare, ut obteſtationibus eius generis minime indigeat. 2. Eccleſiae Miniſtris non permitti ut doctrinam tali modo confirment: Dogmata debere ex Verbo Dei demonſtrari. 3. Quod Diabolus Tiguri Praedicantem abſtulerit, eſſe mendacium infame a perfrictae frontis homine, ad perducendam religionem in contemtum excogitatum. b) Eandem cantilenam cecinerant Clavennae ac Plurii Capucini; unde Domini ad reprimendam impudentiam ac calumniam Officialibus in locis mandarunt ut a calumniae ſpargentibus palinodiam publicam exigant, et de ſuggeſtibus promulgari curent rumorem illum inter turpiſſima mendacia reponendum eſſe. c)

Quanto

b) Hotting. Kircheng Tom. III. p. 960.

c) Protoc. Rhaet. ad Camit. 1596. d. 14. Jun. *Da ſich befindt das zu Cleffen und Plurs Capucinermönchen die Lug geprediget, das der böſe Geiſt einen Predicant zu Zürich ab der Cantzel genommen, ſollend ſie die Amtsleüth ſie thun auf der Cantzel zu widerruffen ſo ſie verhanden. Wo ſie aber aus den Landen ſollend ſie ſonſt thun die Sach zu publiciren das es eine Luge ſey.*

Quanto Zelo ſanctum Inquiſitionis Officium ad limites Raetiae corporibus ac bonis Raetorum Evangelicorum inhiaverit, licet ex ſequentibus intelligere Raetorum litteris, quas ex multis promo. Primae datae fuerunt ad Gubernatorem Mediolanenſem Ducem de Ayamonte. Alterae ad eiusdem in eadem Provincia ſucceſſorem Don Joanni de Velaſco. Tertiae ad Praeſulem Comenſem. Lege ſis.

I.

Eccelentiſſimo Principe.

Ritrovandoſi da molti anni in qua che non tanto i Paeſani, quanto confederati, e ſubditi noſtri abbiano avuto ſempre libero commercio di poter praticare nello Stato di Milano, ed ivi contrattare liberamenti con quelli di detto Stato, ſenza contradizione alcuna, e queſto per vigore delle Capitulazioni anticamente fatte, e ſin ora oſſervate per li preceſſori di V. E., e noſtri: Ora intendendoſi con grande noſtro diſpiacere che da poco tempo in qua ſi ſia innovato talmente per l'Officio della ſanta Inquiſitione ſopra di ciò, che non ſia più lecito a dì noſtri con ſicurezza di perſone nè di robe di contrattare liberamente ſecondo il ſolito in detto Stato: non potendo noi immaginare la cauſa *de preſata ſubita mutatione*, ſiamo riſolti di mandare da V. E. il preſente diletto noſtro Sig. Gio. Batt. Scierner (Tſcharner) Secretario della Città di Coira Ambaſciatore noſtro con ſpecial commiſſione d'intender l'animo ſuo verſo di noi buoni Amici, e Vicini ſuoi, e il ſeguito ſopra di ciò, per detto Ufficio della St. Inquiſitione, quanto di detti noſtri. Così pregiamo caldamente V. E. per la ſolita ſua corteſia, e bontà ſi contenti di dar grata udienza al detto noſtro Ambaſciatore, dal qual intenderà minutamente i particolari del negozio: per preſtargli piena credenza di queſto le porterà innanzi, eſſendo tutto l'iſteſſamente, noſtra pregandola, confidandoſi che detto noſtro Ambaſciadore riporterà riſpoſta conforme alle dette noſtre capitolazioni, e così ch' il commercio noſtro ſi continui di bene in meglio, ſecondo ch'è ſtato da prima, ſenza altra eccezione e impedimento alcuno: offerendoſi ſimilmente ancora noi per Lei, nelle occaſioni, deſiderandole di continua felicità, e pace a V. Signoria con affetto di cuore ci raccomandiamo

diamo. Data in Coira nella congregazione del Pitach di S. Pauolo alli 4. Febr. l'Anno del Salvatore: 1580.

Della Voſtra Eccelenza.

Aff. Amici.

Gli oratori delle tre leghe.

I I.

Illuſtriſſime, et Eccellentiſſime Princeps.

Quia comerciorum libertas viciniam, et amicitiam ſartam tectamque, ut plurimum conteſtatur, non ſine cauſa ſuperioribus annis, et tandem ſuperiori Junio V. Exc. Illuſt. litteris noſtris compellavimus inſtanter ſcire cupientes, ecquid nobis de converſationis libertate in Ill. Ducatu Mediol. perſuadere poſſemus: ac nondum habito a V. Illuſt. Exc. reſponſo, in Senatu noſtro nobis dilectum, et fidum noſtrum ſubditum Io. Bapt. Perum Clavennatem a Rev. Patre Inquiſitore in carcerem detruſum nunciatur; quocirca menſe Julio noſtram petitionem de Commerciorum libertate apud V. Ill. Exc. renovavimus. Interea nobis redditae ſunt litterae a V. Ill. Exc. ad nos exaratae, quibus omnes difficultates in forum Eccleſiaſticum reiciuntur, ac deliberantibus nobis de mediis ad haec opportunis liberatio dicti noſtri Peri ſub fidejuſſione data nobis ſignificatur. Hinc ſpem concipientes ipſius liberationem nulla alia habituram impedimenta, totam noſtram deliberationem in commodiora tempora reiecimus. Nunc de novo cognovimus eundem fidem datam, ut decet, ſolvere volentem Mediolani tempore praeſcripto conſtitutum a Rev. Patre Inquiſitore prioribus carceribus addictum, morboque ſuo vexatum, non prius potuiſſe a carceribus liberari, ac in hoſpitium commodum ſe conferre quam fidejuſſionem priorem ſub dupla multa conſtituerit. Hoc ſtatu rerum patrocinium, quod noſtris fidis ſubditis ex mandato noſtrarum Communitatum debemus animo repetentes, priori noſtrorum inſtituto inſiſtentes, dilectum et fidum noſtrum confoederatum, et conſiliarium Illuſtrem Ioannem Bapt. Tſcharnerum, Criminalium cauſarum in civitate Curienſe dilec-

dilectorum noſtrorum confoederatorum Praefectum et vexillarium oratorem ad V. Ill. Excell. ablegamus. Cui ut Ill. Exc. V. plenam noſtro nomine fidem habeat, ei benignas aures praebeat, eundemque in omnibus ab eo in hac liberatione impetranda, ac commerciorum libertate noſtris obtinenda proponendis, benevolentia, ſtudio ac favore ſuo eum proſequatur, etiam atque etiam rogamus. Ea omnia benignitatis, mutuae amicitiae et viciniae in dictum noſtrum oratorem collata et conferenda officia grato et memore animo commoda occaſione oblata referre ſtudebimus. Deum opt. max. comprecamur ipſam Illmam. v. Exc. ac nos ſub divino ſuo patrocinio ſartos tectosque quam diutiſſime conſervet. Datae ex Curia noſtra, et noſtro omnium nomine ſigillis noſtrorum Foederum ſecretioribus communitae Nonis Novembribus. Anno a Chriſto Servatore nato 1596. Stilo antiquo.

Inſcript. Illuſtriſſimae Excellentiae veſtrae

obſervantiſſimi amici et Vicini

Praeſidentes, Oratores et Conſiliarii trium Foederum Rhetorum Curiae in Comitiis congregati

Illuſtriſſ. et Excell. Principi ac Domino, Domino Ioanni Fernandez de Velaſco, Caſtiliae Conteſtabili, Ducis Mediolani Gubernatori, ac Regis Catholici in Italia Generali Capitaneo, Amico et Vicino noſtro obſervandiſſimo,

III. Ad comenſem Epiſcopum.

Molto Ill. et Rev. Monſignore.

Perchè Gio. Andrea Coſta noſtro fedel ſuddito ſupplicando ci ha dedotto il ſuo aggravio, benchè legittimamente non conſta avere alcuna coſa contraria agli ordini dello Stato di Milano commeſſo: Non-

dimeno essere stato non solamente per molti giorni ritenuto dall' Inquisitore di Como, ma ancora non essergli concessa la libertà senza una sicurtà di mille Scudi, di riconsegnarsi ed eseguir a certe sue promesse, dove ora la sicurtà viene molestata. Desiderando da noi sussidio, di poi che l'Officio nostro è impedire ogni oppressione che a' nostri fedeli sudditi potesse esser fatta: abbiamo provisto con modo ragionevole a questo aggravio in pregare V. S. M. Ill. ed R. faccia opera appresso l'Inquisitore che desista di questa molestia, dipoi che abbiamo inteso detto Costa esser assicurato dal detto P. Inquisitore o altre sommesse persone. Caso ch' questo non possa avere luogo, al meno ne faccia opera di farne vedere, che gli sia data legittima causa di venir a questa detenzione: Nel qual caso conviene ad esso supplicante avere pazienza. Me se a noi non consterà d'alcuno errore e l'Officio dell' Inquisizione non s'acquieta di quella sua pretensione, in difesa di detto Costa gli abbiamo concesso un Arresto e sequestro nei beni del convento dei frati di Dona a Chiavenna, dove esso d'ogni suo danno si potrà imborsare. Al che non dubitiamo per la singolare sua prudenza e destrezza facilmente V. S. M. Ill. e Rev. ovviare, per miglior riposo e bene di tutti. Del che noi le resteremo perpetuamente obbligatissimi. Con il che desiderandole dal Signore il vero contento, ci raccomandiamo a SS. M. Ill. e R. Data e Sigillata con il Sigillo dei nostri cari e fedeli confederati della Città di Coira, alli 8. di Febr. nell' anno del Signore 1600. stilo vecchio.

D. S. S. M. Ill. e R.

aff. amici e vicini

i Presidenti e Consiglieri delle tre leghe
Grise in Coira congregati.



CAP.

CAP. IX.

1603.

Regiminis Democratici defectus et incommoda ex eo nascentia. Ministrorum conatus pro reformatione regiminis. Conventus super eam causam a Politicis habiti. Sterilis eorundem fructus.

Seculum ingredimur decimum septimum Evangelicae in Raetia Ecclesiae, ipsique Reipublicae pene fatale. Ubi Status aut collegium quodpiam interna corruptione laborat, forinsecus autem a contrariorum Principum diversis studiis impetitur, tunc illius conditio proxima est ruinae. Est autem nulla Regiminis forma malis hominum turbulentorum, et de publico pinguefieri gestientium (quales defuere nunquam) artibus tantum exposita, quantum est democratica. Nam quia secundum eius leges e vulgo quivis ad deliberationes negotiorum primi ponderis admittantur, consiliaque stabiliantur secundum maiorem numerum suffragiorum: plebs autem ad maioris momenti res, a quibus totius Reip. salus ac existimatio pendet, non adsurgat, verum commodis tantum suis intenta sit, facili negotio largitionum plerumque medio mali illi favorem suffragiaque populi sibi emercantur, quae ubi semel obtinuerunt, Magistratus pro lubidine exercent, nomineque totius populi abutuntur, quoties eo titulo indigent vel ad principium quibus addicti sunt, vel ad proprium emolumentum. Hinc in Rep. discordiae intestinae, acceptio personarum, iustitiae neglectio, practicae, malaque cum eis connexa sine modo et fine. Senserunt ea Regiminis incommoda florentissimae olim Grajorum Respublicae, sensit et Romana moles, dum omnium humeris sustentabatur. Unde apud illos *Ephoroon* Inspectorum, apud hos Censorum ordo publica auctoritate constituti invigilare debebant super Magistratus caeteros, cavereque ne corruptio malumve ullum ex negligentia aut incuria subreperet, cum cum temporis progressu perniciem statui adferre aptum esset: quod quantae saluti illorum extiterit, hic dicere nil adtinet. Ea ipsa mala corpus Raet. infecerunt, quae illud sic concusserunt, labefactaruntque,

 ut

ut parum abfuerit, quin diſſolutum ſit. Oppoſitae ſunt corruptionibus leges diverſis temporibus ſancitae ſaluberrimae, at quid agas ubi qui manutentores exſecutoresque earum eſſe ex officio deberent, illi ipſi eas proterve conculcant omniaque ad ſua commoda inflectunt? Non ſemel evenit ut ipſa plebs tot indignis modis deluſa in rabiem proſilierit, ſeditioſeque coacta reos ad meritum mulctaverit, nonnunquam forte et ſupra meritum deſaevierit: aſt nec toties id fiebat quoties exegiſſet culpa, nec ex iuſtitiae amore fiebat, nec adhibita ad delicti proportionem poenae menſura: unde etiam quando furor deſaevierat, res in priſtinum ſtatum redibant: perinde atque torrens qui dum defluit obvia omnia exſcindit, mox autem exſiccatur, nec ullum ſui veſtigium relinquit. Tentarunt Evangelii Miniſtri non ſemel, tentarunt et alii viri probi malis illis adferre medelam, ſcaturiginemque malorum obturare, licet conatu fere ſemper infructuoſo. Iuvat tamen ſcire conſilia quae hanc in rem agitata ſunt, ut ex antecedenter tentatis diſcant poſteri cogitare meliora. Ediſſerit illa dilucide et facunde in *Biographia* ſua FORT. A IUVALTA vir ſuperiori ſeculo conſultiſſimus, et qui rebus agundis ipſe interfuit, quo proinde magis idoneum habere teſtem non poſſumus. Eum audire oppido prodeſt, quum ſibi ſuisque tantum ſcribens veritatem libere pandat, quae a meo ore prolata, invidiae expoſita eſſet.

Sic Ergo ille „ Ego (FORTUNATUS A IUVALTA) Anno MDXCVII. conſtitutus fui Praetor, ſeu Iudex vulgo Landammanus Communitatis Superioris Oengadinae, idque munus biennio ſuſtinui. Eo tempore cum ſemel atque iterum in publicis conventibus trium Foederum coram ſenatu in gratiam amicorum cauſas propoſuiſſem, poſtea ab aliis perſuaſus eam functionem continuare coepi. Hanc quamvis laborioſam, opinione tamen duriorem et moleſtiorem expertus fui. Cauſae taedii, quod mihi devorandum erat, propter frequentes iudiciorum corruptiones quae exercebantur. Duae Rerumpublicarum et omnium Gubernationum peſtes olim Rhetiam noſtram, ambitus nimirum et avaritia invaſerant. Illae initio occulte ſerpendo, paullatim impunitate et ſupina Magiſtratus conniventia vires et incrementum ſumſerant, adeoque tandem invaluerant ut totum prope Reip. corpus inficerent et corrumperent. Hinc evenit, ut qui ad hono-

honores et praesertim ad quaestuosas illas Praefecturas ad subditos aspirabant, non aliter quam ambitu et largitionibus voti compotes fierent. Omnia enim venalia prostabant, non secus ac aliae merces. Si quis causam aliquam in consessu publico trium ligarum proponebat, claris et validis iuribus adeo munitam, ut de victoria non dubitaret, ideoque causam aureis praesidiis fulcire negligeret: adversarius autem, qui iuribus suis non prorsus confideret, ac proinde ad praesidia validiora et efficaciora, artes illas nimirum nimis usitatas vota et suffragia senatorum seu iudicum emercandi se converteret, plerumque iura quamvis validissima succumbebant, et deterior causa triumphabat. Qui dando largior erat, etiam iure potior habebatur. Argumenta larga manu depromta plus roboris causae addebant quam rationes ex intimis Iurisprudentiae penetralibus deducta. Eo tandem impudentia processerat ut invenirentur homines etiam alicuius in Rep. existimationis, qui abiecto omni pudore, neque metu poenae, aut infamiae deterriti, operas suas litigatoribus mercede addicerent ad sollicitandos et corrumpendos iudices. Hi bene nummati cursitabant, et ubicunque in Iudices incidissent, cum illis transigebant, et pretio convento in promtis numerato emtionem firmabant; cumque rem impigre et gnaviter perfecissent, tanquam industrii et in eiusmodi negociatione exercitati et efficaces commendabantur. Erant quidem in senatu illo etiam viri graves, honestatis, iustitiae, et Reip. amantes, qui probrosas ac flagitiosas illas Iustitiae nundinationes serio detestabantur: sed isti rariores, et caeteris numero longe inferiores erant. Sic fiebat ut flagitia ista nonnulli aversarentur, plures committerent, aliqui connivendo foverent, omnes demum indigne tolerarent.

Neque vero privati tantum homines mercimonia illa exercebant, sed Communitates integrae etiam cauponabantur, neque erubescebant Praefecturam Communitatis cum legationibus ad Dietas seu conventus publicos, quarum in ipsorum manu erat electio, cum Officiis ad subditos et aliis emolumentis Communitati provenientibus, consilio publico, solenniter, constituto pretio in multos annos vendere, et ne quid ambigi posset, publicis tabulis perscriptis consignare. Indignae prorsus aurea libertate, utpote quae illam tam turpiter et scelerate profanarent ac

 pro-

proſtituerent. Emtores iſti emebant, ut carius venderent, ideoque ubi ſpes aliqua lucri affulgebat, merces ſuas venales exponebant, et plus offerentibus addicebant. In Conventibus publicis ubi officiales ad regiones ſubditorum eligebantur, merces ſuas ingenti pretio diſtrahebant. Illi enim qui ad officia ſeu Praefecturas illas aſpirabant, liberaliter expendebant, et largiter ſeminabant, ut decuplum et amplius colligerent. Qui Praefecturas illas obtinebant, campos uberrimos et fertiliſſimos reperiebant in quibus auream meſſem metebant. Omnium ſubditorum loculis officiales iſti (bonos ſemper excipio) inſidiabantur, laqueos, retia, decipulas, mille artibus tendebant, adeo ut vix ullus evaderet, a quo non aliquid abraderent et extorquerent. Illis plurimum erat periculi, quibus maximae opes, quibus multum erat quod amitterent. Cui nihil erat, quod auferri poſſet is cantabat vacuus etc. Interim miſeri ſubditi expilati et ſpoliati ſortem ſuam deplorabant, ſub iugo ſuſpirabant, et ingemiſcebant. Officiales illi duplicem fere ſuſtinebant perſonam; nam etſi Iudicis tantum nomen uſurparent: tamen Iudicis et actoris partes aſſumebant, et ſibi ipſis ius dicebant. Quamvis enim poenae pecuniariae Camerae Dominicali de iure et diſpſitione Statutorum ſpectent, et compoſitiones ac transactiones nomine Camerae verbotenus peragantur, tamen defraudata Camera quae undique perforata eſt, exiguam Camera ſortiebatur partem, et fere omnia per rimas in culinam defluebant, et implendis Officialium loculis ſerviebant. Hae nundinationes multis iam annis a plurimis, etiam non nullis ad Reipubicae clavum ſedentibus aperte exercebantur, ut nemini ignotae eſſent.

Hinc multi, quos honeſtatis et pietatis ac Reipublicae cura tangebat, probroſa ac dedecoroſa hac negotiatione commoti, abuſus iſtos ſerio exſecrari, et impudentes Iuſtitiae Inſtitores poenis coercendos ac reprimendos eſſe teſtari coeperunt. Miniſtri in ſacris concionibus idem monebant, dedecus et infamiam in Rempublicam redundantem, et ruinae ac exitii periculum ex corruptione imminens docebant, et ad emendationem ſub comminatione vindictae divinae hortabantur. Hae voces valde crebreſcebant, et motum aliquem popularem praenunciare videbantur. Ideo conventus Curiae agens ad REFORMATIONEM inſtituendam viros duodecim elegit auctoritate, rerum uſu et prudentia inter pri-

primarios, qui Reipublicae habenas tractaverant. Hos morbum et morbi qui Rempublicam infeſtabat cauſam penitus noſſe, eique remedium adhibere ſcire et poſſe et velle credebant, nec dubitabant quod ab illis ſtatutum fuiſſet, a Communitatibus approbatum iri. Ab illis accerſitus fui ut deliberationes eorum ſcripto comprehenderem. Convenerunt electi, et rebus mature penſitatis ac conſideratis, tandem ſententiis collatis leges aliquot poſuerunt ad tollendos abuſus appoſitas et Reipublicae ſalutares, ſi ad effectum perductae fuiſſent. Erant in illo numero non nulli qui difficultates quasdam ſubinde ſubiiciebant, et tempus negotio conficiendo minus opportunum cauſabantur. Poſtea vulgatum fuit illos in annum venturum ad officia quaedam aſpirare, et in eam ſpem iam tum aliquid expendiſſe. Hanc ſuſpicionem auxit negotii totius concluſio inſecuta: ut hae Reformationis leges poſt triennium promulgarentur, et ab eo demum tempore vim legum obtinerent. *) Erant multi quos abuſus illi et practicae ſaginabant, eisque ſubſidia ad ambitionem et luxum, cui inſueverant, ſuſtinendum ſuppeditabant. Hi Reformationem omnem reſpuebant, ſed eam palam impugnare non audebant. Dilatione vero promulgationis divulgata, anſam inde arripuerunt et Reformatores et eorum leges criminandi, et ſu-

*) Sprech. Chron. lib. V. p. 225. *Man war in Pündten lang damit umgangen wie eine Reformation und Verbeſſerung könte in das Werk gebracht werden, dan gar zu unverſchamtlich umb die Aemter practicirt worden. Derohalben im Iahr 1600. auf Davos an einem Pundstag im Octobre etliche Herren weltlichen Stands, welche auch etwelche der Geiſtlichen zu ſich genommen zuſammengekommen, und haben eine gewiſſe Form der Regierung aus den beſten pündtnariſchen Geſatzen zuſammengeleſen. Fürwahr es war ein henlich und rünlich Vornehmen; das aber mit in das Werk gerichtet worden, ward die Schuld gegeben etlichen der Fürnemſten als Rudolph Planta von Zernetz Ritter, dem bereits erwählten Landshaubtman, Iohanſen Guler, und Iohann von Planta Herrn zu Rezünz, welche in kurzem zur Landshaubtmanſchafft ſollen befürderet vverden,* item *Antoni von Sonvig, und Veſpaſianus von Salis vvelche in kurzem des Vicariats fahig vvaren, die doch der Reformation ſelbs beygevoohnet, vvelche zum erſten ihre Amter bedienen vvollten; obvvohlen dieſe hernach ſich allezeit entſchuldiget, und zu der Reformation gevvilliget, vvurffen aber alle Schuld auf Iohann von Planten Herren zu Rezünz. Den meiſten Anlas zu dieſer Reformatian gab die ſchvvem und ſchandliche Pratict zvviſchen Rudolff von Planta und Paptiſta von Salis, vvelche mächtig vvider einandern im Streit vvaren vvegen der Landshaubtmanſchafft. Veltlies.* Lege ſis et quae ſequuntur.

ſuſpicionibus involvendi, ſicque perfecerunt ut a Communitatibus omnia cum indignatione reiicerentur. Nam ſi leges bonae eſſent, dicebant, cur eas ſtatim proponendas non cenſerent? ſin vero nunc infructuoſae, etiam poſt triennium nihil valituras. Hic conatus iſtius exitus fuit: et nundinationes illae continuabant, ſemper in deterius (ut corruptionum mos eſt) vergendo.

Poſt aliquod temporis intervallum Miniſtri Evangelici pio zelo abuſus inhibendi et Reipublicae ſubveniendi ſtudio Reformationem ſcripto comprehenſam propoſuerunt. Sed Pontificii illam, quod a Miniſtris proficiſcebatur, ſtatim repudiarunt, atque ſuperiores Reformationis adverſarii reclamare coeperunt, Miniſtros falces in meſſem alienam immittere: eorum vocationem non permittere, ut Politico Magiſtratui leges praeſcribant. Id nullatenus concedendum, ne ſi nunc obtineant, poſtea alia moliantur, et ſucceſſu temporis totam dominationem invadant, prout in Papatu eveniſſe cernimus. Sic Miniſtrorum etiam labores irriti, et infructuoſi fuerunt.

Anno demum MDCIII. Vir induſtrius, prudentia et rerum uſu probatus, abuſuum et corruptionum oſor acerrimus Reformationem bis improſpere tentatam tertio moliri aggreditur. Magno id quidem animo, ſed parum felici ſucceſſu. Re igitur cum aliquibus ex vicinis communitatibus communicata, iisque ad hoc negotium inclinatis et promte in ſententiam concedentibus, communi conſilio quosdam deligunt, et ad reliquas Communitates mittunt. Illi corruptiſſimum Reipublicae ſtatum, ſceleratas practicas, turpiſſimas Iuſtitiae venalitates et profanationes, ignominiam et infamiam apud exteras quoque nationes Patriae incumbentem, ac praeſens diſcrimen impendens, et proinde Reformationis neceſſitatem ubique proponunt. Addunt praeterea modum, qui ipſis opportunus videbatur ad Reformationem perveniendi, nimirum ut ſingulae Communitates viros XXV. Patriae amantes deligerent, qui ad certam diem Curiae convenirent, ibique omnibus ea, quae ad corrupti ſtatus emendationem facere cenſebant, exponere liceret, ut exinde communi conſenſu ſecundum votorum pluralitatem decerneretur. Hunc numerum neceſſarium videri, ut deliberationes plus ponderis haberent, nec facile ſubverti poſſent. Quod ſi aliae Communitates commo-

dio-

diorem viam monſtrarent, ſe libenter amplexuros et ſecutores dicebant. Varii animorum motus in Communitatibus erant; ea quae proponebantur vera eſſe et neceſſaria fatebantur, et ubique fere cum applauſu excipiebantur. *) Multos, ut poſtea compertum eſt, invidia et aemulatio erga Magnates ſtimulabat, qui, ut aiebant, Praefecturas ſubditorum, prope-

pe-

*) Singulares circumſtantias exhibet NICOLAUS KESELIUS Celerinenſis, in Diario MSto. ex quo ſupra dicta illuſtrantur. Ea verbotim hic adſcribam. *In dem Iahr* 1602. *im* Decembri *hat man in Pündten angfangen mit Ernſt darzuthun, damit ein Reformation in der Ordnung des Regiments angſehen wurde. Dan viel Iahren her der bös Bruch des Practicirens, Underdrukung und Verkehrung der Gerechtigkeit, eingeriſſen war, das man füraus under den Underthanen nit blyben möcht. Und als ein evangeliſch Capittel die Herren etlich Iahr zur Verbeſſerung ermant, und die Reformation an die Hand zu nemmen gebetten, hat doch àlles mit gholffen. Dan ſie, die Fürnemſten ſelber bekantend ſomlichs ein nothwendige Sach ſeyn, gabend allwägen gute Wort und Verhieſſend viel, aber ihnen war nit Ernſt. Ward alſo ein Capitel zu Bergün im Iunio gehalten, beſchloſſen, noch einmahl die Herren zu bitten, und ermahnen: Wo ſy es aber nit z' hand nämind, ſollte ein jeder in ſeiner Kilchen und Gmeind ſchuldig ſeyn die Nothwendigkeit dieſer Reformation anzuzeigen, damit es zu Handen genommen wurde, doch mit rechter Ordnung und ohne Aufruhr. Die Herren aber gabend gute Wort: aber mit keinem Ernſt nahmen ſie die Sach an die Hand.* Im Novembri *als man wohl gſähen möcht das nüt draus werden wollt, fiengen die Predicanten des oberen Engadins an, mit Ernſt darvon zu reden, dardurch die Gmeind bewegt ward acht Männer zu erwehlen die rathen ſollten wie die Sach an die Hand mit guter Ordnung, anzugreiffen wäre. Die Predicanten ſchrieben auch den Predicanten im Bergell, im underen Engadin, und über das Gebirg. Die erwehlte Männer aber ſchriebend den nächſtgelegenen Gemeinden auf dieſe Weys:*

„ *Unſer fründlich Grutz und willig Dienſt zuvor, Edle, Ehrenfeſte, Für-*
„ *nahme und Wyſe, Inſonders liebe Freund und Pundtsgnoſſen. Euch iſt*
„ *wohl zuwiſſen wie die Herren Predicanten in allen Gmeinden um ein Refor-*
„ *mation des gemeinen Stands ſtark angehalten, damit die böſe Misbrauch,*
„ *und Unordnung ſo im Vatterland und auch bey unſeren Underthanen allent-*
„ *halben (leyder) eingeriſſen, abgeſtellt werden. So habend ſie mit ihrem*
„ *ernſtlichen Ermahnen und Zuthun, die Sach dahin bracht, das man bey*
„ *manniglichem ein guten Willen und Meinung geſpürt, dardurch auch die*
„ *Gmeind Bergell, ob und unter Porta und andere an uns durch Gſchriften,*
„ *und eigne Gſandten begärt, wir Wöllind ihnen die Gelegenheit der Zeit und*
„ *des Orts geben, damit ſie ſich mit uns und anderen, ſo darzu willig von*

„ *dir-*

pemodum sibi solis, practicis suis vendicabant, et tanquam haereditarias inter se partiebantur. Sic odio praesentium et cupidine mutationis, diversis causis pari studio Reformationem expetebant.

Sta-

„ *diesem Handel underreden, und folgends einen nuzlichen Anfang mit einanderen thun möchtend. Und dieweil wir nun dies von obgenanten Herren Predicanten angezogenes Werk, christenlich, ehrlich, loblich und dem Vatterland nothwendig achtend, haben wir zu fürderung der Sachen und auch denen Ehrsamen Gmeinden so somlichs ersucht, zu gefallen, den* 3*ten Tag* Decembris *künftig zu Zutz an der Herberg zu seyn bestimt, und angesehen und obgenante Gmeinden dessen verständiget. Welches wir auch euch, als unseren lieben Nachpuren, und (als uns angezeit) der Reformation begierig, zu mittheilen billich geacht, damit durch Ewer (so euch geliebt) und anderer Ehrsamen Gmeinden Wyse gsandten fridsamlich und ohne Aufruhr Rath gefunden werde, wie die grobe Unordnung abgestellt, und fürhin besser Policey GOtt zu Ehren, und dem gemeinen Stand zu Nutz möge angericht werden: Euch bittende alles von uns in guter pundsgenossischer wohlmeinend zu verstohn. Und hiemit was euch von uns lieb und dienst ist, und thund uns dem lieben GOtt befehlen.* Datum *Zutz. am* 27*sten* Nov. 1602. „

Ewern dienstwillige Nachpuren

Amman und zu diesem Handel

erwehlter Rath ober Engadins.

Auf dies Schryben kamen zu Samaden zusammen die Gesandter aus Bergell, Puschlaff, Oberhalbstein, Stalla, Affers und Bergüen, erwehltend Männer, und wurden Räthig auf alle Gmeinden gem. III. Pündten zuschiken und ist dieses so hernach folget die Abgschrift und Beschluss zu Samaden geschähen:

„ Cum in omnium ore versetur temporibus nostris exulceratis reformationem et Emendationem status Reipublicae nostrae Rheticae necessariam, si Dei iram subterfugere velimus, haecque non possit fieri nisi de communi studio et voluntate omnium Communitatum Excelsarum Trium ligarum, cogitantes de studio bene vivendi: Nos infrascriptae Communitates Praegallia, Supersaxum, Ingadina superior, Pesclavium, Bivium et Affers, eligimus, deputavimus et ablegavimus Nobiles et Praeclaros confoederatos nostros D. Capitaneum Theodosium de Praepositis, D. Capit. Ioannem Dionysium Stampam, D. Ioannem Curtinum et D. Ioannem Curtabat, de Praegallia: D. Praefectum Ioannem

„ Ba-

Statuta die a Communitatibus ad hanc actionem deputati Curiae conveniunt, in singulis Communitatibus binos eligunt, qui de refor-

Cc 2 man-

„ Baselga, D. Casparum Baselga, D. Iacobum Hyeronimum, et D. Dominicum
„ Melchiorem de Supersaxo: Magnificum D. Ioannem a Salicibus, olim Vica-
„ rium, D. Praetorem Petrum Parinum, D. Thomam Schucanum, et D. Iacobum
„ Muscanum, de Ingadina superiori: D. Praetorem Io. Iacobum Paravicinum,
„ D. Andream Andreosciam, D. Dominicum et Ioannem de Matos de Pesclavio:
„ D. Praetorem Ioannem Clo Lazer, D. Christianum Bertsch, de Bivio et Affers,
„ cum ampla et omnimoda authoritate, pro salutandis Communitatibus excel-
„ sarum Trium ligarum, sollicitandis iis, ut Reformationi fiendae studeant in
„ beneficium et promotionem honoris Dei, libertatis Patriae, Iustitiae in tota
„ nostra Regione exulantis et defensionis subditorum in Valletellina, persuaden-
„ tes illis hanc Reformationem inchoandam et finiendam volente Domino, pla-
„ cide, pacifice, non strepitu armorum, non motu intestino, populi concita-
„ tione, id saltem affectantes, ut abnegata impietate et corruptione nostrorum
„ temporum, agentes in praesenti seculo vitam tranquillam, cum omni pietate
„ et honestate, et prout ipsi Missi vobis fusius exponent, quibus etiam fidem
„ plenam paestabitis, ac si nos ipsi compareremus. Datae Samadaeni etc. „

Mit somlichen Befehl sind die Gesandten abgetheilt, und auf alle Gmeinden gem. III. Pündten gangen und geritten. Allein vermeintend ihren viel, das man minder Anzal Volks zusammenkommen lassen sollte, damit es minder unordnung gäbe. Doch dieweil etlich Gemeinden schon hierzu 25 Mann verordent hattend, hat man nach langem Widerstand aus jeglichem grosem Gricht 25 Mann lassen erwehlen. Diese umb das Neüwe Iahr zu Chur versamlet und angefangen die Sach an die Hand nehmen. Aus den 25 hat man den Rath besezt nach gemeinen Bruch, wie man in Pundtstagen pflegt zu sitzen. Doch dieweil die Reformation von wegen der Practicirung und Unordnung der Amtsleüthen zu Handen genommen, hat man im Rath die nit wöllen sizen lassen, die neulich practicirt hatten, stimmen auf Aemter bstellt,. kaufft, oder verkaufft auch die nit so Aemter der Underthanen gehabt hattend, sonder habend ander ehrlich, verständig Leuth verordnet, habend also die Artikel der Reformation gstellt, so jedermann bekanndt.

Dieweil man zu Chur bey einander war, und viel der Fürnämsten die Reformation heimlicher weis under etwas schyn gern verhindert hätten, hat man am Donstag z' Nacht, am 13. Ianuarii *nit allein zu Chur, sonder als an anderen Orthen allenthalben gros erschrokenlich zeichen am Himmel gsehen, nemlich grosse blutige Nebel gegen Mitnacht, deren eine auf dem Berg* Calanda *vvar, di' ander ab gen Zizers; vvärtend ein gut Wyl umb die 8 zvvüschend 9 und 10 gsach mans widerum. Und zu hohen Trüns gsah man's umb die 12 vviederum. Der Himmel vvar sonst ganz heiter und schön Wetter. Was aber somlich Zeichen bedeuten, vveiss der liebe GOtt.* Haec Keselius.

mandis abuſibus qui Rempublicam ſubvertebant, et de coercendis corruptionibus et practicis inter ſe conferrent, penes quos arbitrium erat illa approbandi vel reiiciendi. Ab his aliquot Seſſionibus multa, quae ad rem facere videbantur, magno conſenſu ſancita et approbata fuerunt. Hinc tractari coeptum eſt de ratione aliqua ineunda, ne Camera Dominicalis in poſterum defraudaretur, et unanimiter concluſum fuit: ne poſthac Camerae rationes officialibus committerentur, ſed ut per Fiſcales (prout in aliis ditionibus fit) conſtituendos adminiſtrarentur. Plurimi Fiſcales ex confoederatis Rhetis creare volebant. Alii contra arguebant, nihil ea ratione profici, nec Camerae conſultum iri. Fiſcales Rheticos nullo poenae metu cum Officiali colludere poſſe, et tum pro uno ſacco duos implendos fore. Hi Fiſcales a ſubditis accipiendos cenſebant hac ratione: ut nempe quaelibet ſquadra Officiali ſuo Fiſcalem conſtitueret, pro quo etiam fideiuberet et vades daret de functione illa absque dolo malo fideliter obeunda: et ad evitandam cum Officiali colluſionem, et ut Fiſcalis poenae metu in officio contineretur, addebant, ut ſi Fiſcalis fraudem admitteret, ab Officiali cui ſerviebat nullo modo liberari poſſet, ſed punitioni ſemper obnoxius eſſet: Et ut Officiales ſubſecuturi contra culpabilem inquirere et procedere poſſent, et poena irroganda non Camerae Dominicali, ſed officiali qui cauſam proſequebatur, non obſtantibus quibuscunque in contrarium applicaretur. Hac ratione Fiſco ſeu Camerae optime caveri poſſe dicebant. Adverſarii Reformationis cum eam prorſus impedire non poſſent, nihilo minus occultis machinationibus per cuniculos ſubruere et infructuoſam reddere cupiebant, ut eo citius infringi et abrogari poſſet: Proque occaſione huius diſſenſionis audacter apud illos qui Rheticos Fiſcales volebant, contrariam ſententiam damnant, et authores illius Magiſtratum Rhetis tantum ſpectantem ad ſubditos transferre velle criminantur, ſuſpicionem corruptionis iniicere tentantes. Et quamvis Fiſcalis nomen et auctoritatem Magiſtratus nec haberet, nec mereretur iis conditionibus praeſertim, quae ſupra allegatae ſunt, ſed ſervitus potius et onus graviſſimum et periculoſiſſimum eſſet, ac cui nemo ſanae mentis niſi coactus ſe ſubiiceret: Tamen adverſarii apud homines imperitos et in ſuſpiciones pronos, nec quorſum iſtorum calumniae, ac inſidioſa conſilia tenderent ſentientes, tantum potuerunt, ut illi Fiſcales ex ſubditis admittere praefracte recuſarent, et quia numero ſuperiores erant evincerent,

rent, ficque opus reformationis plurimum enervarent, et adverfarii id quod cupiebant obtinerent. Communitates enim Fifcales ad eam functionem nullatenus idoneos plerumque mittebant nec Camerae, nec fibi ipfis utiles ac omnium ludibrio expofitos: ficque intra paucos annos prorfus abrogati fuerunt, et Camerae rationes iterum Officialibus more antiquo commiffae funt. His peractis venenum quod nonnulli decoxerant, et aliis etiam deputatis follicite ac cum applaufu inftillarunt, vires fuas exerere coepit, inferentibus illis, authoritatem eligendi Officiales in regione fubditorum hactenus penes fenatum, id eft penes primores illos qui in fenatu dominabantur, fuiffe, eos authoritate turpiter ac magno totius Reipublicae dedecore abufos effe; ab illis corruptiones, practicas, et iuftitiae nundinationes invectas effe; ab illis omnia mala, quae Rempublicam infamarunt ac turbarunt profecta fuiffe. Ideoque ut Refpublica falva effe poffit, illis rapacibus harpyis electionem deinceps nullo modo confidendam, fed ad Communitates transferendam effe, ut ea Officia ipfis fecundum diftributionem obtingentia eligere poffint. Opponebat ferio author Reformationis cum aliis quibusdam numero exiguo nequaquam id tentandum effe: a plebe nulla Reipublicae cura, privatis tantum commodis addicta, nullam moderationem exfpectandam effe. Hac ratione corruptiones et practicas (ut omnes profiteri velle videbantur) non exftingui nec coerceri, fed in immenfum multiplicari nullo poftea ad reprimendum remedio. Nam fi privati aliquot contra leges Reformationes peccant, poffe illos per Cenfores feu Iudices Reformationis cohiberi, fin vero integrae Communitates transgrediuntur (quod vel prima ftatim electione certo certius eveniet) impunitas fore, et reformationem quamprimum ruituram. Verendum etiam effe, ne homines parum idonei, ac proinde Reipublicae indecores ad officia promoveantur: multa praeterea incommoda inde fecutura allegantes. Sed furdis canebant. Illi enim regerebant, antehac etiam faepe eveniffe ut non femper homines usque adeo idonei illuc mitterentur, nifi fortaffe maxime idonei illi cenfeantur, qui fubditorum fortunas rapinis et extorfionibus exhaurirent et Camerae proventus in proprios ufus converterent. Electiones apud Communitates meliori ordine quam antehac proceffuras, peiore certe loco nunquam futuras. Sic obfirmato animo omnia alia confilia refpuentes, cum pau-

cis exceptis omnes in eam ſententiam convenirent, Decretum eorum arbitrio confecerunt.

Hinc tractari coeptum quomodo ſumtus in Reformatione facti ſolvendi eſſent. Hic omnes clamare coeperunt ſumtus ab illis repetendos qui Rempublicam expilaſſent, qui Cameram defraudando, corruptiones et practicas exercendo opes cumulaverant, ac proinde in cauſa eſſent, cur conventus iſte inſtitutus et ſumtus facti ſint. Praeterea atrociter invehebantur in duos Officiales, tunc Sondrii Magiſtratum gerentes. *) Hos dicebant magno auri pondere inductos contra iuris et ſtatutorum normam hominem morti adiudicaſſe exſecutione praecipiti feſtinatione praeter regionis morem peracta. **) Iudices ergo delecti, qui in culpabiles inquirerent, cauſa aliquamdiu agitata, Officialibus illis, et aliis qui operas ſuas contulerant grandem mulctam indixerunt, et alias nonnullas in iudicium vocarunt. Tandem cum condemnationes factae expenſas non poſſent plene exſtinguere, et Iudices illos aggredi vellent, qui praefecturis apud ſubditos praefuerant, ut Camerae rationes viderent: Illi ad redimendam vexationem convenerunt, et diſtributione inter ipſos facta pecunias contulerunt, quibus ſumtus omnes ſolverentur. ***) Quo facto Reformationi tanto molimine ſuſceptae et proſecutae, maiore fama quam fructu, finis impoſitus fuit. Author vero

*) RUDOLPHUM PLANTA Cerneziensem, Gubernatorem, et ALBERTUM DIETEG. SALICEUM de Solio Vicarium.

**) homo ille morti adiudicatus fuit GREGORIUS QUADRIUS Pontenſis.

***) Ea hunc in modum confecta fuiſſe narrat Sprech. Chron. lib. V. p. 226. *Da wegen der Hinrichtung* Gregorii Quadrii *ein gros Gebrümmel im ganzen Veltlin ware, wider Rud. Planten und Albert Dietegen von Salis, als vermeinte* *Ioh. Salis von Samada jetz ſeye die Zeit ſich wegen der erlidtenen Unbilligkeiten an Rudolfen zu rächen. Ihme ſtimten bey unter anderen* Franc. Venoſta, *und* Emilius Homodeus *Veltliner*, *Ritter* Hartmann de Hartmanniis, *Ulrich Bual von Maladers*, Vicari Conrad Planta, Hercules *von* Salis, *und* Caſpar Baſelga, *wie auch etliche Predicanten als Herr* Octavianus Mey, Nicolaus Cheſelius (*nit* Caſtelio) et Antonius Andreoſcia, *welche es doch aus gutem Eiffer thaten. Iene waren alle hitzig wider den* Planta, *weilen ſie zu keinen Aemteren gelangen mögen, die zogen anfänglich an ſich die Leuthe von ihrem Pundt,*

ro Reformationis ingenti labore et taedio exhausto expertus est se aegrum curandum suscepisse, qui medicinam nec admittere nec sanari velit, et pro sudoribus multorum odia retulit, ut vulgatum illud huc pertineat:

Curando quaedam fieri maiora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit.

Rigor istius Reformationis tantum hominibus terrorem incussit, ut nonnulli Iudicio Reformationis annexi et iureiurando devincti, quique in aliorum errata inquirere debebant, ipsi Reformationem conculcarent, quosdam in iudicium vocatos et citatos, ex citatorum albo eradentes, si vexationem ab ipsis pecunia redimebant. Haec de Reformationibus, quamvis diversis temporibus acta ad maiorem lucem, uno tenore oculis subiicere libuit.

Caeterum brevi adparuit, quam parum in Reformatione profectum fuerit. Nam statim atque electio Officialium a Communitatibus fieri coepta est, omnia apparuerunt incommoda, quae antequam lex daretur praevisa ac praedicta fuerunt: Practicae nempe ubique inundarunt Illi qui Praefecturas ambiebant, satis se excusatos censebant, si ipsi quiescere viderentur, et uxores, aut cognati, aut alii subornati practicas totis viribus exercerent. Quin etiam cum iusiurandum ipsis defereba-

Pundt, hernach ritten sie durch alle drey Pündt begerende das jedes Hochgericht XV. Man nach Chur abordne: Diese setzten ab etliche Reformationsartickel, und-wvar als ein Orth zum Straffgericht Chur ernamset. President darin vvar Andreas Tscharner, *ein frommer aber einfaltiger Mann und vvaren unter andern gestrafft* Rudolff *von* PLANTA *Landshaubtmann umb* 12000 *fl.* Albert *von* SALIS vicari *umb* 3000 *fl.* Wilhelm *von* MONT *Podestat zu Tiran umb* 4000 *fl.* Horatius Molina *Podestat zu Trahona, und* Ioann TRAVERS Commissari *zu Clessen auch umb* 1000 *Cronen,* Doctor Andreas RUINELI *so den* rescriptum *von sichern Geleit an Greg. Quadrium gestellt, umb* 5000 *Cronen. Also vvaren etlich zum theil Pündtner, zum theil Underthanen durch Geltbus gevvalltig abgstrafft. Endlich haben zu Abtrag der Kostung alle Amtsleut so von anno* 1585. *im Veltlin Aemter bedient, jedem nach gestaltsame seines Amts durch Unterhandlung der Eydgenossischen Gesandten steuren müssen: vveilen die Zehrung ohne dieses nicht könnte bezahlt vverden.*

batur, ſive ab ipſis exigebatur, an electio ſine ambitu et practicis facta eſſet, impudenter et audacter peierabant, ſatis factum putantes ſi fuco aliquo inducto crimen coram hominibus utcunque tegerent, de Numinis offenſa parum ſolliciti. Haec illis qui iuramenta exigebant ut plurimum nota erant, ſed de legis violatione nihil inquirebant. Praeterea a Communitatibus eligebantur ſaepe homines ad gubernationem nullatenus idonei, imperiti, linguae italicae ignari, quique in Patria nullam Magiſtratus partem adtigerant, ſed armentorum curam geſſerant, aut aliis operibus manuariis victitarant. Hi ad ſubditos profecti, tanquam in alienum orbem delapſi toti Reipublicae, a qua mittebantur, dedecori, ſubditis deriſui et contemtui, et ſibi ipſis inutiles erant. Quamprimum munera Locumtenentis et Cancellarii conſtituto praetio vendebant. Omnia Officio incumbentia deinceps per illos adminiſtrabantur. Praefectus tantum umbra et nomen inane erat, et ab illis tanquam truncus ad libitum trahebatur, ſicque authoritas et adminiſtratio rerum omnium a ſubtitis pendebat. *)

Iſtius Reformationis articulos utpote oeconomiam ac Regiminis modum concernentes non e re noſtra eſt hic adponere, quum et in omnibus ſtatutorum Municipalium Editionibus legi poſſint.

In Antememoratam Reformationem liceat ſequens adponere Epitaphium:

Siſte gradum et Tumulo lachrymas aſperge viator,

Heu lacrymis ſemper ſors mea digna fuit!

Non-

*) Id. l. c. p. 625. *Alſo vvar im erſten Iahr zum* Vicariat *Veltleins beförderet Balthaſar Caſteiſch ein unkönnender Mann, und zum Podeſtatenamt Tiran Iohann Bircher ab Prada, der allein zum küemelchen reverenter taugentlich vvar. Underzvviſchen haben die Underthanen die Leutenamt und Cantzleyſtellen angefangen zu ſuchen, da ſie dann in vvährender ſolcher Blindheit ihre Raach und Räubereyen in das Werk richten können.*

Nondum prodieram triſtes in luminis auras,
cum mihi turba potens bella nefanda parat.
Naſcentem oppugnant, ingreſſam limina vitae
mille doli excipiunt, ſpicula mille petunt.
Vivo inviſa nimis, laceror miſera undique, factum
oderunt multi qui peperere ſuum.
Anxia ſollicitam per mille pericula vitam
exigo, vita mihi nil niſi poena fuit.
Ambitio tandem, atque ardor ſceleratus habendi
proſternunt, laniant viſcera, dantque neci.
Hippolitum non ſic diſtractum, membra fuiſſe
non tua ſic Pentheu dilacerata pecto!
Meta malorum aliis mors eſt: poſt fata negatur
Heu ſoli optata poſſe quiete frui.
Accuſant, damnant multi iam lumine caſſam
defendunt alii, vivere quippe putant.
Cum lex non vivat ſine vindice, iura Tyrannis
exercere vetet noſtra Nomaphylaces.
Sic miſera adverſis fortunae flatibus usque
iactata, ante ortum viva ſepulta fui.
Tu qui iam cernis buſtum miſerabile dicas:
SIT TIBI GRATA QUIES, SIT TIBI TERRA LEVIS.



CAP. X.

1603 — 1613.

Galliarum Rex perpetui Foederis cum Helvetiis, et Raetis confirmationem impetrat. Hinc irae Hispanorum Ducatum Mediol. tenentium. Foedus cum Venetis pangitur. Hispani fortalitium Fuentanum exstruunt. Tractationes hinc variae. Legati Gallici Paschalii in Raetia actiones. Raetorum tumultus aegre compressi. Foederi Veneto renunciatur.

Quod si postremis ad nos seculis cuiquam Imperantium subire animum cogitatio potuit, veteris Romani Imperii sub unum caput revocandi, nulli meo judicio maiori jure ea tribuitur quam CAROLO V. Caesari Augustissimo. Is enim quum laetissima Neapoleos, Siciliae, ac Sardiniae regna, Belgium integrum, Burgundiam, Dynastias Germaniae plures, Ducatum Mediolanensem, amplissimas Hispaniarum terras, Caesaream denique dignitatem teneret, consilio praeterea, fortitudine ac auctoritate inprimis valeret, unus utique reputari potest, qui submittendis caeteris Europae potentiis par censeri queat. Sane CAROLUM Monarchiam (ut aiunt) universalem animo molitum fuisse, adque fundamenta eius iacienda religionis quoque zelum contra Protestantes exercitum adhibitum ab eo fuisse, at a sola negotiorum, impedimentorumque multitudine factum, ut designatorum exsecutio successoribus in solio Hispanico, ex Austriaco sanguine ortis suis reiecta fuerit, id inquam, communi fere consensu exponunt Historicorum probatissimi, quorum loco unum sufficiat adlegasse IO. BAPT. NANUM Equitem, et Procuratorum D. Marci. Illustr. Venetiar. Reip. Historiographum decantatissimum. *)

Erat

*) Hist. de la Rep. de Venise Tom. I. pag. 5. 6. 7. Edit. Colon. A. 1682. Dès le temps que Ferdinand le Catholique eut reuni ensemble presque tous Les Royaumes

Erat PHILIPPO II. ipsius filio Hispaniarum Regi voluntas utique seria Patris designata in effectum mittendi, sed a gravissimis bellis, quae cum

yaumes qui sont contenus dans l'enceinte de l'Espagne en joignant la Castille a'l Arragon, du quel Majorque, Minorque, la Sardaigne, et les deux Siciles sont les dependences, on pouvoit avouer que les Espagnols avoient jetté les fondements d'une tres puissante Monarchie. La fortune ensuite, pour seconder un si grand etablissement, par un secours de richesses immenses decouvrit a ce Prince un nouveau monde. Les Provinces de Flandre furent ajoutez a tant de grands etats, et quoy que ce ne fut pas la meme Maison qui regnât, les memes maximes ne laisserent pas de regner. Enfin les couronnes d' Espagne, et de l' Empire s'unirent ensemble en la personne de Charles-quint, qui ne manquant n'y de prudence ny de bonheur vit assez d' apparence a pouvoir etablir dans sa Maison, la Monarchie universelle. Mais au lieu que pour l'ordinaire, on voit des Siecles entiers, sans y remarquer des Souverains d' un merite fort eclatant, le sien au contraire en produisit d'un merite extraordinaire, puisqu'il eut affaire a François Roy de France, et a Soliman Empereur des Turcs, dont le premier n' avoit pas moins de courage que luy, et le second ne lui cedoit point en puissance. De sorte que Charles fut obligé de laisser a ses successeurs l'esperance, et les moyens de reussir dans une si vaste pretention.

L' Italie a cause de sa situation, de sa force, et de ses richesses, ou par quelque fatalité, qui sembla la destiner a l' Empire du monde, a toujours eté le premier objet des plus grands conquerants. Aussi l' Empereur Charlesquint ne manqua pas d' y augmenter ses possessions, ajoutant a ses autres Etats le Milanois, et mettant le pied dans la Toscane. Il prevoyoit pourtant bien que chaque pouce de terre luy cousteroit une bataille; que les Princes Italiens n' etoient point accoustumez a joug, et que leurs voisins seroient tout prests a les secourit. C'est pourquoi il lui sembla qu' il faloit enveloper l' Italie de plusieurs costez, pour la faire tomber d' elle meme, et sans quelle y prit garde, et pour y parvenir, il essaya de soumettre l' Alemagne, et de la laisser a son fils. Mais ce grand dessein ne luy ajant pas reussi, il se reduissit a une vie particuliere et privé, soit qu' il y fust poussé par quelque sentiment de devotion, soit qu' il fut porté par la satieté, que cause ordinairement le grandeur, ou par quelques raisons domestiques, et laissa a PHILIPPE II. le Royaume d'Espagne avec toutes ses dependences.

La Paix de l' Italie etoit une chose a la quelle il ne faloit point toucher, et comme un mystere qui avoit passé par tradition du pere au fils, qui non moins eclairé que puissant, s' appliqua sur tout a combattre ceux qui pouvoient troubler le projet de sa Monarchie universelle. Pout y parvenir il employa tous ses efforts contre la France, et contre l' Angleterre; mais ses armées et ses

cum Anglorum, ac Gallorum Regibus gerere habuit, a rebellione item aliquot provinciarum Belgii, vires illius licet summae ita dissipatae, labe-

ses tresors s' y consumerent inutilement. Les soulevemens des Hollandois le destournerent de ses pretensions ; et bien qu' il eut joint le Portugal a la Castille (ce qui etoit une augmentation d' une prodigieuse puissance) il se trouva sur la fin de sa vie depourveu d' argent, de forces, et de credit. Il tacha par des moyens pacifiques de reunir les Provinces soulevez de la Flandre en donnant un souverain a celles, qui etoient obeissantes. Il abandonna la France a son propre genie, et a la fatalitè des guerres civiles, et laissa l' Italie ensevelie dans les delices de la paix, et dans l' opinion d' une grande et d' une veritable felicitè.

PHILIPPE troisieme, qui etoit en la fleur de son age lui succeda. It etoit douè d' une singuliere pietè ; mais si peu appliquè aux affaires, que se contentant des marques exterieures de la Royautè, il abandonna toute son autoritè aux Conseils, aux Favoris, et aux Ministres. Ceux-cy jugerent a propos de continuer dans les memes maximes de repos que PHILIPPE second avoit jugè si necessaires, sur tout durant le Regne du Roy de France Henry quatrieme, Prince redoutable, et vigilant, qui ayant surmontè les traverses de la mauvaise fortune, ne s'etoit pas laissè endormir par la prosperitè, et qui auroit toujurs etè en etat de s' opposer aux entreprises de ses ennemis. Enfin pour empecher que les armèes de France, ne fissent quelque irruption dans l' Italie, l'Espagne conclut la treve avec les Päis-bas; et Philippe troisieme qui avoit etè portè par le Duc de Savoye a faire un accomodement à des conditions desavantageuses, crut avoir beaucoup gagnè, que d' avoir arrestè les François au delà des Alpes.

Les Espagnols ne songeant donc qu'a profiter des avantages que le temps et l' occasion peuvent fournir aux plus puissants, tachoient d' etendre les limites de leurs Etats, et d' unir, s'il leur etoit possible, leur dominations sans contestation, et sans eclat. Ce qui leur donnoit plus de facilitè, etoit qu'ils tenoient deja en leur dependence, et presque en qualitè de sujets, par quelque titre d' honneur, ou par quelque protection, plusieurs Princes d' Italie, qui se voyant trop foibles pour resister a une si prodigieuse puissance, et se croyant abandonnez des François, s' etoient enfin laissez aller a leurs interets particuliers, ou pour mieux dire a une pressante necessitè. Dans cette veue, outre les places du mont Argentaro en Toscane, et de Porto-longone dans l' Isle de l' Elbe, les Espagnols avoient construit le fort de Fuentes a l' entrè de la Valtelline, et avoient fait entrer des troupes de leur nation a Final, a Monaco, a Piombino, a Correge, et en d' autres petits fiefs de l'Empire. On voyoit par ce moyen, qu' ils estendoient leurs filets, et qu' ils en vouloient enve-

labefactataeque, thesauri adeo exhausti fuerunt, ut satis bene de suis rebus actum existimare potuerit, quando filio ipsius ac successori amissa restituere, adque maiora intentanda gressum promovere daretur. Reges illis Hispaniae, quamdiu Mediolanensem Ducatum tenebant, amicitiam semper ac foedus cum Raetorum Republica ambiverunt, sollicitaruntque, ex quo hunc praecipue fructum intendebant, ut per Valles Clavennae, Telinae, ac Bormii apertum omni tempore transitum haberent, quando exercitus

 ex

enveloper d'avantage; et quoi que de tels progrez qui se faisojent de temps en temps et successivement, donnassent de la jalousie a quelques uns, neantmoins les autres ne croyoient pas qu'il y eut assez de sujet de rompre la paix d'Italie, sous la quelle la plus part tenoient leur liberté fort assuré; ne s'appercevant pas, que bien qu'un anneau ou deux nesuffisant pas pour faire une chaine, c'est neantmoins par de tels commencements qu'elle se forme.

Apres la mort de HENRY IV. la France etant tombè en une longue minorité, les Ministres Espagnols s'imaginerent que le temps etoit venu, qu'ils devoient se servir de leurs conseils, et de leurs armes, pour prendre les avantages qui leur estoient offerts. L'occasion sur tout de se rendre maitres de l'Italie, leur paroissoit la plus favorable du monde. Premierement, parce que les François en etoient exclus, come nous avons deja dit, et en secend lieu parce qu'ils etoient sous le commandement d'un enfant, et d'une femme, et que les Ministres de cet Etat ayant different interets, n'etojent point d'accord ensemble. D'ailleurs, l'Italie paroissoit si abbatu, qu'on pouvoit dire, que celle dont la conqueste avoit etè la passion dominante des plus grands Conquerants, etoit reduite a mettre toute sa gloire en sa seule obeissance.

Entre les Princes Italiens, les uns etoient dependents de l'Espagne, parce qu'ils en recevoient boaucoup d'argent, les autres a cause de la proximité du sang et de l'alliance, et d'autres enfin a cause de leurs differentes pretensions. Les Papes mémes, soit qu'ils fussent occupez par le soin des choses de la Religion, ou que les soins particuliers de leur propre maison les destournassent de penser au bien general, regardoient avec respect celui qui etoit le plus puissant. De sorte qu'il ne restoit plus que les seuls Venitiens, qui s'appliquassent a la conservation de l'Italie. On ne laissoit pourtant pas de croire d'eux, qu'ils prefereroient la paix a toutes les autres considerations a cause du souvenir des choses passez, ou a c use de la prevoyance de celles qui pourroient arriver; aussi bien une Republique ayant, pour ainsi dire, des fondements inebranlables, peut s'attendre qu'il arrivera beaucoup d'accidents qui lui feront favorables, et dont elle pourra se prevaloir contre les autres Etats, qui sont sujets a divers inconvenient par la mort des Princes: ou par le changement de Ministres etc.

ex Italia in Germaniam, ac viciſſim traducere neceſſe ipſis eſſet; a) quo pacto integra Italia ſolo Venetorum excepto dominio a Hiſpanica potentia circumcluſa obſidebatur. Aſt his Hiſpanorum deſideriis omni niſu ſemper obniſi ſunt tum imprimis Gallorum Reges, maxime quando diſcordiis inteſtinis obruti non erant, tum etiam Venetorum Senatus ſuae libertatis tuendae valde ſtudioſus; atque ut deſignatis illorum in tempore praeſtrueretur, HENRICUS IV. Gallorum Rex fortiſſimus ac providus, per legatos ſuos Ducem BIRONIUM inclitum Heroa, Cancellarium SILLERIUM, ac MERICUM de VICO Anno 1602. Helveticorum populorum amicitiam, ac foedus ſibi conciliavit. b) Eodem tempore MERICUS de VICO Raetiam ingreſſus, Majaevillae ac Curiae conſidens, tantum apud Proceres ac populos Raetiae effecit, ut obtinuerit foederis olim cum Galliae Regibus ſanciti, ſaepiusque inſtaurati, renovationem confirmationemque, cuius foederis primarius articulus erat, quo Galliae Regi liber tranſitus concedebatur ad copias, exercitusque eius per ditiones Raeticas, vel in ipſam Inſubriam quandocunque traducendas. Veneti libertati ſuae ſaepem obducturi iam ante Gallum Anno nempe 1599. ALEXANDRUM AJARDUM in Raetiam dimiſerant ad paciſcendum foedus vel mutui auxilii, vel pro tranſitu copiarum ex Helvetia comparandarum, ſi quando juberet neceſſitas. Is tanto ſtudio commiſſa exſequebatur, ut uni HARTMANNO ab Hartmannis Viro in Senatu Raetico auctoritatis primariae, ſeptem millium Ducatorum honorarium obtulerit, ſi operam ſuam collocaret in foedere cum Venetis promovendo: nec tamen profecit, laudato Hartmanno licet Gallicis partibus addictiſſimo, munus illius recuſante dicenteque, nunquam fore, ut Raeti erga Venetos bonae viciniae officia negligant, detrectentve; aſt erencutrius Reipublicae videri novi foederis pacta. c) Cauſam habebat

a) Conf. ſprech. Hiſt. mot. p. 23. 24. Sub Carolo V. Anno 1550. ad foedus cum Hiſp. conciliandum in Raetiam venit Hieronymus Razonus Anno 1552. Io. Angelus Rizzius, Anno 1557. Bartholomeus Boſſius, ſub PHILIPPO II. A. 1561. rurſus Io. Angelus Rizzius, Anno 1564. Io. Anguiſciola, A. 1579. Antonius Calmana, A. 1587. Pompejus de Cruce Anno 1590 Antonius Ardoinus. Anno 1595. Gabriel Aſcenſus Camera. etc.

b) Vide de his Lauff. Helv. Geſch. Part. XII. Lib. I. ad A. 1602.

c) Sprech. Chron. lib. V. p. 228. 229. vid. et Paſcal. legat. Raet. ab init.

bat recuſatio praecipue in metu offenſionis erga Principes Auſtriacos, a quibus Hiſpani ditionem Mediolanenſem obtinentes ſaepius foedus cum Raetis ampliſſimis conditionibus propoſitis inire fruſtra ambiverant. Nec ſane, mirum ſiquidem ditiones Auſtriacae duobus lateribus Raetiae attingunt, eorumque commerciis ſine magno incommodo Raeti carere nequeunt: ab illis bene affectis beneficia, ab alienis non niſi damna plurima exſpectanda habent. d)

Vix ſignatum erat Foederis cum Gallorum Rege Inſtrumentum, cum in Raetia comparet IO. BAPT. SACCUS Hiſpaniarum Regis nomine, coram conventu Procerum ad Reformationem ſtatutorum, de qua capite ſuperiori diximus, tunc Curiae congregato, ſe ſiſtens, ab eisdemque exemplar foederis cum Rege Gallorum ſanciti expetens. Quod poſtquam accepiſſet, et quae illo continentur bene intellexiſſet, de iniuria Regi ſuo in renovatione Foederis gallici facta graviter conqueſtus eſt, allegando Regi Galliarum copias per Raetiam in Italiam traducere volenti tranſitum eſſe conceſſum, nec tamen ſtatum Mediolanenſem taliter reſervatum eſſe, prout iura viciniae requirebant, nec ſtatus ſecuritati ita proſpectum eſſe, ut confidere poſſit eveniente caſu tranſitus, nihil ſtatui Mediol. damni aut periculi a finibus Raet. verendum imminere, ideoque claris verbis proteſtatus fuit, niſi articulus ille de tranſitu in Foedere Gallico taliter moderaretur, ut ſecuritati ſtatus Mediol. cautum ſit, ſe ſecuritati aliis mediis ac rationibus proſpecturum, nempe arcibus, et fortalitiis fines ſuos muniturum. Quod ſi aliquod inde incommodum evenerit, habere Raetos ut ſibi id imputent, qui viam ad id aperuerint: quam ob rem adhuc in tempore eos praemonitos velle. Verum ita philtro Gallico faſcinata erat Procerum Raeticorum maior pars, ut vix ac ne vix quidem ſine magno vitae, et exiſtimationis diſcrimine quis contra Foedus gallicum linguam movere auſus ſit.

Veneti videntes renovationem gallici Foederis haud ita difficulter proceſſiſſe, animos Raetorum iterato tentare in animum induxerunt; quod quum eadem via, et per eadem media, quibus Gallus uſus fuerat, adgreſſi ſunt, et ipſi haud difficiliter obtinuerunt. Anno quippe MDCCIII.

d) Juvalta in Bioyp. mox ab initio.

MDCIII. durante adhuc Reformationis conventu, qui Thosanae celebrabatur, quidam QUINCTERIUS de QUINCTERIIS Mediolano ob homicidium exsulans, ac Venetiis degens Curiam venit, deinde Thosanam se contulit hic et ibi specie mercaturae exercendae commorans, tecte primum apud Raetiae primores semina foederis cum Venetis ineundi iacere coepit, nempe in illa frequentia ita voluntates explorari posse crediderat ille, ut quo is consessus inclinaret, eo rem adduci posse spes esset. Ac revera ab iis adeo pronis auribus auditus est, ut ipsi Proceres statim foedus multis nominibus praedicare ac commendare aggressi sint. Quincterius; dum in Raetia salnitrum, quod Venetias veheret, mercabatur, alio mentem, alio dividebat aures: tunc etiam animadversum est in publicis itineribus quosdam cum sarcinis, et mercibus ultro citroque commeare, qui per speciem mercatorum quidquid ubique diceretur, exciperent, et ea quae hinc inde libassent suis referrent. Cum e Raetia discessit Quincterius, quendam ex Proceribus, qui postea fax fuit eius factionis, per aliam speciem Bergomum perduxit, ubi cum illo Magistratu de legibus et conditionibus eius foederis serio agi coeptum. Ab hisce tentamentis ventum est ad rei rudimenta, quibus velut quibusdam auspiciis addicentibus, anno adhuc supratacto 1603. a Senatu Veneto, qui id foedus rogaret in Raetiam, amissus accessit IOANNES BAPTISTA PADAVINUS unius e Reip. Venetae scribis, seu secretariis, cui QUINCTERIUS comes datus quoque aderat. Ubi is fuit Curiae repente eorum studiis frequentari coepit, qui Reip. Venetae Capitaneatibus, quos vocant, Praesidiorum Praefecturis, ac muneribus inhiabant. Venetus Legatus eiusque fautores multi erant in depredicanda Venetorum cum Raetis amicitia, ab olim in hos cum liberalitate observata; esse enim dicebant quinque millia, et supra Raetorum qui in terris Venetorum vel mercimonia exerceant, vel alia quapiam ratione vitam trahant, neque permissum Inquisitionis Officio esse, ut religionis causa quenquam infestent, verum salvam cuique stare fidei professionem ac conscientiam. Praeterea maxime e re Rerumpublicarum esse, ut mutuo vinculo fortius colligentur. Hispaniarum enim Regis opes ac vires vastas liberis Rebuspublicis formidolosas esse imo insidiosas, ceu qui Monarchiae inhiet universali. Exemplum huius ob oculos evidentissimum esse foederatas Belgii Provincias, quae quum se regere nescirent, Burgundiae Duces in Caput sibi elegissent, tandem devolutas ad Austriacos

sub

ſub Caeſarum ac Hiſpanorum imperio ad ea extrema redactas eſſe, ut pro arbitrio omnia gererentur, haud ſecus ac ſi vendita mancipia ab olim fuiſſent. Alii adhuc Hiſpani Religionem et cum Pontifice Romano ſic denigrabant, ut Hiſpano aſſererent nullo modo foedus iniri debere, ceu qui poſtulantibus rebus ſuis Raetis, quos Haereticorum loco haberet, nullam habendam fidem eſſe et crederet, et profiteretur. Rurſum alii: Venetum foedus Regi Galliae gratum et acceptum eſſe, quo pluribus munimentis res Raetica inſiſtat: introductione demum iſtius Foederis omnem Hiſpano ſpem adimi, ullius cum Raetis ineundae ſocietatis; imo vero eos, quorum in Venetam Remp. ſtudia exſtent, hos eosdem Francici nominis cultores haberi. Regis et Reip. Venetae rationes usque eo connecti, ut his qui conſulit, illis quoque conſultum velit. Imprimis apud Communitates Evangelicas multa religionis mentio iniecta, aſſerendo quod ſi Venetum foedus ſemel fiat, haud eſſe dubium, quin Evangelium quam primum Venetiis vigeat, et inde per omnem Italiam propagetur.

Erant ex Miniſtris Evangelicis non nulli qui ſpecioſo Evangelii per Italiam propagandi praetextu capti, apud ſuos coetus Venetum Foedus promovebant, ſive quod id futurum revera crederent, ſive quod credere ſimularent. Contra Eccleſiaſtarum longe maior pars omne plane cum infidelibus (ſacro hoc termino Romanae fidei addicti, quivis tam Hiſpani quam Veneti intelligebantur) foedus abominandum eſſe clamabant. Et iſti pro roſtris mandatum illud Dei, Israeli olim datum de non pangendo cum Cananeis foedere, e) huc applicabant, addentes, haud meliora ex foederibus cum adverſariis Evangelii exſpectanda eſſe commoda, quam ſenſit fidele Regnum Jehudae Joſophati aevo ex ſocietate cum Achabo; ingeminando auditoribus ſuis verba quae Jehu vates Jehoſaphato olim dixerat: *an improbo auxilliari, et oſores Jehovae diligere te, Propter hoc fervens tibi incumbit ira a Jehova.* f) Identidem intonabant Jeſajae terrificam denuntiationem: *Vae filiis contumacibus dictum Jehovae ad agitandum conſilium, at non ex me, et ad obducendum*

e) Deut. VII. 1. 2. 3.

f) 2. Paral. XIX. 2.

cendum tegumentum, at non spiritus mei, ut adiiciant peccatum peccato, proficiscentibus ut descendant in Aegyptum, quum os meum non consuluerunt, ut roborentur robore Pharaonis, et recipiant se in umbram Aegypti. Nam erit vobis robur Pharaonis pudori, et receptus iste in umbram Aegypti, ignominiae. g) Pari enim ratione Romanenses, utpote Antichristi filios, Christi verae Evangelicae Ecclesiae insidias tendere aiebant, ac olim Achab et Pharao sanctuarium Hierosolymis subruere allaborabant. Huc adducebantur et illa Paulli: *Nolite impari jugo copulari cum infidelibus: quod enim iustitiae consortium cum iniustitia aut quae luci communio cum tenebris? quae Christo concordia cum Beliale, quae consentio templo Dei cum simulacris? Nam vos templum estis Dei viventis, quibus dixit Deus: habitabo in eis et inambulabo. Ego illorum ero Deus, et ipsi mihi erunt populus: quapropter exite e medio eorum et separamini, dicit Dominus, at impurum ne attingite, tum Ego excipiam vos, et ero vobis pro parte, et vos eritis mihi filii ac filiae, inquit Dominus omnipotens.* h) In memoriam revocabaant militares expeditiones suorum, ante id tempus in Romani Pontificis, et Galliarum Regis gratiam Mediolanum, Neapolin, Senas, ac Romam susceptas, factasque, quae maximum semper genti Raeticae juxta ac Helveticae detrimentum adtulerint. Praeterea Rhaetiam abs montium cacuminibus, adeoque a natura ipsa ab Italia disjunctam esse, adeoque praestare illi, ne quidquam cum Italia sibi negotium velit. Et cum Italia solis calore aestuet, venenatis quoque animalibus insectisve scateat, adeo non servire eam commodis Raetorum aeri aspero, at salubri adsuetorum, ut potius sedulo studio cavenda sit, tanto magis cum Itali promto astuto ac iracundo ingenio praediti, praeterea Evangelio inimicissimi essent, quo Raeti ipsis immixti, aut conjuncti deprimerentur, ac in angustias redigerentur: Cogitare debere Raetos foedus sibi intercedere cum Deo, per Evangelicam veritatem, quod imprimis violare nefas sit; adque illud ratum conservandum adesse media quoque externa a Divina manu subministrata, ad quemvis hostium incursum depellendum sufficientia, populum numerosum, transitus angustos, et impervios: Esse Raetis foedera cum potentibus Helvetiorum pagis, cum Vallesiis, cum

g) Esai. XXX. 1. 2. 3.

h) 2. Cor. VI. 14. Sq.

cum Gallorum Rege, denique aeternum vallituram amicitiam cum Romanorum Imperatore, adeoque non posse se bello peti, ut statim a foederis sociis non defendantur ac ab iniuria immunes praestentur: quod si iam antiquis foederibus dissimulatis, nova ferire instituant, evitari nullo modo invidiam posse. Ex foedere cum Venetis nascituram Hispanorum indignationem iramque: et si cum Hispano pacisci nova aggrediantur, fore ut Gallos, Venetos, imo et Helvetiorum aliquos sibi infensos reddant. Hi cum numero superiores essent, symmystas suos, qui ad foedus Venetum promovendum operas collocaverant, censurae subiecerunt, mulctaruntque, denique juramento se mutuo obligarunt, abs nullo plane exterorum Principum, neu directe, neu indirecte munera ulla, aut pensiones quae dicuntur, accipere, verum unitis animis adversum omnia exterorum foedera agere detonareque velint.

Sed frustra fuere omnes tum Ecclesiastarum, tum aliorum Patriae bene cupientium admonitiones. Auro enim Veneto obstricti Procerum plerorumque animi salutaribus consiliis utramque aurem obstruxerant; Ministros monendo ut intra Officii limites se continerent, nec de rebus ad gubernationem pertinentibus quidquam vel loqui ad populum praesumerent, aut curae esse sibi vellent, caeteros vero apud plebem odiose criminando illos Hispanos, Hispanique mancipia vocitando, ac quasi abs Hispanis ad obnitendum Venetorum foederi emti essent suspectos reddendo: licet boni illi per omnia sacra obtestarentur, se in Hispani gratiam prorsus nihil agere, sed ex pura tantum intentione, ut patriae quieti consulerent, et discrimina imminentia averterent, quae evitari vix posse metuebant, si offensionem gallico foedere conceptam nova insuper offensione cumularent, Hispanique et Austriaci potentissimorum vicinorum indignationem stolide provocarent. Sic Venetum Foedus, Populo artibus supradictis circumvento, obtruditur, in quo praeter alia, et transitus pro copiis, et delectus sexmillium militum ex Raetia conducendorum Venetis liberaliter promittebatur, atque Davosii Augusto mense in Comitiis ad annos decem concluditur. Omnia ibi, inquit Pascalis, Christianissimi tunc temporis in Raetia Legatus, festinata ac transacta. Ibidem legatio Venetias decreta, quae nulla mora dedit se in viam, ac Venetiis totius Raetorum Reipublicae nomine

ne foedus sancivit. *) Legati illi iidem erant, qui promotionem foederis tanto studio adiuverant JOACHIMUS de JOCHBERG, et THOMAS SCHAVENSTEINIUS pro Gryseo; AUGUSTINUS TRAVERSIUS, et BAPTISTA a SALICIBUS pro Cathedralibus; IOHANNES GULERUS, et HERCULES a SALICIBUS pro X. Jurisd. Foederibus, quibus se se quamplurimi aggregarunt, quos omnes diversae spes eo trahebant. Legati illi a Venetiarum Senatu multis honoribus affecti, et Equestrem D. Marci ordinem ac aureos torques domum reportarunt: sed a hoc foedere initium, saltem occasio ducenda tot infortuniorum, malorumque quae miseram Raetiam dehinc tot annis presserunt.

Enim vero PETRUS AZEVEDUS Comes de Fuentes, Gubernator Mediolanensis urbis, eiusdemque regionis Praefectus, Raetis iam quod nulla sui habita ratione tam cupide foedus Venetum amplexi essent iratus, hostilia quaeque contra Raetos moliri coepit: ac primo quidem commercia sustulit, ac transitum mercium, quae antea per Raetiam ex Italia in Germaniam transferebantur, et ex Germania in Italiam postea per montem D. Gothardi in Helvetios direxit; quod in damnum haud exiguum non tantum aurigarum, sed etiam totius Raetiae accidit. Nempe ea spe erat ille, fore ut Raetica plebs, hoc tanto damno irritata, hisce enim vecturis plurimum vivit, seditione facta caeteros omnes ad hoc novum foedus rescindendum vel invitos adigere. Neque hoc contentus atque adeo vindictae properus, mense adhuc Octobri die Simonis, et Judae ad lacum Larium, loco editiori ac sylvestri, cui nomen Montecchio, tantum non in agro Raetico, vix lapidem unum aut alterum a turre Olonia distante, quemque BROCARDUS ille BORRONUS Placentinus olim delineaverat exstruendae novae arci, ab ipsomet denominatae, fundamenta iaci curavit. Hic demum Raeti tanquam ex profundo lethargo excitati errores suos agnoscere, consilia illa damnare, et Foederis icti Auctores exsecrari incipiunt. Thrasones illi stolide feroces, qui antea ampullas contra Hispanos iaciebant, et vel solo afflatu illos fugaturi videbantur, nunc trepidant ac obmutescunt ad unum omnes, omniaque facta infecta voluissent. Verum facta fieri infecta nequeunt. Interea Communitates fremere ac tantum non

*) Foederis articulos in compendium missos exhibet Sprech. Cron. Lib. V. p. 19. 197.

non arma capere; certe ad operas Fuentani aedificii non ſolum prohibendas, ſed et contrucidandas impetu ferri. Sed is motus ſedatus eſt ſeu a prudentioribus, ſeu ab illis, quos Fuentanus ad obſequium ſuum promiſſis ac muneribus ſuis perduxerat. Poſtea enim plebs ſaepe queſta eſt tunc ſibi eorum artibus illuſum fuiſſe, qui per corruptelam Fuentano favere dicebantur: licet id nunquam compertum evaſerit.

Suppreſſo populi primo impetu ad Fuentanum mittitur IOANNES BAPTISTA A PRAEPOSITIS dictus alio nomine ZAMBRA rogatum, ut Raetico ſenatui fide publica Mediolanum mittere legationem liceat. Id iſte ea lege impetravit, ut de Alpium tranſitu omnia pactionibus tranſigantur. Dicito veſtris, huic ait Fuentanus, ſi quos huc miſerint, mihi fore gratos, ſed pacta lege ſi mecum de tranſitu volunt redire ad pactionem: ſi aliter ſunt animati, domi maneant. Haec Raetis per Zambram nuntiata primo prudentiores, mox univerſos perculerunt. Dum Curiae quid facto opus eſſet conſulitur, ex Archivo Curienſis Epiſcopatus promuntur veteres membranae, quibus pacta veterum quorundam Imperatorum cum Epiſcopis Curienſibus continebantur. Iis pactionibus Imperatores palam faciunt, omnibus mercibus exin tranſitum fore per Alpes Raeticas, qua iter eſt ad lacum Pivarium, ſeu Rivanum, hodie Vallenſtatenſem, dum modo Epiſcopi praeſtent itinera tuta, et pervia. Hac vetuſtate velut jure minime dubio, quamlibet non uſurpato, freti Raetorum Proceres, qui iſta curabant, palam dicunt, non licere Hiſpano eos tranſitus occludere, nec Raetos Mediolanenſi commercio prohibere, cum Mediolanenſem Ducatum conſtet eſſe feudum Imperii. Hac fiducia, et Fuentani fide, ut diximus, interpoſita Mediolanum legatio decernitur. A Proceribus fatigatus Epiſcopus una cum Raeticis legatis Mediolanum proficiſcentibus mittit GEORGIUM BELINUM, cui triennio poſt ea res propriis malefactis cumulata (loquor PASCALIS verbis) capite ſtetit. Legatis Raeticis praeter litteras, et mandata, vetuſta illa pacta traduntur, in quae BLANCA MARIA, Dux Mediolani, et quaedam Raeticae Communitates convenerant. Qua de re ANTHONIUS SONVICUS Raeticorum legatorum unus, ita diſſeruit, ut ea pacta nulla ratione convelli poſſe dixerit. Ad ea Fuentanus, ſalvete, inquit, Vos Ducatus Mediolanenſis, unde tantum capitis commodorum, memoriam ex animis veſtris ejeciſtis. Diu adhaeſiſtis Regi Chriſtianiſſimo:

haec

haec dicens caput aperuit, et corpus inflexit, id foedus vos claros potentesque faciebat: at nunc Vobis VENETA Respublica columen est. Ea res vos in modum torrentis praecipites dedit. Vos scitis quid de transitu statueritis. Si est ut de eo mecum convenire in animo habeatis, mecum tractationem instituite. Ad ea Legati: Exstant in quiunt pacta cum BLANCA MARIA, quorum Auctoritatem aequum est esse aeternam, et inviolabilem. His et aliis utrinque dictis, huc decursum est, ut pauci e Regis consilio delecti cum legatis de hoc negotio disceptarent. Et vero cum die postero is conventus in aedibus GEORGII MENRICHI Hispani haberetur, Raeti producta conventione Anno MDXXXI. cum FRANCISCO SFORTIA ultimo Mediol. Duce, urgebant arcem Oloniam ea diserta cum explicatione destructam fuisse, ut nullis unquam temporibus erigere eam amplius liceat; multo ergo minus inferebant in ullo loco Raetiae propinquiori ullam arcem sisti posse. Tunc Mediolanenses consiliarii: Vos vestris Foederibus haec pacta reddidistis irrita: iis nam disertim expressum est, ut amicitia utrinque tam sancte colatur, ut si Mediolanenses, et Raeti non duae, sed una tantum gens esse censeatur. Haec, inquam, tam unita vos vestris Foederibus disiiunxistis. Nempe (ut iudiciose JUVALTA) causa Raetica aequitate, et juribus nitebatur: sed jura viribus destituta parum efficaciae habent. Tempore conventionis Raetis res erat cum Duce Mediolani tantum, nunc negotium cum Duce Mediolani aliquot regnorum potentissimo Monarcha, cuius immensis viribus causae aequitas supprimebatur. Res utrinque magna contentione iactata. Sed cum in ea disceptatione neutra pars adhuc superior videretur, ille conventus redactus est ad pauciores, qui denique fuerunt sex, ut numero legatorum Raeticorum aequaretur numerus consiliariorum. In hoc demum contractiori conventu conscripta sunt capita foederis, et omnis res propemodum transacta. Quidquid ibi pactum fuisset, legati polliciti sunt intra sesquimensem a Communitatibus firmatum ac Mediolanum missum iri. Cum Legati Fuentano valedicerent, versus ad eos inquit: si ea quae facitis ex animo facitis, prorsus maturato opus est, ne id Vestri foederati rescicant. Nam si resciverint, rem infectam video. Haec fuit summa et exitus illius Mediolanensis tractationis. Nuntio Episcopi, eiusque fratri, qui ei Nuntio comes datus esset, ut uterque cum Fuentano de portoriis, et vectigalibus agerent, seorsim admissis benigne responsum ac dona utrique missa, singulis torquis aureus.

De,

Delegati illi omnes quo exſolverent promiſſa, ut in Raetiam remearunt, contenderunt, ut ea quae acta Mediolani eſſent Communitates quam primum rata haberent, ſane acrius quam ut non emti pecunia viderentur. Sed praetexebant ex eo nec pauca, nec parva commoda ſperari, imprimis arcis demolitionem, et belli cuius metus impendeat evitationem. A. MDLIV. Menſe Januario confluit Curiae conſilium Raeticae gentis. Ibi cognitum omnes propemodum Cummunitates conſentire de confirmatione pactionum Mediolanenſium, dummodo hanc ratihabitionem arcis demolitio e veſtigio conſequatur. Ibidem decretum, uti de hoc negotioHelvetii prius, quam quicquam ultra ſtatuatur, certiores fiant. Quapropter his de rebus in Helvetiam miſſa Legatio eſt, et Mediolanum altera. Qui ex Helvetia redierunt Helveticis pagis Mediolanenſia pacta probari dixerunt. At is cui ad Fuentanum Legatio data, qui fuit ille BELINUS iam memoratus, verſute quaedam occuluit; quaedam pauculis in aurem inſuſurravit. Propalam hanc Fuentani poſtremam orationem fuiſſe dixit, ſi Raeti pacta ſibi conſignata miſerint, arcem ſolo aequatum iri. Hac conditione audita, eam Communitates inſidioſam iudicarunt. Quid? inquibant, ſi foedere a nobis probato ac conſignato, arx nihilo minus maneat? Num quis quam tantae rei fidem eſſe in libidine Fuentani aequum cenſet? Hinc res infecta manſit.

Dicti Anni MDCIV. menſe Junio ALPHONSUS CASALIS Regis Hiſpaniae Legatus, qui tamen miſſu Fuentani Helveticas, et Raeticas legationes obiret, inductu quorundam Raetorum Curiam profectus eſt ea ſpe, ut omne hoc negotium e ſententia Fuentani tranſactum redderetur. Sed cum videret gentem factionibus diſtineri, et Fuentani deſtinatis intercedi, nihil ultra molitus ad ſuos rediit. Ne tamen prorſus de nihilo veniſſet Hiſpana factio perfecit, ut nonnullae Communitates Mediolanenſe Foedus conſignarent.

Haud multo poſt pagi Helvetici una cum quatuor Raeticis legatis totidem ſuos de hoc Raetico negotio Mediolanum miſerunt. Ab utrisque conſummata res eſt in eas leges quae Fuentano complacitae, Scil. ut liceat Hiſpano in Raetis habere delectum militum: ut ei Alpium Raeticarum itinera quovis tempore pateant exercitibusque ſuis: ſi quis ſuis

ſuis militaribus copiis illac tranſitum petat, ne liceat Raetico Senatui eam copiam cuiquam facere, niſi Mediolanenſi Gubernatore prius conſulto. Huius unius aeſtimatio iudiciumqun ſit, an ex eo tranſitu Mediolanenſis res detrimentum capere poſſit. Et quidquid is ſuper ea re decreverit, eo ſtetur. Compoſita erant omnia, ni protinus haec audiens in Raetiam advolaſſet Gallicus Legatus MERICUS de VICO, qui alias Salodori conſidebat. Hic ſuſcitatis ſuae partis fautoribus ſuggerere, per pacta cum Fuentano contractata Gallicum foedus temerari, Venetum ſolvi, vim Helveticam Helvetiae finibus circumſcribi, Raetis vero id quod pulcherrimum habent adimi, ius concedendi per ſua tranſitus, cui velint, ac denegandi, cui eum conceſſum nolint: omnem eam facultatem conferri in Hiſpanum, nulla tantae conceſſionis mercede. Declarationes enim illas in quibus ponebatur, licere Raetis libere, una cum ſuis commercimoniis per ditionem Mediolanenſem commeare, tales eſſe, ut quod ipſis adimere ſine iniuria non poſſet, id conceſſum eis, ſed luculenti beneficii loco haberi vellet. Illo adnitente Ilantii conſilium gentis habitum eſt. Illic qui Venetum foedus promoverant Merico vota dederunt, et Miniſtris quoque Evangelicis, quibus omnis pactio cum Hiſpano ſemper ſuſpecta erat, ſtrenue cooperantibus, Mericus obtinuit, ut a potioribus Communitatum ſuffragiis Mediolanenſis conventio interventu Helvetiorum firmata ſignataque, nunc reſciſſa ſit, ceu ab iis condita qui mandatorum religionem ſolviſſe, et iniuſſu populi id foedus feciſſe dicerentur, quo proinde Reſpublica non teneretur. Et ne ſine cauſa id ſanciviſſe crederetur, contra legatos Foederis Gryſei, qui Mediolani in ſupraallegata capita cum Fuentano tractaverant Ilantii, nec non contra Jurisdictionem Alvonovanam, quae Capitulationes illas contra Foederalium X. Jurisd. litterarum tenorem acceptaverat, Judicium Cenſorium inſtitutum ac habitum eſt. Ita Legati illi pro laboribus impenſis in graviſſimum periculum adducti, nonnulli etiam mulcta pecuniaria affecti fuerunt. Decem Jurisdictiones torques aureos, quibus legati ipſorum Mediolani donati erant, Comiti Fuentano remiſerunt. Hunc Merici in Raetiam adventum, inauſpicato ſidere factum, ptoclamabant alii, ac malorum originem ob provocatam ſponte in colla ſua potentiſſimi vicini indignationem; facile enim conjectu eſſe a Fuentano tantopere exacerbato nihil niſi hoſtilia exſpectanda eſſe.

Nec

Nec ſane fallebantur. Fuentanus quippe intellecta averſione Raetorum a foedere ſuo arci exſtruendae ac muniendae nemine adverſante incubuit. Interea adeo publici boni incurioſi erant Raetici Praetores Trahonae ac Morbenii conſidentes, SIMON MARTINUS Hypovadianus et CASPARUS JANICK Sexamninus, ut ille omnibus ſquadrae ſuae incolis pro levi pecuniola facultatem dederit ad inviſam illam arcem eundi, ibique operandi, hic autem ligna permiſerit ex ſua ditione abduci ad arcis ſtructuram adhibita. Incitato operariorum labore factum, ut intra paucos menſes moenia ad multam altitudinem excitata ſint, emerſeritque negotium (Paſcalis utor epitheto) atrox, minax, prorſus horribile liberae genti ſpectaculum, arx nempe in ipſis ſui primordiis nullius rei egens earum, quae ei munimento eſſe poſſent, atque adeo in quam paullo poſt quicquid, et obſidioni ſuſtinendae, et cuilibet quamvis arduae oppugnationi audendae uſui eſſet, undique congeſtum. Caeterum quia non ignorabat Fuentanus novum aedificium ſudem in oculis Raetorum eſſe, ergo ut tanto magis ſpectantes perſtringeret horrore, tanto intentior cuncta parare, et incoeptum ſuum iactantius extollere, ceu qui unica mole loco tam opportuno excitata, omnem Raetis, et finitimis populis aditum in Italiam ocluſiſſet. Id vero glorians in maius celebrare, et victoriae, ſummique decoris loco ducere. Planities circum collem in quo arx exſtructa viſitur, tota uliginoſa eſt et paluſtris; unde exhalationes noxiae oriuntur, quibus aër inficitur, vitiatur, ac adeo inſalubris eſt, ut vix per integrum menſem perdurarent ibi praeſidiarii quin morbis exitioſis corriperentur. Hinc fortalitium illud ab Hiſpanis adpellabatur Raetorum jugum, a Raetis Hiſpanorum ſepulcrum.

Augebatur Raetorum calamitas inde, quod ab illis ipſis, a quibus in iſtum ſtatum alienationis contra Fuentanum perducti, et impulſi erant, parum conſilii, et multo minus auxilii in medium conferebatur. Helvetii inter ſe non ſatis concordes, quovis alio pacto, quam aperto marte rem cum Fuentano conficiendam ſuadebant; de ſubſidiis aut auxiliis ipſa mentio inviſa. Venetus Senatus in tanta occaſione ſublevandi Raetos non verebatur profiteri ſe Italicae quietis turbatorem haberi nolle. Nempe propugnatio Raetorum gravem Fuentani offenſionem concitatura videbatur. Id quod cum Regi Gallorum relatum eſſet, dixiſſe

xisse auditus est: *modo*, inquit, *dum quietem Italiae turbare metuunt*, *ne eius servitutem maturent*. Sed nec Regii legati multum supra bella verba, et Regiae benevolentiae contestationes proferebant, quinimo ubi pressius urgebantur pulchre respondebant nullam sibi satis idoneam causam videri, quam ob rem Rex suus, dum alienum negotium agit, aliquo se bello non necessario illigatum iret. Eum utique Raetis ea lege ac conditione adfuturum, si ex aliis foederatis Venetis nempe ac Helvetiis quisque pro sua virili in eandem rem, id quod aequum fuerit, conferat. Abs se uno nunquam hanc aleam iactum iri. Cum enim hostis sit a latere, ipse amicus procul, nec se ex utilitate Raetorum posse quidquam tale suscipere, nec suadere suis foederatis ut deserti a proximis tum seri ac longinqui auxilii sola spe freti, se bello committant. Ne si ipsis ea res improspere cesserit, id sibi ut auctori alicuis cladis adscribi merito possit. Nec enim vel si tota Raetia in Hispani servitutem redigatur, quidquam in Regem suum vel eius regnum damni redundare. Hae erant perbellae illae rationes, per quas quivis illorum haberi volebat extra obligationem coniectis in calamitatem succurrendi. Ab istis prolatationibus irritata plebs Raetica non semel in eam rabiem devenit arma arripiendi, in ditionem Mediol. irruendi, ac Fuentanum fortalitium propria manu evertendi, sub spe quando arma sua primum concrepuerint, mox Helveticos quoque secuturos, caeteros quoque foederatos adfuturos, hocque demum pacto rem confectum iri. At opportune monebant alii, totum istud ratiocinium nullo aut ruinoso fundamento niti. Temeritate plenum esse, et inconsultum esse contra hostem potentissimum, rebus omnibus ad bellum necessariis instructissimum, locum natura ac arte munitissimum obtinentem aggredi velle cum militibus Raeticis bello inexpertis, et ad imperandum magis quam parendum natis, praeterea armis, commeatibus, pecuniis, aliisque omnibus ad bellum necessariis destitutis. Nimium lentos ac cautos esse Helvetios quam ut in tantum discrimen suos sequi aut adire permittant. Fuentanus inopiam Raetorum cognoscens, tanto insolentius eis insultabat, imo ut irritaret eos aut inter se committeret, retractis ex territorio Raetico transfugis, jura dominii ipsorum violare non dubitavit; tandem ad Mesauciae vallis limites, altero ostio in Italiam, per quod Bellinzonam itur, aliud adhuc fortalitium exstruere parabat. Quae omnia cum Bellum apertum ptaenuntiare viderentur, ne

ex

ex improviso ditiones Raeticae a Hispano occuparentur, uti metus erat, Gallus ac Veneti communibus sumtibus a Majo m. Anno 1607. ad Jan. Anni 1608. militem praesidiarium in Valle Tellina aluerunt. Quo tamen facto Fuentanus tanto magis irritabatur.

Taedio mali externi, ac imminentis acerbati Raeti in sua viscera quoque desevire coeperunt seditione vesana concitata, quae animos adhuc magis turbavit ac distraxit. Huius talis origo. Dum Anno 1607. inter Pontificem ac Venetos tanta contentione lites agitarentur, ut armis rem conficiendam adpareret, Venetorum legatus IO. BAPT. PADAVINUS in Raetiam veniens, non expetita prius a Communitatibus venia, tympana pulsare, ac militem scribere coepit, indeque in Lotharingiam digressus est, ut milites quos ibi collectos reperiret, secum per Raetica itinera in Italiam duceret. Hac occasione usi partibus Hispanicis addicti pericula, et incommoda ex transitu Lotharingorum eventura multis, et confictis erroribus proponere coeperunt, addentes Articulum de transitu Foederi Veneto insciis communitatibus insertum esse, illum namque plerisque Communitatibus non praelectum, sed postea a quibusdam Foederis auctoribus ex Magistratu corruptis, et conniventibus fraudulenter adiectum esse, ac proinde Communitates ad foederis eo modo sanciti observationem adigi, et adstringi non posse. His Curiae in vulgus disseminatis, plebs ad suspiciones contra Proceres prona ac credula, pronis auribus accipiebat, credebatque omnia, inde fremebat, eaque aliis ex vicinis Communitatibus illuc quotidie commeantibus ingerebat. Hi domum reversi relata suis referebant, et ubique pronis auribus excipiebantur. Multitudo, apud quam vix est ulla forma sanitatis, ubi recto semel deerravit, per eam errationem recta fertur in praeceps. Ita et heic res eo processit, ut denique lymphatus quidam furor multas Communitates corripuerit. Horum studiis, sua catholici sacerdotes aggregabant, atque adeo perfecerant, ut Catholicae Communitates se Venetis adversarias profiterentur. Die sexta Maii Churvaldenses erupere primi qui rapto, et explicato vexillo Curiam perrexerunt. Plurimum ad illos motus contulerat Curiensis Episcopus IOANNES FLUGIUS, qui quum alias in suggestu rarissime visebatur, illis temporum circumstantiis Cizerii ac Traminii concionatus populum ad seditionem incitaverat: seditiosos illos deinde ad paucos dies non nullae

 aliae

aliae Communitates imitatae ſub undecim Vexillis ſuos milites Curiam miſerunt. Agminatim confluebant ſeditioſi. Adventantes ex Quatuorpagis, ac in Epiſcopali praedio Quadra dicto in unum globum coactos Epiſcopus ſereno vultu, ac manus quoque porrectione, mira plane affabilitate excipiebat. Ad poſtremum omnes Raetiae Communitates ſuas cohortes miſerunt Curiam, ſola Valle Miſaucina ac Monaſterienſi excepta, quarum ſoli Nuntii eo profecti ſunt. Auctores tumultus (ut fidem facit PASCALIUS) illius attente ſpeculabantur, quid quisque diceret, faceretve, ut prout res ſe reclinaret, eo ſua deſtinata dirigerent. Habebant in ſinu ſcriptas conditiones, ſeu articulos, et quidem Mediolanenſibus perſimiles, hosque per ſeditionem extorquere vadebant, dum poſcicendo per Gallicorum operas non datum fuerat. Illorum hic ordo, et ſententia.

1. Ne cuiquam extero alpium tranſitus concedatur.

2. Quo auctore praeſidium in Vallem Tellinam miſſum fuerit, et quis in ſtipendium eius praeſidii pecuniam ſuppeditet.

3. Nullum tranſitum Venetae Reip. a Communitatibus fuiſſe conceſſum, nedum tot militaribus copiis, quae ut ei militent, adventare dicantur.

4. A Communitatibus cum Franciae Delfino nullum foedus eſſe factum, nec amicis Regis ullum tranſitum eſſe promiſſum.

5. Conſilium ſecretum, ut quam primum profligetur.

6. Quae Communitates cum Mediolanenſi Ducatu vetuſto foedere junctae ſint, his ut illud renovare liceat.

A cohortibus editur concluſum nullum nec delectum, nec tranſitum permitti Venetis. Tribunal erigitur nomine STRAFGRICHTUM ex octo, et quadraginta judicibus conſtans, quibus ſingulis octo Satellites adtributi, in totum 384. Caeterum quae facies rerum inter ſeditioſos nec non cum delecto illo Tribunali fuerit malo edocere verbis Fortunati a

ti a IUVALTIS, qui ei ex Officio, miſſus ab Oeng. ſuperiore, cui Judicis charactere praeerat, in perſona interfuit. Is in hunc modum fatur: „ Miſſus Curiam ſpectatum quid ibi ageretur, ibi omnia praepoſtero „ ordine fieri reperi. Senatui ſceptrum e manibus exciderat: furia ple- „ bis fere ſola dominabatur. Cives Curienſes in illa colluvie prae cae- „ teris eminebant; nec Viri tantum, ſed mulieres quamplurimae clamo- „ ribus, et exſecrationibus Patriae operam navabant. Omnes illi Lo- „ tharingos repellere volebant, cum tamen illi finibus ſuis pedem non- „ dum extuliſſent, nec ſciretur de eorum adventu: Imo vero inter Ve- „ netos, et Pontificem de pace agebatur, quae etiam ſubſecuta fuit. „ Atroces ubique voces perſonabant contra Auctores Foederum, con- „ tra conſilium ſecretum quod nuper inſtitutum erat, contra Duces „ Praeſidii Morbenenſis, et contra hos eorumque bona dentes acue- „ bant, et vindictam meditabantur. Multa in primis dicebant quae „ articulo tranſitus annexa clamabant, omnia diſſona ac falſa quaeque „ non niſi a mente captis credi poterant. Quum illi ſemper excipe- „ rent copias, apographa Veneti foederis diſſidere ab Originali, Ego „ illud a Conſule Curienſe peto. Datur mihi. Ego illis. Duos ſtatue- „ runt lectores. Unus copiam legebat, alter Originale e regione tene- „ bat. Compertum eſt copiam alba amuſſi de verbo ad verbum con- „ cordare. Sic exemtus omnis ſcrupulus, et compertum quomodo „ iniqui illi Polyphemi fumos ubique vendiderint. Caeterum inter ſe- „ ditioſos haec rerum facies obſervabatur, illos qui antea bonae exiſti- „ mationis magiſtratu fungebantur, nunc paſſim deſpectos, et ſuſpec- „ tos vileſcere, et verſa rerum ſcena homines ex fece plebis antea nul- „ lius numeri nec nominis, feroces, temerarios, (quippe quibus plus „ ſpei per diſcordias quam in pace erat) quos nemo antea audire dig- „ natus fuiſſet, illos nunc rebus turbatis omnium eſſe corypheos, illis „ tantum ſtolidae plebis aures patere, hos vulgus per quaecunque prae- „ cipitia ſequi; ut vere olim dictum fuerit: peſſimus in turbis ſemper „ ſortitur honores. Excogitarant iſti quomodo utrumque foedus Galli- „ cum, et Venetum uno impulſu proturbarent, idque ſpecioſo aliquo „ juſtitiae praetextu (ut putabant) tegerent. Dicebant, ſi foedera eo „ modo, quo litteris mandata erant, Communitatibus praelecta ſunt „ eas ſine exceptione ad obſervationem teneri; ſin vero contrarium con- „ ſtiterit, Communitates ad ea quae ipſis inſciis per fraudem aliorum

 „ promiſ-

„ promissa sunt, non esse adstringendas. Inquirendum igitur diligenter, „ quo modo res se habeat. Inquisitionem vero hac ratione instituunt. E Magistratu qui rebus praefuerant, et earum notitiam habebant, neminem interrogant: ex infima plebe in singulis Communitatibus aliquot seditiosos examinant. Illi adtestantur in foederibus sanciendis coram Communitatibus nullam transitus mentionem esse factam. Haec isti tanquam plenas, et omni exceptione maiores probationes accipiebant; cum fucus merus esset. Viri enim graves, et fide digni contrarium asserebant, sed hiscere non audebant nisi discerpi voluissent. Die dicta vexilla omnia in planitie inter Curiam, et Amisium *Rosboden* dicta convenerunt, ibi vota Communitatum excepta sunt, et seditiosae numero superiores fuerunt, sicque utrumque foedus uno ictu prosternunt, et conculcant. Hinc actum est de Judicio constituendo, quod in illos inquireret qui contra Remp. fecissent, et nocentes pro meritis punirent. In numerum Judicum a seditiosis Communitatibus fere adlecti fuerunt, qui omnium fervidissimi, et in seditione movenda ac prosequenda acerrimi fuerunt. „ Hactenus Juvalta.

Considebat eo tempore in Raetia Galliae Regis orator CAROLUS PASCALIUS omnibus dotibus quae Legatum exornant ornatissimus; atque is volubilitatem plebis probe noscens, ea cum circumspectione occasiones rei suae agendae excepit, et in commoda sua convertit, ut eo tandem res perducta sit, quod ipsi seditionis Auctores a plebe quam excitaverant comprehensi, denique capite truncati fuerint. Adeo malum consilium consultoribus noxium evasit: id quod sane notabile est, quam raro repentina adeo catastraphe observata sit. Primipili illi, quos infaustus casus obruit, fuere GEORGIUS BELINUS a BELLOFORTE, et CASPARUS BASELGA Praefectus Austriacorum Castrensis in Raetigoia. Descripsit prolixius tragoediae in illo tumultu agitatae decursum clr. Paschalius modo nominatus quem adeant qui singulatim edoceri cupiunt. Nos puncta tantum miseris illis crimina data, et ob quae capitis poena eisdem irrogata fuit cum paucis aliis verbotim transscribemus. En ut res acta est. „ CASPAR BASELGA, verba Pascalii scribimus, prior ad quaestionem tractus. Ab hoc ordo sceleris tormentis patefactus est. Deinde compositus cum BELI, illa ipsa quae in tormentis dixerat rata habuit.

habuit. Certe ipsum Beli tergiversantem convicit. Is quoque BELI primo obstinate omnia negare, sed cum post perlatam primam vim tormentorum, Judices nihil de severitate remitterent, illa ipsa expromsit, quae Baselga, atque adeo plura, et maiora ut qui pluribus, et maioribus negotiis adhibitus fuisset. Uterque quidquid in carcere confessus fuerat, in eius veritate perseveravit usque ad supplicium capitis, quod de utroque sumtum, de Baselga die XIV. de Beli die XVI. Julii. Quae ex utriusque confessione elici potuerunt, haec sunt. Vetusta quaedam Diplomata, quibus fides fit Episcopatum Curiensem, et quicquid eius est, esse in clientela Ducatus Mediolanensis, Fuentanum firmare esse penes se. Id quod si anteacto tempore minus obtinuit, nunc ipse ad rem conferri oportere dicat, aequumque censere, ut Episcopus nomine clientis se Vasalli, se et sua iuris Mediolanensis faciat. Caeterum ea quae Episcopus suae ditionis esse firmat, si ei creditur, tantam Rhaeticae regionis partem occupare, ut quae reliqua est, prae hac futura sit exigua. Quod negotium ut ad exitum perduci possit, eos qui Hispano operam dant, omni ope id acturos, ut religio Protestantium e Rhaetia exturbetur, et in eam Mediolanense foedus, et auctoritas inducantur. Huius rei procurandae, et promovendae ipsum BELI Ministrum fuisse; cuius manibus haud ita diu in aliquot Communitates multa pecunia divisa fuerit. Eadem ratione multos privatae conditionis homines tentatos ac inductos, qui hos tumultus facerent, foedera rumperent, promissa transitus abolerent. Utrumque obnixe omnia fecisse, ut res ad hanc seditionem perduceretur. Eorum quae sequuta sunt, se quoque reos esse, uterque confessus est. Et quidem de arce Montecchii ac de Mediolanense Foedere, rem omnem ut esset uterque exposuit. His addiderunt nonnulla eiusdem generis vetustiora, et altius repetita, quae Praefecti Mediolanenses iam diu in Rhaeticam libertatem coeperint. Atque tunc qui se ab his indicatos aut accusatos fuisse vel leviter adorati sunt, continuo solum verterunt. Ipse Episcopus Curiensis supradictus confestim Curia derelicta Velcuriam ad Estiones demigravit. Postquam nulla spes reliqua fuit posse illos vel vadibus datis emitti, alteri eorum Gasparo nempe Baselga venenum in offa datum, ut morte repentina, et nullis editis consciis occumberet. Sed re deprehensa, illico datum est ei antidotum, cuius haustu veneni vis discussa

fuit

fuit, ipseque fato magis diro reservatus. Hoc fuit primum facinus illius Straffgerichti.

Post enim executionem, non ita difficulter effecit Regius Legatus ut abolito Hispanico foedere, paullo ante firmato, et Gallicum, et Venetum foedus pristino vigori restitutum sit.

Helvetiorum pagi a Paschalio excitati scriptis ad Raetos litteris seriis ac minacibus eos a seditione, diroque iudicandi modo abducere tentaverunt. Maximilianus Austriae Archidux vim quoque intentavit. Nec tamen potuit insanus tumultuantium impetus cohiberi. Quare ne impetuosus torrens omnia depascatur, in Helvetia miles adversus Raetos scribi coeptus, et seorsim quinque pagi, quorum opera Fuentanus ex sua libidine uti dicebatur, in Italicis praefecturis delectum habebant. Et hi quidem palam Mesaucinae Valli infesti erant, cuius incolae qua ratione se et sua tuerentur, serio cogitarunt. Isti quoque quinque pagi in quodam conventu qui apud Gersoviam habitus articulos conscripserunt eo sensu, et iis verbis contextos, quibus fidem faciebant apud se Raetos eo esse loco, quo sunt apud victorem victi. Hi articuli, ut credibile est, potius ea mente scripti fuerunt, ut Raetis essent contumeliosi, quam ut iis locum esse posse quisquam sanae mentis homo crederet. Posuit illos Pascalis in libro saepius memorato, cuiusmodi tunc in Raetiam allati, in eius manus devenerunt, et quia declarant quo loco Religionis causa habita fuerit, nos eosdem hic subiiciemus.

1. Episcopus, et Episcopatus quantum ibi hominum est, tum quicquid censetur esse in censu Episcopatus, ea omnia sint perpetuum protecta, et tuta, tum ab omni sumtu, vi, et iniustitia, prorsus immunia.

2. Catholicis auxilium praesto sit, ne eis ulla vis fiat in iis, quae ad Religionem pertinent. Nullus ei edicto locus sit, quo cautum est, ne Curiae quisquam rei sacrae causa adeat Episcopatum. Quin detur opera, ut quacunque extenduntur fines terrae Rhaeticae, cui sacro quisque volet, ei intersit. Denique ei, quam vocant libertatem conscientiae, locus ubique sit. Edicta item, et mandata adversus

versus Religionem Catholicam antehac edita rescindantur. Nec ullum eius generis in posterum fiat. His de rebus cum Raetis catholicis consilium habeatur; potissimum quo pacto haec ad effectum perduci possint.

3. Eae leges aboleantur, quae vetant ullum in Valletellina Ecclesiastici ordinis hominem extare, qui e Rhaetia non sit oriundus. Item illa, quae teneram aetatem ita educari, et institui vetat, ut sacris initiari, et ad ordines Ecclesiasticos promoveri possit. Id quoque curetur, ne ibi Protestantes, ullum litterarium ludum exerceant.

4. Litterae quas vocant, trium sigillorum, et aliae vetustae Rhaetorum consuetudines propemodum prolapsae restituantur. His si quid addi necesse fuerit, addatur, Id potissimum, ne ad ullum Reip. negotium a singulis Communitatibus plus uno Nuntio mittatur: qua ratione tot corruptelae, quibus et ipsi probi depravantur, vitari queant.

5. Videndum quibus rationibus ea regio, cui nomen Octo Jurisdictiones ad sui Principis obsequium, ac proinde ad Religionem catholicam revocari possit.

6. Gravis poena mulctentur Concionatores Protestantes, quos vocant Ecclesiastas, si ullis civilibus negotiis interesse audeant.

7. Quisquis dona ad corruptelam acceperit, in hunc capitali supplicio animadvertatur.

8. Quamprimum aliud Tribunal, aliique Judices eligantur non suspecti, quo ius dici legitime possit. In authores eius tyrannidis, quae nunc Raetos conterit, exempla edantur. Qui rerum capitalium rei tenentur, in hos omne impensarum onus incumbat.

9. Ne Raetis liceat ullum posthac Foedus facere, nisi Helvetiis consciis, et illud approbantibus,

10. Ne dehinc Rhaeti habeant ullum legatum apud ipsos commorantem; cum ab his tumultus excitari dicantur.

11. Ratio exquiratur, qua foedus Venetum rumpi queat. Tum qua ratione effici possit, ut Rhaetia cum Gallia, et Mediolano conveniat, usque eo, ut utrique satisfiat.

12. Quibus simultatibus, inimicitiis quaedam Rhaeticae familiae exerceri solent, exstinguantur, fiat edictum, quo universi moneantur, ut ipsi inter se, et cum multitudine concorditer agitent.

13. Cum apud Rhaetos omnia tranquillata fuerint, tunc tradant Helvetiis oppidulum, cui nomen Maianfeldum, sive campus Majae, Malansiumque pagum. Haec ab iis per aliquot annos habeantur, quo pacta et promissa constantius servari, reverentiusque haberi possint.

14. Postremo cum domo Austriaca, et cum Mediolano tractatio instituatur, quae eo spectet, ut uterque nostrae gentis curam suscipiat. Copiae militares pagorum Catholicorum aperta camporum obtineant, nec inde prius abscedant quam se Protestantes ad sua receperint. Haec illi.

Tandem a seriis adeo confoederatorum monitis, et ab externo malo, cervicibus imminente, permotae Raetorum communitates pluralitate caeteris praeponderante leniora decreverunt, ac Judicibus prioribus abrogatis, alios substituerunt, novoque Tribunali Revisorio locum Iliantum dixerunt. Coram isto Tribunali, absentes, aut qui comparere renuerant, se stiterunt, ubi auditis eorum defensionibus certa pecuniaria mulcta exsoluta absoluti, et illi contra quos in seditionis fervore tam atroces sententiae latae erant, pristino honoris ac splendoris gradui restituti sunt. Et hic haec tragoedia in comoediam propemodum exiit, ac summo jure anni istius tumultuantis furor chronostico apposito *DeMentIae rVstICae* abs JAC. ANTONIO VULPIO Vertoniense notatus sit, cuius rythmos historiam elapsi illius septennii complectentes ex SPRECHERO placet adponere.

1602.

1602. 3. 4. Foederi junguntur: conſurgunt moenia: fruſtra
1605. 1606. tentatur cum Fonte reconciliatio: Miles
1607. praeſidio Valli datur. Expetiere cohortes
Menſ. Febr. Rhaeteas Veneti. Hinc Hiſpanico factio ſigna
Mart. excitat, et coeunt furioſa mente coloni.
April. BELINUS capitur: franguntur foedera, vexat
hinc Cenſura Patres: fugere malique, bonique:
Junio. Ruſtica turba redit: tunc vires fracta reſumunt
Julio. Foedera, cum ſocio medius cadit enſe Belinus.
Rhaetia tota fremit, Magnatibus ultima quaeque
intentat Vulgus. Mutatur mox locus, et Mens
Jusque datum eſt alibi: Redeuntque bonique malique,
Mulctanturque ſimul, magno haud diſcrimine cuncti.
Plebs luit impenſas, pretiumque ob ſtulta reportat
facta ſuum. Infitiare, malum hoc generale fuiſſe?

Chronoſtichon.

ConsVrgVnt VeXILLa, trVCe et CaDIt enſe BeLInVs
DIffVgIVnt ProCeres: RhaetIa tota fVrIt.

Aliud:

RVſtica tVrba fVrIt: Magnates RhaetIa peLLIt
expoſuItqVe ensI tVnC CoLLa BeLInVs aVaro.

Anno
DeMentIae RVſtICae.

Vesanae istius seditionis originem, Acta, et eventum peculiari libro sat spisso quindecim Capitibus constante conscripsit BARTHOLOMEUS ANHORNIUS senior, Ecclesiastes tunc Majaevillanus, cuius Autographon in Biblioth. Vadianopublica San. Gallensi, Apographon ipsius Dn. Io. Henr. Waseri Reip. Tig. olim Consulis Ampliss. manu descriptum in Bibliotheca Civica Turiensi asservantur. Utcunque seditio eum sortita non sit effectum, quem intendebant Hispano addicti, nunquam tamen desitum est in Foedus Venetum, ceu malorum omnium tam externorum, quam intestinorum originem inclamari. Unde factum quod vulgus tanta ceperit satietas famosi illius Foederis, ut cum desiderio expectaverint decimum nempe exspirationis annum, quo illud terminabatur. Taedium populi auxerunt CAROLI PASCHALII Regii Legati Gallici negotiationes, qui (quum inter Regem suum ac Venetam Remp. nescio quis dissensus extaret) apud Raeticas communitates, tecte, largitionibusque effecit, ut iam Anno MDCXII. m. Febr. renuntiatio Foederis cum Venetis decreta sit, et per Thomam Molinarium (qui etiam ex pecuniis a Paschalio subministratis viaticum accepit, et litteras) Venetiis solenniter indicata. Ast Paschalium hoc actu Hispanizantium quaesivisse amicitiam, et Regis sui commodis minus bene consuluisse judicatum fuit a plerisque. Nec finis adhuc malorum.



CAP.

CAP. XI.

1613 — 1618.

Veneti omnibus modis agunt, ut Foedus ſemel initum continuetur a Raetis. Sed fruſtra, contranitentibus Hiſpanis. Nova tranſactio cum Gub. Mediol. ſuper demolitionem arcis Fuentanae. Steph. Guefferii Legati Gallici operae ad abolitionem illius. Padavinus Raetia abire juſſus. Gymnaſium Sondrii erigendum. Impedimenta obiecta. Straffgerichtum contra Venetizantes. Gub. Mediol. vecturam mercium per Raetiam prohibet. Motus in Raetia. Paſtores Evangelici Hiſpanis male volunt. Synodus Bergunii. Seditio inferiorum Engadinenſium, et ſucceſſive reliquorum convolantium. Straffgerichtum Thoſanenſe, eiusque Acta. Nicol. Ruſcae mors. Querelae adverſus Straffgerichtum illud.

Renunciationem Foederis abs Raetorum Senatu inopine adeo intimatam Senatus Venetus aegerrime tulit, ac ut Raetos ſibi rurſum conciliaret, omne ſtudium impendit, ſed infructuoſo ſemper ſucceſſu ob Paſcalii operas illis contrarias. Diſtinebantur eo tempore Veneti bello contra Archiducem Ferdinandum, et contra Uscoccos Liburniae populos rapto vivere adſuetos, ad quos ſubigendos auxilio externi militis ſeu Raetici, ſeu Helvetici, vel aliuscunque, ac tranſitu indigebant ſummopere. Nova itaque eaque magis proficua pacta oblaturus Anno MDCXIII. exeunte Curiam adpulit GREGORIUS BARBADICUS Nobilis Venetus, qui antea apud Sabaudiae Ducem legatione functus fuerat. At et huic Paſcalius dicere in faciem non dubitavit: *Penes Galliae Regem ſtare, an Raeticarum Alpium clauſtra Venetis pateant, an minus.* Id quod cum ille nimium vera eſſe comperiret, digreſſus in

 Helve-

Helvetiam cum Tigurinis ac Bernatibus primum foedus pepigit, ſperans ex horum interceſſione a Raetis obtinere, quod ipſe minus potuerat. Et ſane adſuere mox duorum illorum pagorum Legati tranſitum pro Helvetica legione in Venetorum terras, a Senatu Raetico ſollicite petentes: ſed nequidquam profecerunt, cum firmum ſtaret propoſitum tranſitum Venetis amplius non concedere. a) Alia igitur via res tentatur. Spe amplae mercedis inducti tres ex Raetorum Proceribus haud infimi CONR. PLANTA, VOLPHG. JUVALTA, et CAROLUS a Marca, circa finem Anni MDCXV. Bergomum profecti ſunt, ibique cum Venetorum Praefecto de conſcribendo milite Raetico tractarunt, denique et minime ſegnes, manipulatim ſuos eo mittere coeperunt. Menſe ſtatim Februo proxime ſecuti Anni MDCXVI. IOAN. BAPT. PADAVINUS idem qui ante XIII. annos foederi pangendo interceſſerat, Curiam delatus Dominorum ſuorum nomine diſſimulata foederi mentione militem ac tranſitum petit. Quo audito etiam Caeſar per iteratum nuncium, Hiſpanicus quoque apud Helvetios Legatus ALPHONSUS CASATUS Comitiis Raetorum ſuis expenſis convocatis hos ab amicitia Venetorum, ſimul et ea conceſſione militis ac tranſitus ſerio dehortati ſunt. Senatus perpenſis malis, quae Raeti hactenus occaſione foederis cum Venetis icti pertulerant, firmiter nunc edicit, *ne quis ſub graviſſima poena militem ſcribere, aut in militiam Venetam proficiſci* praeſumat. Inſupra m. Novembre Curiae cenſorium tribunal inſtitutum, quod transgreſſoribus mandatorum publicorum, nempe iis qui militiae Venetae nomen dederant, ac maxime illis qui Capitaneatus gerebant, (erant autem bene multi, ac nonnulli auctoritate inter Raetos pollentes) b) graviſſimas mulctas pecuniarias irrogavit: ordinarius quoque curſor Bergomum usque proficiſci juſſus fuit, ad revocandos milites. Sed huic nemo militum obtemperavit, quin potius de die in diem nova agmina plerumque noctu, per ignota itinera, ac montium anfractus ad Venetos, a quibus ampliſſimo ſtipendio invitabantur, excipiebanturque, tranſibant. Ex eo concurſu Veneti collegerunt haud ita difficulter poſſe fieri ut renuntiatum foedus inſtauretur: ſi modo ad ſubmovendas difficultates Tigurini ac Bernates Raetis amiciſſimi ipſis ſuam operam ſtudiumque apud

a) Spr. Hiſt. Mot. p. 34. 35. 36.

b) Nomina vide ſis ap. Spr. p. 39.

apud Raetos commodarent. Hi Venetis gratificaturi Legatos ad Rhaetorum Senatum Decembre mense Ilantii coactum miserunt, qui senatui causas, ob quas ipsi se Venetis junxerint adducunt, et quam de necessitate sit, ut Respublicae se mutuo adjuvent, graviter exponunt, Raetosque ad Venetum foedus amplexandum exhortantur. Post eos PADAVINUS gravi pariter oratione Reipublicae suae mandata exprimit, utque Senatum facilius lucraretur, Gallum petitioni suae nequaquam adversari adiecit, veniam denique ipsas Communitates ceu supremum Magistratum adeundi expetiit. Postremum ideo petebat, quod sciret plurimas Communitates, a faventibus sibi, quos nummis bene impleverat, ad recipiendas conditiones oblatas, haud sane, improbandas inductas esse. At Senatus ille nec veniam adeundi Communitates concedere voluit, nec Legatus Gallicus Steph. GUEFFERIUS qui PASCALIO succenturiatus erat, in foedus expetitum, consensum dare, imo e contrario potius Communitates exhortari, ne in hoc negotio praeproperent.

Sed neque dormiebant Hispano nomini addicti. Fuentano Comiti demortuo in Regimine Ducatus Mediol. successerat Dominus de VALASGA, qui non omnia antecessoris sui acta laudabat, quin imo inter alia arcis Fuentanae exstructionem ceu Regi sumtuosam, nec ulli praeterea usui perhibebat, nempe ne a Raetis alieno esse animo videretur. Is intellectis Venetorum adtentatis Martio mense Anni MDCXVII. in Raetiam mittit ALPHONSUM CASATUM Regis sui apud Helvetios oratorem, Lucernae alias considentem. Hic Curiam delatus in hunc se finem venisse declarabat, ut quod dissidii inter Mediolanensem statum ac Raetos inveniretur, amice componeretur, praeterea ut rationes inirentur, quibus vicinae hae nationes in posterum amice, pacifice, et confidenter inter se agere, conversari, et commodis, quae ex bona vicinitate proveniunt, utrinque gaudere possint; idque si fieret etiam arcis Fuentanae demolitionem pollicebatur. Hinc electi aliquot qui eum adirent, et cum eo tractarent, ut acta illorum Communitates perscribi, atque Votorum pluralitate approbari aut reiici possent. Conduntur articuli, quorum tenorem Sprecherus his verbis exponit. „ Perpetua amicitia „ ac foedus Regem Hispaniae inter ac tria Rhaetiae fodera esto. Tran-„ situm Hispanus eo modo, et conditione, quo per Helvetiorum „ quin-

„ quinque pagos, per Rhaetiam habeto. Militum Raeticorum numerus sex mille ne excedat, neque infra duo millia subsistat. Commercia libera sunto. Rhaetis quando velint Hispanus bis mille milites, aut si malint pecuniam pro eis conducendis promittit: cuilibet foederi mille quingentos annuos Ducatones Mediolanenses dare pollicetur. Arcem Fuentanam funditus demoliturum spondet. Raeti vicissim a foedere Veneto, transituque illis permittendo in perpetuum abstinento. Insupra aliquos juvenes studiosos Mediolani vel Papiae litteris operam daturos Hispanus alere offerebat. „ Act. d. Mart. MDCXVII. a)

Adversum hos articulos undique clamatur. GUEFFERIUS Legatus Gallicus per illos foederi cum Rege suo derogari dicebat, et per Interpretes Regios tum voce tum scriptis apud Communitates se opponit. Tigurinorum, Bernatum, Basileensium, Scaphusianorum, ac Glaronensium Legati eam ob causam Aroviae congregati, communi consilio datis d. XXX. Mart. ad singulas Raetorum Communitates litteris antedictorum articulorum cum Hispano confirmationem disuadent. Iam ante illos, superiorum absque dubio impulsu die nempe XIII. Mart. ad Raetiae Ministros Ministerium Tigurinum serias dedit litteras IO. JACOBI BREITINGERI Antistitis manu scriptas, quibus capitulationes cum CASATO initae, ceu Religioni Evangelicae, Raeticae simul ac Helveticae libertati iniuriae declarabantur, monebanturque fraterne Ministri studium suum, aestimationemque ipsam interponere, efficereque ne illae confirmentur, ratave habeantur. A tot tantisque partibus cum improbarentur Pacta Mediolanensia, facile coniectu est ea accepta a populis non fuisse. Evangelicorum Ecclesiastarum plerique vel proprio in Hispani partes odio, vel Tigurinorum, quos magni faciebant, monitu, impulsi adversum Capitulationes illas toto gutture, *iam jugulum causae Evangelicae peti clamant*, *iam per transitum Hispano concessum Raetiae terras*, *Neapolitanorum ac quorumvis Hispani subditorum incursionibus*, *depraedationibusque expositas esse*, *iam actum esse de Raetica libertate*, *ut quum de transitibus Raetiae Hispani arbitrio commissum sit*, *nec deesse aliud quam occasionem*, *qua arrepta Hispanus integram Raetiam*

a) Pag. 43.

tiam ſub jugum mittat. Miniſtrorum hortationibus operas quoque ſuas adiungebat GUEFFERIUS, per Interpretes ſuos paſſim apud Communitates, tum voce tum ſcripto Articulos illos impugnans, quos Raeticam libertatem ſubruere dicebat. Eo pacto effectum, ut nonniſi undecim ſuffragia ex omnibus Raetiae populis Articulis faverent: caeteri omnes illos procul a ſe eſſe juberent.

Hiſpanizantes igitur aliam viam ingrediuntur. Impulſu RODOLPHI PLANTA Cerneziensis, quocum MAXIMILIANUS MORUS Caſati Secretarius conſilia miſcuerat, d. XXV. Aprilis 50. Engadini inferiores Curiam appellunt, quibus totidem ex Majaevillano Dominio, multi item ex Quatuorpagicis, rurſus alii ex Corvantiis, nec non 50. Curienſes a Senatu juſſi, ſe jungunt, et aliud nil agebant, niſi quod Venetizantibus dira imprecabantur. Iſti delectis aliquot Thoſanam, ubi PADAVINUS haerebat, miſſis, ut a foedere ambiendo deſiſtat, et e Raetia diſcedat, hortantur. Padavinus autem moras trahebat ea ſpe ductus, majorem Tertii Foederis partem a ſe ſtare. Sed et hac ſpe ab operis Guefferii dejectus fuit. Congregati modo dicti, cum eis res ad votum non reſpondiſſet, Fürſtenovium, (qui locus Thoſanae proximus eſt,) usque ſe conferunt, indeque de maturando diſceſſu rurſus monent. Nil igitur ſpei videns reliqui Padavinus per Sexamninos ſuperato Adula monte Clavennam, indeque per Morbennium in Venetam ditionem remeavit. Nec hoc contenti Hiſpanizantes, de paenis a Venetizantibus ſumendis cogitant. Ad PLANTANI hortationes menſe Junio Remuſſiani, Cernezienſes, Scolienſes, Monaſterienſes, primi, et poſt eos omnia ſigna Cathedralis Foederis, uno Praegallenſi Sub-Portano excepto, Curiam devolarunt, exigentes inſtitui in Venetizantes judicium. Conſtituitur illico TRIBUNAL CENSORIUM, in quo GEORGIUS GAMBSERUS Praetor Curienſis Praeſidem agit. Communitates quae in Foedus Venetum conſenſerant magna pecuniarum ſumma mulctantur; adque hanc normam Praegalli Sub-Portani ſeptem mille florenis; pari natione, et duo Capitanei CONRADUS PLANTA, et WOLPHG. JUVALTA ſinguli quinque millibus; BAPTISTA A SALICE quingentis aureis, HARTMANNUS PLANTA mille aureis, ſic et reliqui ad modum culpae mulctati fuere. Erant qui JO. FLUGIUM Epiſc. Cur. in jus vocare volebant, ob id quod juramentum per Ilantinam ſententiam ipſi impoſitum non praeſtiterit. Sed abnuit major Judicum pars. Alii fuerunt, et hi quidem

dem Evangelici, qui Episcopum etiam armis tueri velle profitebantur. Sic actio evanuit. Eius tamen rei fama cum ad Episcopum emanasset, is pretiosiore supellectile collecta Fürstenburgum abiit. Populi maxima pars ex abrupto cum signis militaribus domum remeat. Guefferius, qui partem sumtuum illis suppeditavisse dicebatur, ex improviso Curia discedit, aiens se in Galliam vocatum esse. Sic solvitur Tribunal, nemine solvente expensas, quae quadraginta mille florenos excedere dicebantur b).

Praeter factiones, etiam Religionis causa illis annis Raetis negotia facessivit, ne a metu, et periculis vacarit. In Valle Mesaucea adcreverat numerus Evangelicorum, sic ut coetum aliquem conficeret, et Pastore diutius carere non posse existimaretur. Erant inter illos etiam dignitate praestantes viri duo, quorum alter Cancellarius á SONVICO, alter Praetor SIMEON de NIGRIS, qui memores quod adhuc ante viginti quinque annos Ecclesiasten habuerint, Anno MDCVIIII. Ministrum ad se evocarunt. Id ubi plebs catholica audivit, impulsu ANTONII GIOERII, de quo multus posthac erit sermo, cum impetu in Templum, ubi sacra Evangelici celebraeverant, irruit: feroces juvenes campanam de turre dejectam in terram defodiunt, inque eius locum scopas suspendunt, templum excrementis humanis, (sit auribus venia) conspurcant, sedilia in cineres redigunt. Nemini dubium erat impulsoribus Quinquepagicis Mesaucos Ministrum abigere voluisse. Quia profunda populum eius Vallis tenebat ignorantia, FRID. BORROMAEUS Archiep. Mediol. audito rumore crescentis numeri Evangelicorum, sacerdotes in Vallem misit, qui incolis, tum sacra publica peragebant, tum litterarum elementa docendo sedulam operam navabant, simul etiam odium in Lutheranos, (qua nomenclatione Evangelicos designant) instillabant c). Ad placandos interim utriusque partis animos operam quoque suam contulit Legatus Gallicus PASCHALIUS; ex quo juvabit causae huius seriem, ac eventum audire. In hunc fatur modum. „ Per eosdem dies A. 1609. in Rhaetia nihil advertebatur, quo Gentis quies interpellari posse quisquam crederet, cum derepente emersit negotium perplexum. E Ministris Protestantibus unus inductus est in Vallem Mezauci. Haec est una e Rhaeticis communitatibus „ iis,

b) Spr. p. 44.

c) Spr. p. 29. Conf. Graub. *Handl.* de 1618. it. Anh. p. 72. sq. Sprech. Chron. Raet. lib. V. p. 240.

„ iis, quae italico sermone utantur, et ipsa Italiae est Cisalpinae.
„ Quippe varia tribus linguis Rhaetica gens est, qui populi eam partem incolunt quae vergit in Helvetiam, et Germaniae proxima, et Cisalpina est, moribus, sermoneque puri puti Germani sunt. Qui degunt in iis convallibus, quae sunt inter altissima Alpium juga depressae, velut quoddam inter Italiam, et Germaniam interstitium, utris sint appendiculae, vix dici posse puto. Eos Ego, et semigermanos, et semiitalos potius vocem. His est lingua, in verbis, in inflexu nominum, in suavitate pronunciationis, priscae latinitatis nonnihil retinens. Nec illic desunt, qui Engadinam, quae praeter aliquot alias Communitates hac lingua utitur, sic dici autumant, quasi dicas gentem, aut linguam *Latinam*. Certe vel hoc solo idiomate a finitimis Helvetiis, et Germanis notabiliter discriminatur. Verum si ea lingua origine latina est, quo longius a suis initiis provecta est, eo plus Gallicae, et Hispanicae assumsit. Ei nomen mansit *Romanicae*, ut quoque illi, quae omnibus Gallicis Gentibus vernacula est, iis quae Germaniae in latere Galliae praetenduntur. Mihi quidem nec incomta nec inconcinna visa est. Si non indies ab Germanica ibi valescente expelleretur; si in rerum tractatione frequentior, potentiorque esset, eam cultiorem, et elegantiorem fieri posse crediderim. Nec enim, quamlibet deserta, incultaque, leporis ac dignitatis expers est. Novum Jesu Christi Testamentum ea lingua editum exstat, tum nonnulla monumenta hominum Doctorum, quorum Engadina nequaquam, ut frugum, sterilis est. Redeo ad rem. Eam Ministri introductionem in Gentem Italicam, Quinque Pagi aegerrimé tulere, propter viciniam earum Praefectutarum, quos in Italia, aut seorsim a caeteris pagis, aut cum illis communes possident. Metuunt enim, ne inde, ut e proximo, cultus et Religio Protestantium in suam Italicam ditionem derivetur. Ipsis quoque Mezauciis, si perpaucos excipias, id totum negotium invisum erat. At Rhaetici Protestantes, qui multitudine Catholicos superant propalam dicere, nullum specimen libertatis evidentius esse, quam eam, cui nomen libertas conscientiae, quam sic interpretantur, ut cuique privato, multoque magis unicuique Communitati, e duabus Religionibus utram elegerit, hanc profideri liceat, neque in eo cuiquam vis fiat. Addunt in Valle Mezauci, ante annos quinos vicenos fuisse Ministrum, quem Mezaucii toleraverint. Caeterum quicquid in

„ Rhaetia ſuper hoc negotio diceretur; Mezauciis ea novitas intole-
„ rabilis. E quinque Pagis imminens periculum proſpectabant. Tunc
„ a plebe Mezauca in locum concionis impetu itum. Quaedam ibi
„ confracta, direpta, et ablata, metum Miniſtro incuſſerunt, usque
„ eo, ut is iis locis, ſui ſcil. anxius conceſſerit, et ad ſuos remearit.
„ Ex eo, omnia ibi ſedatiora fuere. Verum ea quies haud diuturna.
„ Quippe Rhaetici Miniſtri rem urgebant, et omni ope enitebantur,
„ ut Mezaucii ad eum Miniſtrum tolerandum a caeteris Communita-
„ tibus adigerentur. Huic incoepto iam Mezaucii non tam ſuis, quam
„ quinque Pagorum viribus freti, acrius reſiſtere audent, ſuae libertati
„ vim fieri clamant, qui cogantur ad id, de quo Communitas, latis
„ de more ſuffragiis, nihil ſtatuerit. Contra Rhaetici Proteſtantes, hic
„ veré omnium libertatem agi dicunt, cui ſane, ſi incolis in ſua Mini-
„ ſtrum inducere non liceat, aperta vis fiat. Porrò, qui ſibi e Me-
„ zauciis eum Miniſtrum mitti poſtularent, eorum fuit numerus valde
„ exiguus, certe numerabills, quamvis a quibusdam exaggeraretur adjec-
„ tione multorum nominum, quibus deſignarentur pueri, ancillae, familia-
„ res, ut ibi Proteſtantes plures quam eſſent, eſſe cenſerentur, et ei quali-
„ cunque turbae, aut populi, aut Multitudinis nomen indi poſſet.
„ Utrisque libertas in ore erat, et utrinque vim expediri apparebat.
„ Ipſa quidem Communitas Mezaucii, ſi caeterae Communitates acrius
„ pertendant, et ſua, et proximorum Pagorum arma oſtentat. Nec
„ minori acritate Ciſalpinae Communitates ſuis ſuas vires praeſto fore
„ ajunt. Jamque haec certamina in univerſae gentis perniciem erup-
„ tura videbantur, et indies majores motus nuntiabantur, cum de ea
„ re ex itinere (nam in Galliam tunc quidem proficiſcebar) ad ſenatum
„ Tigurinum litteras dedi. At illi Patres, qui quantum turbarum in-
„ de conciri poſſet, animadverterent, Rhaetos per litteras, amice,
„ accurateque monuerunt, ne in negotio tam anxio, et periculoſo
„ pertinaces eſſent, ac nè illam Miniſtri introductionem, alieniſſimo
„ tempore nimis urgerent, ne inde motus implacabiles inter omnes foe-
„ deratos excitarentur. Identidem quoque litteras dedi ad Triumvi-
„ ros, atque adeo ad Miniſtros, eos qui prudentia, et authoritate cae-
„ teris antiſtare crederentur. Omnes vehementer hortatus ſum, ut
„ quando ſingulari quodam Dei beneficio Reſp. ex atrociſſimis ſeditio-
„ num vulneribus reſpirare inciperet, ne eam novis, et pluribus peri-
„ culis obiicerent. In primis ne ſe ab genarali concordia divelli pate-

„ rentur,

„ rentur, ne dum Religionem promovere ſtudent, pacem convel-
„ lant. „

Item paullo poſt. „ Adhuc negotium Mezaucii caeterae Communitates, quae, uti dixi, ex magna parte ſunt Proteſtantes, violentius tractabant. Miniſtrum eo rurſus induci omni ope contendebant. Et cum Mezaucii in eo vim ſibi fieri clamarent, eo deſperationis perductos conſtitit, ut eos a Rhaetorum corpore divelli, et Helvetiis adjungi, per hanc occaſionem, poſſe creditum fuerit; quamvis per id tempus, inter proximos Helvetios, et Mezaucios, propter certamina confinium, et paſcuorum factae eſſent quaedam repreſſaliae. Quippe cum hac ratione uterque populus ſatis ultioni ſuae conſultum putaret, is eius diſſidii tunc terminus fuit. „ Hactenus Paſchalius.

Anno MDCXII. duobusque ſequentibus operoſo certaminae multoque labore Evangelici in Jurisdictione Quatuor Pagorum Civitati Curienſi ad orientem ſita, tantum egerunt, ut tandem liberum Religionis ſuae exercitium obtinuerint. Id hoc modo evenit. Conſueverat JOANNES a PORTA Malanſianus Paſtor, et Decanus Eccleſiarum tertii Foederis, identidem Hypovadium ſe conferre, ubi Evangelicis ibidem loci privatim ſacros ſermones haberet. Eam novi cultus introductionem quum indigne ferrent incolae catholici, quorum numerus caeteris ſuperior erat, quadam occaſione mulieres quaedam ac pueri Miniſtrum domum redeuntem extra pagum invadunt, eumque plagis affectum ludibrio habent, eique barbam evellunt d). Hinc querelae Evangelicorum. Terminationem contentionis ipſis PASCHALII in ea cauſa Arbitri dare placet verbis. „ Principio Anni MDCXII. *inquit*, auditum eſt Religionem Proteſtantem in Pagum Undervacium induci, quo quidam Miniſter (mem. JO. a PORTA) diebus feſtis itare diceretur, et ibi clandeſtinas conciones habere. Denique is Miniſter a mota plebecula (pueri fuerunt, et pueris intermiſtae aliquot mulierculae) neſcio quibus ludibriis conflictatus eſt. Hinc inter vicanos rixa, his illam clancularium novi ritus introductionem excuſantibus, aliis deteſtantibus. Quae res eum Rhaetiae deduxit in ſtudia, et partes. Catholici proximos Proteſtantes, ut huius tantae novitatis auctores, inſimulare. Hi jura libertatis facto praetendere. Quisque pro ſuis cauſam dicere. Jam atroces in iis locis rumores invaluerant, quibus extinguendis lecti ſunt huius

 „ tam

d) Sprech. Chron. p. 240. Hiſt. mot. p. 43. Anh. p. 84. It. Mſc.

„ tám ſpinoſae contraverſiae Judices. Hi Proteſtantibus quam Catho-
„ licis proniores habiti. Qualeſcunque eſſent Catholicos ad ea exſe-
„ quenda, quae abs ſe judicata eſſent, cogendos dicebant. At Com-
„ munitates Catholicae palam profiteri, ſe et propriis, et amicorum
„ viribus opem Catholicis laturas. Adverſus ea Judices, et qui ipſis
„ fautores eſſent, rem judicatam armis tueri parant. Nec mora. Jam
„ Curiae, jam alibi propere ſcribitur miles. Totus delectus conſtitit ex
„ octingentis, quibus JOANNES LUCIUS GUGELBERGIUS Ductor datus.
„ Qua re cognita ad THOMAM SCHAUVESTINUM, qui Curiae eſſet, lit-
„ teras dedi, quas is in Senatu Curienſi recitavit. Iis litteris hominem
„ vehementer hortabar, perficeret uti Curienſes quieſcerent, eaque mo-
„ deſtia agerent, ut circumjecta quoque vicinitas ipſorum exemplo
„ turbis abſtineret, et otia ſua tueri, quam perturbare mallet. Mihi
„ bene monenti mos usque eo geſtus eſt, ut continuo Senatus Curi-
„ enſis egerit cum Epiſcopo, ut ſuae authoritatis apud Untervacenſes
„ interpoſitu praeſtaret, ut ibi turbae conticeſcerent. In eandem rem
„ GUGELBERGIUS meo monitu ſtrenue incubuit. Hoc pacto res ad aliquod
„ tempus tranquillata, et ad proximum Pittagum rejecta. Pittagum ingreſſus,
„ illum conſeſſum diligenter monui, ne ſtudiis ageretur. Huius peri-
„ culoſiſſimi incendii primordia conteri oportere dixi, ne in univer-
„ ſorum perniciem adoleſcerent. Hoc meo conſilio collaudato ſeni
„ utriusque Religionis Judices lecti, in quos huius controverſiae diri-
„ mendae omnis collata poteſtas eſt. His ſui muneris exordium fuit
„ decretum, ne armis certetur. Re denique ſaepius jactata, ventum eſt
„ ad pactiones, quibus ordine perſcriptis, Ipſe rogatu utriusque par-
„ tis, una cum iis, qui de re tota judicaſſent, ſubſcriptor, firmator-
„ que fui. „ Hoc itaque pacto Hypovadiani libertatem exercitii obti-
nuerunt. Qui eis ſacra adminiſtrabant erant Eccleſiaſtae viciniores,
praeter a PORTA jam dictum. GE. SALUZZIUS Curienſis, BARTH. AN-
HORNIUS Majaevillanae, et DANIEL ANHORNIUS Faliſianae Eccleſia-
rum Paſtores.

Saepius jam nominatus JOANNES a PORTA vir zelo Religionis fla-
grans in beneficium Evangelicorum ſparſim in latere montis MASTRILS
dicti, infra Hypovadium ſiti, tum in Raetia tum extra Raetiam piorum
eleemoſynas corrogavit, et ex iis, illis aedem ſacram, ad quam pro
cultu divino congregentur A. MDCXIII. exſtrui curavit. Ad promo-
tionem eius aedificii a Sancto-Gallenſi civitate, aut mercaturam in ea
exer-

exercentibus 321. florenos liberali manu collatos fuisse, grato calamo adnotavit Anhornius. Sub hoc tempus Canonici Curienses, cuidam rustico e monte Mastrils, et per ejus latus Ministro a PORTA gravem litem moverunt, eum accusantes graviter, ac si piacularia crimina, quae in aeternum probare non possit, de Missificis, ac praesertim de S. Patre Papa sparserit. Status causae hic erat. Rusticus *Papam crimen sodomiae probasse et concessisse* assuerat. Semel et iterum Canonici Cicerium veniunt, Papam tanto crimine purgare, rusticum ad palinodiam simul et gravem mulctam adigere, Ministrum supradictum, ex cujus ore se habuisse rusticus profitebatur, mendacii reum agere omni nisu conantes. Sed et Pastores undique libris instructi advolare, rusticum defendere, et plura Papae crimina ex propriis Pontificiorum libris, praesertim impuro illo de la CASA libello producere. Quo viso boni Canonici de furore primitus jactato remittunt, nec amplius rustico molestias creaverunt.

Sequenti Anno, nempe MDCXIV. Evangelici vicos Cicerium, et Terminium incolentes, post varia discrimina ac certamina obtinuere, ut in ambobus locis una aedes sacra pro suo exercitio sacro jure adtributa sit. Synodi quidem Evangelicae jussu multo comitatu stipatus in aede majori Cicerii primus d. 25. Jul. 1613. concionem habuit BARTH. ANHORNIUS Ecclesiastes Majaevillanus, nec non una alteravae occasione GE. SALUZZIUS Curiensis; quemadmodum, et Terminii factitatum ab iisdem: ast summo cum periculo ea fiebant, concurrentibus undique catholicis, et armis prohibere tentantibus. Transacta demum ac composita ea fuere a PASCHALIO, quem rursus audire decet. „ Anno „ MDCXIII. nova de causa, *inquit*, juxta seditionem ventum. Sane „ majori metu Rhaetiam conterritam, quam motu concussam constitit. „ Eius novitatis initium fuit in Pago *Cizerio*. Inde transiit in „ Trimontanum. Protestantes in utroque pago Ecclesias ritibus catholicis antiquitus destinatas, sibi concedi licentius flagitabant. Catholici „ respondebant, ea Templa a majoribus idcirco fuisse condita, ut in iis „ catholici ritus celebrentur. Anteactis quidem temporibus, usque ad „ eum diem nullum alium Dei cultum eo inductum fuisse extra eum, „ qui apud Catholicos in usu est. Hoc jus vetustate corroboratum sibi „ adimi non passuros. Si sibi vis fiat, se vero justâ injustam repressuros. Contra Protestantes dicere: Utrisque communes esse majores, qui sibi, et posteris illa Templa aedificaverint ad vota nuncu-

„ panda

„ panda, non distincto quo ritu. Sibi quidem non esse eam mentem, „ ut iis Templis Catholicos arceant, verum nec aequum esse, se eorumdem majorum posteros inde excludi. Omnes pariter, sicut eiusdem „ juris consortes, iisdem Templis uti oportere, haud minus quam „ eodem foro, aliisque locis, quae sibi sunt publici juris, vicibus ta-„ men ac temporibus discriminatis, ne alii aliis impedimento sint. „ Eodem jure nixi partem redituum Ecclesiae aequum censent cedere „ pro mercede Ministris debita, qui sibi sint id ipsum quod Presbyteri „ Catholicis. Sane Ecclesiasticis hominibus ea bona legata fuisse di-„ cunt, qui sibi non sint Presbyteri, sed Ministri. Catholici neutrum „ fieri posse firmant. Nam quibus majores dicant esse eosdem, his ho-„ dierno die esse diversa sacra, quae priscum illud jus mutent. Caete-„ rum si huic novitati locus sit, et fraudem, et vim fieri iis, quae te-„ statores jusserint. Hos enim constat, non alios ibi ritus, quam usi-„ tatos, et Catholicos induci voluisse. Qui ergo veteribus damnatis „ novos accersunt, hi nova sibi Templa, propriosque Ministrorum ali-„ mentis reditus statuant; Catholicis templis ac reditibus abstineant. „ Cum haec jurgia indies gliscerent, occasione Trimontanae Ecclesiae „ prope ventum ad manus est, (die VII. Maii 1613.) sed cum Pro-„ testantes illuc adducto secum, et inducto, Catholicis nec opinantibus, „ Ministro, paratiores venissent, haec in pago Trimontio Catholicis pa-„ ganis quiescendi causa fuit. Qui interim, ut qui numero superentur, „ sibi vim fieri apud suos graviter queruntur. Et vero Protestantes „ tunc quidem Catholicos, ut sibi viribus impares, magis, magisque „ despectabant. Jam seditio, jam omnis pestis erumpebat, cum qui-„ busdam Viris bonis adhibitis cogitare coepi qua ratione nascens hoc „ malum proteri posset. Et jam ad hos rumores nonnulli Curiam con-„ venerant. Hos consequuti sunt alii, qui in utraque parte Antesigna-„ ni dicerentur. Ut adfuerunt, aegre ab eis impetravi, ut concordiam „ litibus anteponerent, et pacem quam turbas mallent. Pactionibus „ rem transigi posse dixi, si, ut inter consanguineos populos fieri par „ est, res tractationi mandetur. Hanc rationem si sequantur, multo „ sanguini parcitum iri. Verum ea tunc erat inflexibilis quaedam utri-„ usque partis, et pervicax indignatio, ut irae, minae, questus acerri-„ mi, tractationi et quietis colloquiis intercederent. Catholici auden-„ tius agebant, ut jure superiores. Protestantes ferocius, ut viribus po-

„ tio-

„ tiores. Denique cum inter hos, et illos medius, utrosque mode-
„ ſtiae admonerem, et omnibus identidem ſubiicerem, quanti apud
„ ipſos publica, et privata ſalus eſſe deberet; jamque illa utriusque
„ partis ferocia, per quaedam intervalla, detumeſceret, renui ut in
„ aedes publicas utrique convenirent. Ibi Articulis ordine ſcribendis
„ ab omnibus pariter opera data. Deinde ſingulis articulis diligenter
„ perpenſis, quid quisque ſuper ſingulis dicendum haberet, quieti, et
„ attenti viciſſim promſerunt, et audierunt. Poſt haec exordia me
„ impenſe rogarunt, ut ea tractatio domi meae, meque praeſente, et
„ arbitro optato aliquo fine terminari poſſet. Annui. Nec ipſis mea
„ aedes tantum ad opus tam ſalutare, ut paterent, conceſſi, ſed et me
„ ipſum ei tractationi aſſiduum praebui. Imprimis omnes monere non
„ deſtiti, ut poſitis ſimultatibus in medium conſulerent, publicam in-
„ columitatem omnes ſibi aſpectandam ducerent. Hanc fruſtra alibi
„ quaeri, quam in concordia eorum, qui ſunt cives unius civitatis.
„ Me ergo praeſente acribus utrinque ſtudiis res eſt agitari coepta.
„ Interdum conſidebant. Pars quandoque in aliud triclinium ſecede-
„ bat. Ibi ſeorſim a caeteris conſultabant. Ubi res poſtularet, coibant,
„ et capita conferebant. Ubi ubi eſſent, eis arbiter, et ſi quid per-
„ tinacioris diſſidii inter homines ſententiis tam diſcrepantes oriretur,
„ conciliator, et moderator aderam. Cum de aliquot Articulis jam
„ conſenſiſſent, ad alios ſimili ratione tractandos accedebant. Ad po-
„ ſtremam de omnibus ita convenerunt, ut neutris ulla diſcordiae ma-
„ teria relicta fuerit. Pacta et conventa in codicillos relata, et utrin-
„ que conſignata fuerunt. His tam periculoſis certaminibus tandem
„ ſedatis, omnes ad ſua remearunt. Univerſa gens tanti muneris authori
„ Deo gratias egit. „ Hactenus Paſcalius. Nuper erectae Eccleſiae Ciceri-
anae praeeſſe a Synodo juſſus eſt ante dictus á PORTA, cuius et ipſe
curam lubens ſuſcepit, ac fideliter peregit.

Iſta tempora quibus Raeti factionibus ſcindebantur, Jeſuitae, qua ſunt ſagacitate, maxime opportuna judicarunt, quo ſedes ſibi novas in Raetorum ditione figerent. Itaque Clavennae, in Valletellina, et Bormii conſidere coeperunt; erantque qui cenſus quosdam annuos eisdem jam legaverant. Tiranenſes quoque Monachis S. Georgii Majoris, quod opulentiſſimum Venetiis caenobium eſt, de bonis Eccleſiae B. Virg.

aliqua vendiderant, qui eodem loci Monasterium pro Monachis sui Ordinis, nempe Benedictinis exstruere moliebantur. Id ubi ad aures Procerum delatum est, abolendum censuere. Itaque in Comitiis m. Jun. A. MDCXII. tum venditio Tiranensium rescissa, tum et Ordo Jesuitarum, ad tenorem Decretorum contra illos saepius cusorum, ex Raetia in perpetuum proscriptus fuit, idque citra ullam derogationem libertati Religionis Catholicae, est eo solum fine factum, ne Status Politicus turbetur: qua de causa etiam Jesuitis filios instituendos tradere vetabatur. Sed id Decretum cum publicatum est, mox in Valle Tellina querelae copiosae auditae sunt inter Primates. Loco in solito convocatum fuit Consilium Vallis. Vallis Cancellarius PAULLUS QUADRIUS aiebat, in tanti mali medelam decere primo Grisaeos Catholicos in auxilium, et consilii partem vocare; demum si nihil darent auxilii, ad exteros Principes confugiendum esse. Alii alia seditiosa verba effudere; ex quibus mala eorum in Dominantes mens dilucide apparebat.

PHILIPPUS quoque ARCHINTI Comensis Episcopus, e re sua judicavit Anno MDCXIV. permissionem visitandi Provincias suae Dioeceseos, Clavennam, Vallemtellinam, ac Burmium, petere, quam et largitionum (si Quadrio fides) sexcentorum florenorum, a Senatu Raetico obtinuit. Prohibuerant enim Raeti eas visitationes, quod experirentur catholicos ira ac odio in concives Evangelicos plerumque impleri; hinc ab Annis XXV. nulla Visitatio permissa fuerat. Idem effectus et hanc Visitationem secutus est. Catholici quippe tam truces, et asperi facti erant, ut nihil supra. Sacerdotes quosvis suorum dehortabantur, ne Evangelicis dehinc amplius vel serviant, vel aliud quodpiam officii genus praestent: quin Decretis Dominorum audacter resistebant. Efflagitabant Evangelici Sondrii, ex horto Archipresbyteri, cui adtiguum erat Templum suum, tantum sibi dari spatii, quantum sufficeret ad dilatationem Templi, jam capiendis auditoribus nimis angusti. Id vero se nullis pactis concessurum assa voce clamabat RUSCA, et si Domini Raeti id ausint, eodem loco esse factum ac Achabi Nabotho vineam eripientis. In supramemoratis Comitiis etiam causa Gymnasii ventilata fuit. Nempe e re Juventutis Raeticae imprimis esse persuasum erat Optimatibus ludum aliquem litterarium aperire, in quo litterae humaniores, juxta et italica lingua docerentur. Et ut utrique Religioni addicti

addicti proficerent, consultum videbatur Scholarchas, simul et Professores, aequali numero constituere, et communibus sumtibus sustentare. Locus autem ei fini Sondrium designabatur. Id audiens RUSCA, clamare, nunquam se admissurum, ut unquam Sondrii ejusmodi Schola erigatur. Seminarium id fore Haereseon. Summo detrimento tum privatorum tum publici boni id institutum deservire. A petulantia extraneorum Scholarium nullius res, non matronas, ac virgines suae pudicitiae fore tutas; et quae huius commatis plura erant. Hos tamen inconditos eius clamores contemnentes Raetici Magnates, Genevâ CASPAREM ALEXIUM ibidem humaniora cum laude profitentem in futurum Professorem accersunt; qui morem lubentissime gerens, edito prius Genevensium instituendi Gymnasii Schemate mox in Raetiam appulit.

Ministri Evangelici, cum multae querelae a suis, cum maxime ab illis qui catholicis immixti vivunt, ad se deferrentur, pro Synodo d. 20. Junii Curiae congregati, statuerunt unum ex suis ad proxima Comitia deputare, qui gravamina, de quorum certitudine constaret, Oratoribus exponeret, et remedia pacifica imploret. Ea provincia JO. á PORTA Ciceriensi Symmystae commissa est. Hic coram Oratoribus Davosii Augusto m. congregatis comparens, illis primo loco fundamentales Reip. leges libertatem utriusque religionis mandantes in memoriam revocavit, adductis et reliquis quae in confirmationem earum statuta erant. Asseruit deinde ab earum legum observatione derivasse, exoptatissimam in Raetia concordiam, quae tam diu intemerata viguit, donec peregrini irrepsere ordines, qui Mag. Politico obedientiam negare, adversum Monachos impudenter debachari, Templa solis Romano-catholicis adserere, Evangelicos coemiteriorum ac campanarum usu arcere, eosdem ad dies festos celebrandos verbis, et verberibus adigere, matrimonia catholicoromanorum cum Evangelicis prohibita dirimere, Monasteria insalutatis Dominis exstruere, aliaque multa adversum receptas leges arietantia conari ausi sunt. *Deplorabat praeterea periculum, in quod coniecta sit res Raetica per prensationes largitionesque exterorum Principum, a quibus Proceres simul ac populi in se invicem armati sint, desaeviantque, nullo foederum sancte juratorum, ac viciniae respectu: Rem eo devenisse, ut non desint ex Proceribus ipsis, quorum tamen sit jura ac pietatem salva tueri, qui Evangelicis Pastoribus Patriae bonum*

 anhe-

anhelantibus dirissima quaeque minitari non vereantur. Hac querela tangebantur RUDOLPHUS, eiusque nepos DANIEL PLANTANI, caeterique Hispanici asseclae. Isti enim majorem Ministrorum partem Hispano infensam esse videntes, illos omnis generis convitiis proscindebant ceu Patriae perditores, *Allotrioepiskobos*, carnifice denique dignos. Verum ad eas querimonias Senatus aliud nil respondit, nisi ut gravamina, si quae habeant Ministri, Communitatibus tanquam summo Magistratui, via tamen ordinaria, exponant. Ad querelas Evangelicorum Voltürenorum ante narratas Comitia motu proprio, et ex plenitudine potestatis antiqua Decreta libertatem utriusque Religionis concernentia confirmarunt; Jubilaea vero ac indulgentias odiorum inter Evangel. ac Romanenses generatrices, ad tenorem Decretorum multoties ac singulariter Anno 1581. d. 10. Jan. confirmatorum, quibus illa absque publica venia publicare inhibitum fuerat, eadem lege prohibuerunt. Quoad Gymnasium Sondrii instituendum aliqua disceptatio. Alii totum hoc negotium abiiciendum suadebant, ex causa quod neque Jesuitis indultum fuerit litterarium ludum ibi aperire, cum tamen suis impensis id facere offerrent. In memoriam praeterea revocabant tumultus Anno MDLXXXIV. eadem de causa excitatos, ac vix absque totius corporis Valletellini convulsione sedatos. Alii omnes motus ac invidiam declinari dicebant, quando Ludimoderatores scholarchae, ac Curatores ex utriusque Religionis addictis assumantur: Et haec sententia adprobata est. Interim parti majori visum, ut Gymnasium illud, sine dispendio redituum publicorum, erigatur, et si alia desint Officialibus Praefecturas Vallis Tellinae ac Clavennae tenentibus certa pecuniae summa exsolvenda imponatur, quae Scholae Magistris in salarium cederet. Haec in Comitiis illis.

At quando Rescriptum confirmatorium Decretorum antiquorum in Valletellina praesentatum fuit, Catholicorum plerique clamare subreptitium id esse, et parte non citata obtentum. Cancellarius Vallis ANTONIUS MARIA PARAVICINUS consilium Vallis Morbenium vocat, ubi Praeter GIOERIUS Calancnensis, ejusdem Religionis ac factionis erat. Ordinarius locus in quo consilia Vallis congregari oportet est SONDRIUM, habenturque in praesentia Raetici Gubernatoris, aut eius Vicarii: sed hanc consuetudinem illi hac vice negligendam judicaverunt, eo quod

quod cum Gubernator FLORIUS BUOLIUS Scanavicanus, tum eius Vicarius FLORIUS SPRECHERIUS Lucanienſis Raetigojus, ambo religionis Evangelicae addicti eſſent. In Conſilio Morbenienſi de oppoſitionibus Decretis Comitiorum, ac Gymnaſio faciendis deliberatum eſt. *) Paucos poſt dies Vallis Cancellarius modo memoratus negotiorum domeſticorum peragendorum praetextu Romam profectus eſt, ut eum nempe de capto conſilio edoceret. Poſtea innotuit, de laniena in Evangelicos

*) Juvat ſingulares quoque circumſtantias a probata eius manu cognoſcere, quas italice conſignatas accipe: Dopo fatta pace fra Azzo Beſta, ed Orazio Piatto, ambidue di Teglio, fra quali vi fu una inveterata, e grave inimicizia notoria a tutti li Paeſani, ſucceſſe pace ancora fra'l Dottor Franc. Venoſta di Tirano, con Claudio Venoſta di Tirano, e Marco Antonio Venoſta di Groſſio, fra quali parimente v' era ſtata inimicizia mortale; e di più riuſcita pace fra'l ſuddetto Dottor Antonio Maria Paravicino, ed il Dottor Lorenzo Paribello tutti uniti con altri Gentili uomini d' eſſa Valle, fra quali il Dottor Fabricio Lavizzario di Sondrio, Gio. Franc. Lavizzario, e diverſi altri di ciaſchedun Comune di Valtellina, l' Anno 1617. circa S. Michele, al Calendario Vecchio, ſi congregarono in Morbegno a conſultarſi fra di loro, laſciando il Palazzo di Sondrio luogo deputato per il conſueto, e legge, a far li conſigli di Valtellini, ed avanti il Magiſtrato, ed andando a Morbegnio, dove reſidendo Gio. Antonio Giojer per Po. Cavalier del Papa: dove non fu admeſſo alcuno degl' Evangelici; benchè vi foſſero alcuni Decani o vero Conſoli, a quali appartencva a cauſe pubbliche intervenire. Il qual conſiglio fatto in tal luogo, e di perſone principali del Paeſe, tanto di quelli ch' avevano officio pubblico, quanto di quelli, che non avevano tali carichi, ed avanti ad un tal Mag. ancora per avanti ſoſpetto, e non ritrovandoſi il Conſiglio in ſcritto regiſtrato dal Dottor Antonio Maria Paravicino allora di eſſa Valle Cancelliero, quantunque foſſe richieſto ad eſſibirlo dal Illuſt. Sig. Florio Buolio, allora Gov. di Valtellina. Ciò dette gravi ſoſpetti di qualche macchinazioni fatte contra lo Stato delli Signori Griggioni, maggiormente che ſi vedeva Nicolò Buſca Arciprete di Sondrio, Jeſuita, e Vicario del Veſcovo di Como, fuori del ſolito ben ſpeſſo, cavalcar a Teglio, Ponte, Chiuro; farſi congregazioni de' Preti ſotto preteſti d'invitarſi a convitti. Si udivano mormorazioni, moti del Popolo, che le coſe non paſſarebbero così, e che ſi ſarebbero vedute gran coſe in breve. Ancora ſi ſcopra ch' un certo numero de Principali s' erano di notte congregati in una certa Villa nominata Buſteggia, che giace fra Sondrio, Alboſaggia, e Ponte. Di più ſi ſapeva che'l Cavalier Robuſtello cavalcava ſpeſſo per Valtellina, e ſempre di notte. Tutte queſte circoſtanze davano evidente ſegno di maggior ſoſpetto. E quantunque eſſo Robuſtello, il Dottor Franceſco Venoſta, Orazio Piatto, Dottor Antonio Maria Paravicino foſſero ſtati citati alle Dritture, mai comparir vollero.

gelicos Valtellinae ac de Raetorum jugo excutiendo consilia fuisse capta, ac Romae cum fautoribus sermones mixstos: sed Pontificem rem subodorantem id minime adprobasse, ex metu ne turbetur pax Italiae eique in haec verba respondisse: *catholicam religionem semper defendam; caeterum alia cogitate: nolumus enim incendium in Italia excitari. Vivite in pace, et patientia.* Hoc saltem responsum, impetum perduellium aliquantum sustinuit ac retardavit.

Interea Venetizantes illi, qui a Tribunali censorio Curiensi pecuniariis poenis adfecti fuerant, omnes Grysaei ac Decem Jurisd. Foederis communitates adeunt, sententiarum in ipsos latarum revisionem petentes. Petito illae adnuunt ac Judices deliguntur, qui Decembri mense Ilantii congregantur. Postulant mulctati, ut etiam in Hispanizantes censura exerceatur, vel sibi quoque mulcta irrogata remittatur. Citatur Tribunal Curiense. Nemine comparente absolvuntur qui Curiae puniti fuerant omnes; solis Capitaneis Venetis levis mulcta pecuniaria indicta, quam isti haud gravatim exsolverunt. Postquam hi Judices ad sua remearunt, primum illud Tribunal Anti Venetum denuo congregatur Curiae, *Ilantiumque Judicium inane ac nullum pronunciat* (ceu quod in jura Foederi cathedrali propria involaverit) *Joannem Traversum, Hartmannum Planta, ac Jo. Curtabattum, qui Communitates inuiserant, singulos aureis mille damnat.* Hi vero sententiae latae se subiicere nolunt: Cauponis interea pro exsolutione impensarum factarum inclamantibus.

Hispanizantes igitur quum nec concursu populi, qui varius est, et subinde propriis motoribus non parcit, nec Judiciis censoriis, quicquam se efficere clare viderent, aliam viam tentarunt. Programmate die V. Febr. MDCXVIII. publice affixo PETRUS de TOLEDO Mediolani Gubernator omnem vecturam mercium ex Ducatu Mediol. in Raetiam, et ex Raetia in Ducatum Mediolani prohibuit. Equidem Anno MDCXVI. idem prohibuerat caseum Oengadinensem Mediolanensi Ducatui importari, ex ira scilicet quia aliquot Oengadini superiores militiam Venetam secuti erant: verum et hoc mox remissum fuerat. At nunc eo rigore interdictum observabatur, ut ne unum quidem mercium pondus per lacum dimissum fuerit Clavennam, aut ex Clavenna in

in ſtatum Mediol. abductum. Nempe ſpe certa Hiſpanizantes lactabantur fore, ut equiſones ac caupones, quique ex mercium deportatione lucrum percipiunt inſurgerent, ac Venetizantibus extrema quaeque intentarent. Verum Raetia ſub Comitia in eam rem Curiae coacta, cervice obdurata, et ipſa omnibus Vallis Tellinae ac Clavennae officialibus, injungit, ut mandatis publice adfixis talionis legem erga Ducatum Mediolani obſervari curent. Intercedebant aliqui ſpargendo Gubernatorem Mediolani de re Raetica ſiniſtre eſſe informatum, et facile conciliari omnia poſſe, ſi Legati ad eum mitterentur. Verum facile conjectu erat quibus conditionibus iſta legatio inſtructa eſſe debebat, ſi deſideratum ſucceſſum reportare volebat. Raeticus Senatus nec ſcribere, nec mittere quidquam voluit. Haec dum aguntur, Auſtriae Archidux LEOPOLDUS in Italiam tendens, incognitus, Equi Poloni axiomate per Oengadinam iter fecit: Zernezii dum ſubſtitit, RODOLPHUS PLANTA admiſſus ad colloquium fuit. Ex eo tempore obſervatus fuit iſte omnem auctoritatem, quae ſane in Oengadina inferiore Auſtriacis quoad Criminalia eo tempore ſumma erat, ſtudiumque ad Hiſpanicae dominationis deſideria totum contuliſſe. Agitabatur eo anno amara contentio SCAMPII inter duos fratres Traverſios de officio Capitaneatus Vallis Tellinae mox adeundi, quorum unus a Baptiſta Saliceo, Venetizantibusque ſuſtentabatur, alter vero Hiſpanicae factioni addictus eſſet. Heic RUDOLPHUS Criminalis ſupra Taſnanae Jurisd. Judex, aſſumtis ſecum ducentis quinquaginta armatis, ab altera Oeni parte amico ſuo in auxilium accurrit, ac eo pacto compoſitionem maturavit. Evenere haec Martio m. Anni MDCXVIII. Eadem fere tempeſtate BLASIUS ALEXANDER patria Sentinus, ac BONAVENTURA TOUTSCHIUS Cernezienſis Paſtores in Valletellina, ad inviſendos familiares domum ſuam egreſſi erant: ac Cernezii Bonaventura facultate Patris Conradi loci Paſtoris ordinarii ei conceſſa concionem habens acerrime in Hiſpanizantes invectus eſt, ita quidem expreſſe ut adverterent omnes in RUDOLPHUM in Templo praeſentem digitum intendi. Tunc vero poſt ſacra finita RUDOLPHUS TOUTSCHIUM in aedes vocatum acerrime increpuit, et fauces manu tenens ex eo ſcire voluit, cuius inſtigatione, (in ſuſpicione BLASIUS erat) concionem habuiſſet. Haec aliaque dicta, factaque Primicerii illius viri, faſtu alias nimium turgidi, et ad vim exercendam, ſupra quam bonum decet, facilis, in eius invidiam inſtigantibus

bus malevolis passim ita spargebantur, quasi ab eius, ac ipsius assectarum insolentia nemini in pace vivere liceat.

Tigurini interea ac Bernates, quum post tot tentamina incassum susscepta viderent, spem nullam esse foederis Veneti apud Raetos conficiendi, curam transitus illis, quorum intererat, reliquerunt, ac foedus cum illis ante triennium sancitum ad annos XII. (initio ab anno 1615. sumto) duraturum die XXVII. April. MDCXVIII. Tiguri sigillarunt.

Haud facile alii ad reprimendos Hispanizantium spiritus ac conatus fervidiori animo ferebantur, ut Ministri Evangelici; persuasum enim hi habebant a Hispano nonnisi perniciem Ecclesiarum reformatarum ac libertatis ipsius Raeticae exspectari posse. Ad capienda consilia, per quae Patriae consulatur, ac exitialibus practicis occurratur, plerorumque suffragiis Synodus temporius solito nempe ad XV. Aprilis A. MDCXVIII. indicitur congreganda Burgunii, vico in meditullio terrarum Raeticarum sito, ad quem tanto facilior proinde ex omnibus Raetiae partibus pateret foretque aditus. Die condicta Ecclesiastae frequentes adsunt. Stat penes congregatos unum ex sui medio deligere, qui Praesidis, dum durat Synodus, fungatur munere, consuetudine ab ipsis S. Reformationis temporibus usitata; atque hanc spartam ex symmystarum consensu ab aliquot annis defunctus fuerat GEORGIUS SALUZIUS Pastor Curiensis, patria Lavinianus Oengadinus, vir maturi judicii, ac pietate conspicuus. At quominus huic quoque conventui praesideret, obstitit opinio de eo vulgata, quod RODOLPHI PLANTAE amicus ac addictus esset; unde dissimulato eius nomine congregati volentes etiam urbani videri, munus Praesidii CASPARO ALEXIO nuper ex Academia Genevensi evocato detulerunt. Tractata quae Ecclesias concernunt: censurae institutae. Statutum synodale ante annos aliquot cusum, quo Ministri se obstrinxerant, quibusvis exterorum Principum prensationibus, ac cumprimis Hispanicis machinationibus se opponere, ad normam advocatum fuit. Sed heic acris contentio. Erant enim qui palam dicebant, nullam in Raetia reperiri factionem Hispanam, quae in Hispani gratiam Patriae commoda inflectere ad eorum desiderium contendat; verum id omne quidquid esset ab irrequietis Venetizantium studiis fingi. Isti sedulo inculcabant consensum in capitulationes cum CASATO tractatos,

tatas, quem complures tum Proceres tum Communitates teſtati fuerant, neutiquam ab indignatione in Hiſpanum, ſed ab amore in patriam profluxiſſe, in ea enim ſe adhuc opinione eſſe, hac demum via, et nulla alia, Patriam a motibus, ac a pernicie ſalvam conſervari. Et hi numero caeteris inferiores cum a ſententia recedere nollent, ſynodo excluſi ſunt. Aderant quippe alii qui profitebantur varia ſerpentis Hiſpaniſmi indicia Venerandae ſynodo aperire, et qui etiam patienter auditi ſunt. Hi exponebant Primarios quosdam, (quorum etiam nomina indicarunt) omnino apud ſe conſtituiſſe, primo mediis benignioribus, et ſi ea non proficiant, vi quoque efficere ut Capitulationes cum Alph. Caſato Anno 1617. tractatae a Communitatibus recipiantur, ac confirmentur. — *Eſſe unum illorum, qui ad eam rem promovendam mille duplones acceperit: ac intra breve tempus ingentem pecuniarum vim Raetiae importandam, eidem uſui deſtinatam: Mediolanenſem quendam ſacerdotem in hunc ſenſum ad quendam Raetorum ſcripſiſſe, ex cauſa quod Raeti pacta cum Hiſpano detrectaverant, a Gubernatore Mediolani militares copias in limitibus collocandas, eaque ratione ad accipiendas capitulationes compellendos.* Litterae hae perlecte fuere. — *Quendam Hiſpanizantium auditum eſſe dixiſſe: niſi Raeti articulos receperint, Hiſpanum in Vallem Tellinam irrupturum, eamque vallis ac praeſidiis muniturum; eodemque tempore etiam Auſtriae Archiducem Raetiam ab inferiore parte adgreſſurum, adflicturumque. Tunc Hiſpanos inter ipſos Raetos diſſidia excitaturos, imo a Hiſpani ac Auſtriacorum militaribus copiis Raetiam occupandam fore, ac laetos fore Raetos ſi per Capitulationum acceptationem priſtinam libertatem conſequantur.* — *Ac Praedicantes qui obloqui auſi fuerint, capite truncandos.* — *Accepiſſe quendam duplonum Hiſpanicorum quinque millia ad repellendum Foedus Venetum, ac promovendum Hiſpanicum.* — Quendam ad alium dixiſſe: *ni tria foedera Hiſpanicum ſponte recipient foedus, eventurum, ut ab Archiduce Leopoldo vi compellentur.* Et cum hic repoſuiſſet: *Praedicantes in contrarium futuros:* illum regeſſiſſe, *et eo caſu ipſis idem eventurum quod olim Zvinglio Anno* 1531. — Alium dixiſſe: *ſi impediatur tractatio Hiſpanica, ſtragem ſecuturam, cuius ſanguis ad collum usque pertingat (ſie wollen ein Blutbad anrichten biſs an's Hals).* — Alio tempore fuiſſe qui pacta cum Hiſp. collaudaret: ubi cum ei reſponderetur *Dominum JOANN. A PORTA illi ſententiae*

adverſari, repoſuiſſe illum: *Atqui Dom. JO. a PORTA os Ego occludam, et credo iam nunc ad hoc tempus adveniſſe* —— *Deum inmiſiſſe ſpirtum mendacii in omnium Praedicantium ora* —— Ex alio auditum eſſe, *dignos eſſe Praedicantes quibus capita detruncentur* —— Alium: *Cum Hiſpano foedus faciemus, vel ſi rumpantur ilia multis* —— Praelatum alium ad Evangelicum quendam Raetum dixiſſe: *ſi foedus Hiſpanicum promoverit, eius familiam ditandam fore.* Addit SPRECHERUS Jacobum van Moſium (a Palude) Remuſſio Oengadinum apud Sexamninos Eccleſiaſtam indicaſſe ſe a Miniſtrali JOANNE a CAPAULO Flemienſe audiviſſe, *POMPEIUM PLANTAM aliquando minitatum fuiſſe, quod ſi occurrat ſeditionem aliquam in Raetia excitari, eum ut etiam fratrem RODOLPHUM non amplius ex Raetia aufugere, ſed in Valletellina ſe communire velle.* Relata huius delationis fama confeſtim fuit POMPEIO, qui tantum potuit ut JOANNES a CAPAULO ſynodum Bergunii adhuc congregatam adierit, ibidemque POMPEIUM non ita locutum eſſe aſſeruerit. Verum in ipſa infitiatione rem aliquo modo prodidit. Epiſtola quoque quaedam a JACOBO TUSCANO Miſaucino Presbytero ac Canonico Curienſi ſcripta ad amicum quendam in manibus Miniſtrorum erat, qua mentio *Maximiliani MORI, et pecuniarum quarundam fiebat.* Sed de illis qui prae caeteris Hiſpaniſmi ſuſpicione gravabantur, nulla in litteris certa mentio erat.

Quum res tali modo ſe habere intellectum eſt, eo inclinavit ſententia majoris partis, *ut Communitates de machinationibus Hiſpanizantium moneantur, quo illae ſibi cavere poſſint, imo et malo in tempore praeſtruere.* Conſcribitur ſynodi nomine Paſtoralis admonitio ad Communitates Evangelicas, „ in qua primo deplorandum Raetiae ſtatum ob „ inteſtina diſſidia, exterorumque prenſationes deflent, ſuumque ad abo- „ lenda illa mala ſtudium probari cipiunt; deinde de injuriis conviciis- „ que quibus nonnulli Miniſtrorum a malevolis, ſpeciatim a factioni „ Hiſpanicae addictis impetiti ſint, proſcindanturque, graviter conque- „ runtur. Eſſe enim in Raetia Hiſpanico addictos, ita evidens eſſe aſ- „ ſerunt, ut dubitari nequeat. Non placere autem ſibi quod ſeditioni- „ bus omnia peragantur, ea enim via fieri, ut juſta ſaepenumero cauſa „ ſuccumbat. Quare Communitatibus ſuggerunt, ut amotis armis ac „ motibus de abolendis perniciosiſſimis corruptionibus ſerio cogitent,

„ et

„ et prudenti consilio, eos qui illis irretiti teneantur, sive a Veneta si-
„ ve a Hispana parte fuerint, censurae subiiciant, ac Patriam ab eius-
„ modi peste liberent. „ Hic scripti, quod alibi nativa lingua loquens dabimus, sensus. Quod saltem datum fuisset oculis lustrare Lavizzario ac Quadrio, forte pudore victi abstinuissent a calumniis impudentissimis, quibus totam hanc synodum traducere veriti non sunt; Historici ab omni documento hac in parte nudi, solo religionis ac Ordinis odio instructissimi.

Soluta Synodo BLASIUS ALEXANDER eiusque socius BONAV. TOUVSCHIUS in Raetigojam profecti spargebant, ROD. PLANTAM uno numero *mille octingentos duplones* Hispanicos a Ministris Hispanicis accepisse. In Oengadina pariter inferiori Ecclesiastae (duobus solis CONR. TOUTSCHIO Laviniensi, ac ANDREA STUPPANO Ardetiense exceptis) pro concione Hispanismum perstringebant, ac privatis sermonibus, minime vero expresso nomine, sed sub involucris quibusdam PLANTAS digito quasi indicabant, nemo vero majori zelo, quam JACOBUS ANTONIUS VULPIUS Pastor Vettoniensium. Die deinde tertia Maii in omnibus Evangelicorum Templis admonitio synodalis ab Ecclesiastis de suggestu recitatur: cuius ut studia erant varius effectus fuit. Communitates aliquae Viros circiter XVIII. quaeque deligunt, apud quos Ministri indicia quae Hispanismi habere profitebantur, deponerent. Aliae surdis auribus praetereunt.

RODOLPHUS PLANTA non ignorans in suum caput hanc fabam ex instigatione SALICEORUM ac nonnullorum etiam aemulorum PLANTANORUM per Ministros, colore religionis, cudi, sibi contra imminens discrimen praestructurus a Supra Tasnanis, sub quorum ditione eius est habitatio Cernezii, bonaque pleraque, scire voluit, quid sibi oriente forte tumultu ab eorum exspectare fide queat, perquisivit. Hic juramento praestito, ipsum bonaque eius adversum omnem vim defendere, tutarique promiserunt, Deinde amicis quaquaversum, cum maxime vero JACOBO ROBUSTELLO voltureno, qui neptem ex sorore in matrimonio habuerat, CAROLO BESTAE Tiliensi, FABIO A PRAEPOSITIS, Zambrae illius, cuius triste adtingemus fatum, filio, quique aliam ex sorore neptim conjugem habebat, caeterisque adtentionem injunxit, quo in

 omnem

omnem casum auxilio sibi adesse possent. Ad eludendas deinde Ecclesiastarum operas, impetumque in ipso ortu suffocandum, Vettonii Judicium criminale congregari curat, coram quo Pastores inferioris Oengadinae citat et ut Patriae proditores, seu Hispanicorum munerum captatores aperiant jubet. Sed Ministri cognoscentes locum in quo essent, Praefecturam enim criminalem Austriae Archiducis nomine in illa Jurisdictione summa cum auctoritate, jam ab annis aliquot administrabat ipse RODOLPHUS, ex Decreto praeterea synodali judicantes haec indicia debere non coram privato Tribunali, sed coram generali ab omnibus Communitatibus constituto manifestari, forte etiam quia demonstrativa fundamenta ad manus non habebant, nihil quidquam Criminali illi judicio indicare voluerunt. Ergo abs Judicio Ministris silentium de istis rebus impositum est. Verum hoc facto irritata potius res fuit, quam sopita. Enimvero RODOLPHO infensi, Auctores suis in Oeng. inf. erant, ut Ministri a violentia Plantani defendantur, et ut Decretum synodi in effectum perducatur, assecurando eos, longe maximam populorum Raetiae partem ipsis obsecundaturos, modo ipsi primi sublato vexillo PLANTAM adoriantur.

Tot incitamentis pellectus, ac de victoria securus populus omnis infra Vallem Tosnam mense Julio ineunte consurgit. Primi erant Vettonienses, et Eremusiani: his Pastor erat NICOLAUS ANTONIUS VULPIUS, illis JACOBUS ANTH. VULPIUS fratres germani. Aderant etiam GEORGIUS JENAZIUS Samadenus, BLASIUS ALEXANDER, et BONAV. TOUTSCHIUS, qui semper primi in agmine conspiciebantur, ac voces eorum audiebant, quod obsides se constituant ad id, quod prensationes artesque Hispanicas aperturi sint. JOSEPHUS quoque DORTA, Vulpiorum affinis, Pastor Monasteriensium, cum suis eodem tempore ad Oengadinos infra Tasnanos per Scarlam Vallem accessit. De seditione ista, causisque haec FORT. JUVALTA, vir fide dignissimus in *Biographia*. „ A multis annis, inquit ille, duae praecipuae factiones in Raetia fue„ runt, SALICEORUM, et PLANTANORUM. Hujus caput Anno 1618. erat „ Dom. ROD. PLANTA Cernetiensis. Is multis prosperae fortunae suc„ cessibus sublatus in publicis Raetorum Comitiis inter omnes eminere vide„ batur, et opes cumulaverat ingentes, quas comitabantur fastus, et alio„ rum contemtus, animi elatio. Hinc in illum odio comitata exarsit in„ vidia,

„ vidia, et instigantibus Saliceis, et nonnullis etiam Plantanis Ministri
„ Evangelici (Infratasnani) seditionem contra eum concitarunt.

Seditiosi agminatim in Oengadinam superiorem adscendunt, ac Zuzii subsistentes monitorias ad omnes trium Foederum Communitates confestim mittunt, in quibus inter alia de ingenti tyrannide, quae in sua Valle exerceretur, conquesti, vota suarum Jurisdictionum in Comitiis adulterari, leges ac Statuta patriae immutari, omnem potestatem ad paucos, imo ad unum qui se justitiae exercendae praetextu omnibus bonis spoliet, redigi exponebant, ac ut his malis remedium adhiberetur, ac Tribunal Censorium contra delinquentes institueretur, flagitabant. Ministris extramontanis ubi ad aures pervenit Infratasnanorum seditio, vehementissime displicuit symmystarum factum quod agminibus illis se aggregassent. Quare sine mora Curiam confluentes in colloquium, exhortatorias ad confr. Oengadinos dederunt acri sale conspersas, quibus seditionem sedare monebantur, et si Hispanicis muneribus corruptos mulctare intendant, id juxta Decreti synodici tenorem nempe absque tumultu, expetitis ad eam rem a Communitatibus viris probis ac incorruptis, ac coram his gravamina sua deponendo, facere jubebantur. Dat. d. 15. Jul. Verum eas vires nactus erat torrens, ut nullae jam obtestationes in contrarium quicquam valerent. Quod cum rescirent Triumviri Sub Comitia Curiae convocantur, a quibus ad sedandos seditiosos in Oengadinam eximii aliquot Viri delegati sunt, et hos inter GEORGIUS SALUZIUS Pastor Curiensis, ac STEPHANUS GABRIEL Ecclesiastes Ilantinus patria Vettoniensis, quorum opera ad revocandos ad quietem turbones expedire ac conferre posse credebatur. Verum enim vero sero, ut diverbio dicitur, post festa cantatur. Infratasnanis jam, Oengadini superiores, Praegalli Infra Portani, Pesclavienses, Fürstenoviani, ac Bergunienses socias manus junxerant. Adversum tantum agmen nec hiscere audebant Supra Tasnani. Carolus equidem BESTA aliquot banditorum manu stipatus Burmium usque advenerat RODOLPHO accursurus: sed rumore tantae revolutionis percepto, eos aspicere haud ausus est. Volebant seditiosi, ut RODOLPHUS viae se daret, ac Curiam secum veniret, ubi Judicium constitueretur, coram quo causam diceret, et ab imputationibus se purgaret, ac ut securus esset ab omni vi, sex bonae famae viros in obsides illi offerebant. At

RODOLPHUS sodalitio minus fidens legem recusavit: verum quod sententiis quibusvis juridicis se subiicere, illis stare ac cadere velit, ipse agminibus sex vades obtulit. Sed hanc conditionem illi noluere, statuuntque illum in suam potestatem redactum vi secum Curiam abducere: ac sine mora die XVIII. Julii, ex Oengadina superiore die jam declinante descendunt, ac Zernezium ingenti excito clamore adgrediuntur. RODOLPHUS qui eiusmodi fatum forte praesagiebat, jam antea uxorem cum pretiosiore supellectile cum adfine ROBUSTELLO praemiserat, nunc se multitudini imparem videns, celeri fuga juxta cum AUGUSTINO TRAVERSIO, FABIO A PRAEPOSITIS, DANIELE PLANTA, aliisque quos domi apud se habebat, per Valderam montem in Austriacam ditionem confugit. Seditiosi irrumpentes domum illius vino ac multo commeatu, copiasaque supellectile instructam refertamque depredarunt, et chartacea quae reperere secum asportarunt. Missi deinde globi seu catervae sunt in Praegalliam, Clavennam, ac Vallem Tellinam ad comprehendendos adducendosque ad Tribunal illos, contra quos Dicasterium constitutum ibant.

Brevi in tantum excreverunt cohortes ut die XXI. Julii viginti, et unum vexilla supra Curiam in planitie *Plarena* dicta numerata sint. Quia vero hospitibus Curiae isti advenae non adeo grati erant, nec advenis hospites placebant, igitur in Vallem Tomiliascam commigrant, ac in planitie infra Thosanam castra metantur. Ibi primum statuta quaedam sancita sunt sancte observanda, deinde in rem ob quam conventum erat itum est. Ibi cohortes *constitutiones patrias, foederaque cum Principibus bona fide observare spondent, privata exterorum Principum tam confoederatorum quam aliorum bona, et pensiones ejurant: legatis Principum continuam in Raetia subsistendi potestatem* adimunt: *privatis omnibus quicunque fuerint, cum exteris Principibus sine mandato publico tractandi copiam* abjudicant: *ut subditi cum aequitate ac justitia longe valere jussa, quorundam ex Primatum ordine tyrannide gubernentur, ac reditus publici melius quam antehac administrentur*, edicunt. Novum quoque hoc, ut in Comitiis annuis tribus ex ordine Ministeriali expensis publicis assidere liceat ad proponenda peragendaque, quae e re sacra occurrerint necessaria. At hunc articulum majora Communitatum vota non adprobarunt.

His

His sic peractis Tribunal censorium constituitur ex *sexaginta sex* judicibus, seu *viginti duobus* ex singulis Foederibus, quibus JACOBUS JODERUS a CASUTTO Foveanus idem ille, qui Anno MDCVII. Iliantii in pari occasione eodem munere functus fuerat, Praeses datus est. Tres Cancelliarii erant: pro Gryseis JACOB. SCHMIDIUS a Grünek: pro Cathedr. RODOLPH. ANDREAS a SALICE: pro tertio Foed. LEONH. WILDENERUS. In judicium adlecti quoque novem Ministri sunt, non quidem ut sententiis ferendis interveniant, sed tantum ut Inspectionem haberent invigilarentque ne quid praeter juris ordinem agatur. Ac populus quidem interesse illos voluit, cum ut promissionis de multorum civium perfidia detegenda fidem exsolverent, praeterea ut populum intra terminos modestiae continerent. Vocati ut interessent etiam fuere quidam sacerdotes, sed hi accedere recusarunt. Ministrorum qui Judicio illi assederunt haec sunt nomina, et patria: STEPHANUS GABRIEL Vettoniensis, Ecclesiastes Ilantinus, JACOBUS ANTON. VULPIUS Vettoniensis, CASPAR ALEXIUS Camogascensis Ecclesiastes Sondrii, BLASIUS ALEXANDER BLECHIUS Sentinus, GEORGIUS JENAZIUS Samadoenus, BONAVENTURA TOUTSCHIUS Cerneziensis, omnes Oengadini, CONRADUS BUOLIUS Davosianus, JOANNES a PORTA pariter Davosianus ac Pastor Melansii, denique JO. PETRUS JANETTUS Berguniensis, Ecclesiastes apud Sexamninos. Verum quod eam spartam imponi sibi passi sint, id illis ceu res periculi ac scandali magni tum a prudentioribus quibusvis, tum imprimis a symmystis non sine bile exprobratum est: aggerebant enim collegae: spartam hanc a functione sacra alienam esse, nec posse bona conscientia ipsos nec Deo nec Ven. Synodo illius curam probare. Sed regerebant illi: Ministeriale munus non docendi tantum functionibus expleri, verum seria quoque inspectione in quosvis ordines etiam superiorum, ad id ut secundum legem divinam peragantur omnia rite. Allegabant Hebraeam legem, moresque ex quorum tenore Levitae non modo causas civiles discernebant, verum etiam Illustri illi Senatui Sanhedrin dicto adlecti sedebant. Aharonem, Elim, Samuelemque praeter alios, qui populo Dei per multos annos jura dixerunt, levitas ac sacerdotes, id est hodierno axiomate Ecclesiasticos fuisse; nec exstare ullum in N. T. mandatum per quod a functione finem ita bonum intendente arceantur. Et ex isto fine contendebant se Decreti synodici transgressores haberi non posse, tanto magis quum in manifestando

ſtando ac propulſando Hiſpaniſmo, quod ſynodus intendebat, toti occupentur. Hae erant cauſae ob quas omnis culpae immunes haberi contendebant, quibus quantum ponderis inſit Lectoris eſto judicium. Id ſolum moneo ſummam piis manibus injuriam facere, qui antenominatos Eccleſiaſtes adſeſſoresque eodem pretio omnes aeſtimant, eos ut *Allotrioepiskobus* traducunt, eorumque nominibus atras quasvis notas inurunt. Nulla certe pollet perſonarum, ac aetatis notitia, qui tale quid adſerere non erubeſcit. Quod ad me adtinet ut malorum Patronus eſſe nolo, ſic inſontes criminari poſt fata religioni duco. Veritatis in teſtimonium prodeat FORTUNATUS a JUVALTA, quo tamen nemo acerbius in Tribunal illud ac judices qui illud conſtituerunt invectus eſt; is adnotavit: *inter Miniſtros illos fuiſſe nonnullos invenes vitae diſſolutae, temerarios, et ad quidvis audendum praecipites; ſed plures* (verba illius exſcribo non truncata) *Miniſtrorum erant qui ſe in officio continebant, nec ſeditioni ſe immiſcebant, nec eam probabant: ſed hi contra illos ſatellitio ſtipatos ne hiſcere quidem audebant.* Hos ab illis diſtinguere res eſt invidiae plena. Inter juniores tamen numerabantur BLECHIUS, TOUTSCHIUS, ac JANETTUS: JENAZIUM autem excuſabit nemo, qui novit illum magis ab iis quae militem quam quae Miniſtrum exornant virtutibus commendatum ac ornatum fuiſſe. Caeterum enim GABRIEL a POPTA, BUOLIUS, ALEXIUS, ac VULPIUS ea ſemper eruditionis, pietatis, ac modeſtiae ediderunt documenta, ut nulla ratione ulli prudenti perſuaderi queat, eos uno hoc tempore earum oblivifci potuiſſe. Aſt eorum apologiam contexere non conſtitui.

Judicia quae Tribunal iſtud per integros quinque menſes adverſus Hiſpanizantes tulit, ac per partem etiam exſecutum eſt, eo rigore horrent qui Rhadamantum refert. Septem illorum in Primores aliquot latorum, ob quos Tribunal odio ac invidia maxima premebatur, ipſi Judices actibus judicialibus adhuc durantibus cum adnexa Praefatione apologetica edidere, quae ob novitatem mox in italicam, gallicam, ac belgicam converſa ac diſſeminata ſunt. Ejus ſcripti (nec enim ita prolixum eſt) argumentum exſcribitur a Rerum Raeticarum narratoribus quibusvis, ac a nemine fidelius concinniusque B. LAUFFERO quem viſant quibus illius copia non datur. Quia autem iſtius Tribunalis rigor eorum, quos ſub cenſuram vocaverunt, iras provocavit extremas, nos perſo-

perſonarum condemnatarum, poenarumque illis adjudicatarum memoriam exſcribemus, ut ſciatur, quibus inprimis fuleris ac capitibus factio illa ſteterit. Primus omnium JO. BAPT. a PRAEPOSITIS, vulgo ZAMBRA dictus annos LXXIV. natus d. 14 Aug. capite plexus eſt: RODOLPHO ac POMPEJO fratribus PLANTANIS, LUCIO a MONTE, JOANNI ANTONIO GIOVERIO, proſcriptio ad dies vitae, ſique conquiri dentur diſſecatio in quatuor partes, ſimul bonorum etiam confiſcatio adjudicata fuit. ANTONIUS RUINELLUS, DANIEI PLANTA Ardetienſis dictorum Plantanorum ex fratre filius, PETRUS LEO Cernetienſis, THEODOSIUS a PRAEPOSITIS Praegallus, JOSEPHUS STAMPA cum filio ANTONIO, AUGUSTINUS TRAVERSUS denique Pater FELIX Sacerdos Bivienſis exilio ad dies vitae: ANDREAS JENNIUS Curienſis Conſul, ANTONIUS MOLINA ac JOANNES PAULLUS Galliarum Regis in Raetia Interpretes, NICOLAUS MERULUS Sondrienſis, ANDREAS STUPANUS Eccleſiaſtes Ardetienſis, JOANNES denique CILICHINUS Parochus Lanzadenſis in Valletelina quadriennali tantum exſilio mulctati. JOANNI FLUGIO Curienſi Epiſcopo mitra abjudicata, ſique in ditione Raetica deprehendatur capitis poena, juxta cum bonorum publicatione, adjudicata. Civitati Curienſi quae majore ſui parte Hiſpanizare dicebatur vigintimille florenorum, GEORGIO SALUZZIO Paſtori Curienſi excluſio a communione Synodi, denique ducentorum coronatorum, GEORGIO de GEORGIIS mille aureorum, JOSEPHO a CAPAULIS ſexmille aureorum, CHRISTOPHORO GESIO quatuormille aureorum, Regiis Interpretibus ſupradictis juxta exſilium mille adhuc aureorum mulcta adjudicata. Capitaneus JOANNES de GEORGIIS in poenam capitalem juxta cum publicatione bonorum ceu contumax et ipſe condemnatus. Ex Volturenis BLASIUS PIATTUS ob homicidia et rebellionem ſecuri percuſſus. NICOLAUS RUSCA Sondrii Archipresbyter perduellionis aliorumque reus tormentis ſubjectus interiit. ANTONIUS MARIA ac JO. MARIA PARAVICINI, nec non JO. FRANC. SCHENARDUS infidelitatis in Dominos variarumque fraudum in decipienda camera Dominicali, capitali poena cum bonorum publicatione damnati. NICOL. MERULUS jam memoratus, quia campanas in abductione Ruſcae pulſaverat una cum aliis complicibus proſcriptus. JACOBUS ROBUSTELLUS ob communia cum Rod. Planta conſilia, conquiſitaque auxilia, banno unius anni ac mille aureis, ACTIUS BESTA Blaſii Piatti in crimine ſocius banno unius anni ac aureis

reis mille; FRANC. VENOSTA banno duorum et sexmille aureis. FRANC. PARAVICINUS et JO. BAPT. SCHENARDUS in mulctam etiam pecuniariam licet haud adeo gravem damnati fuerunt. FORTUNATUS quoque a JUVALTIS in Biographia se ad illud Tribunal ob Hispanismi contractum crimen citatum fuisse, eamque persecutionem (ejus verba sunt) ipsi mille aureis stetisse prodit: de quo tamen in Judicii actis, unde nostra haurimus, nil reperio.

Deum immortalem! Quid est crabones irritare, hostes studio conquirere ac in se concitare, summis ima miscere, si hoc non erat? Nullus tamen actus majorem huic Tribunali invidiam conciliavit quam subita mors NICOLAI RUSCAE Archip. Sondriensis, qui tormentis solutus sub Judicum oculis exspiravit; unde immanitati Judicum ejus obitus tribuitur ab illis, qui Martyrii laurea eum ornatum cupiunt. Nos veritati litaturi, quae ex fontibus habemus, dabimus habito procul omni odio ac amore. NICOLAUS RUSCA Patria Bedanensis ditionis locarnensis in collegio Jesuitarum Mediolani ex stipendio Borromeano educatus, quum anno MDLXXXIX. ad Archipresbyteratum Sondrii, annum aetatis demum vigesimum quartum agens, vocatus est, id credidit solum sibi negotii dari, ut Evangelicam doctrinam profitentes insectaretur, ac si fieri posset penitus opprimeret. Hinc ubi potuit Officii Inquisitionis conatus sedulus adjuvit, nolens Mediolanensium ingratus esse alumnus. Sed nec minus observatus est talia suscepisse, quae ad deprimendam Raetiae dominationis apud subditos existimationem, in Hispanorum, qui ea aetate Mediolanensem Ducatum tenebant, favorem. Odium Evangelicorum is inprimis sibi conciliavit per adtentatum in SCIPIONEM CALANDRINUM Evangelicae Sondrii Ecclesiae Pastorem, cujus supra mentionem fecimus. Nempe cum sudes esset integerrimus ac strenuus ille Vir in ejus oculis, ut cui resistere non valebat, quemadmodum id maxime visum in DISP. TIRANENSI, opera duorum sibi conjunctissimorum sicarios conquisivit, per quos ad pontem CASOLI praefinito abs ipso tempore exspectantes CALANDRINUS excipiendus ac Mediolanum abductus officio Inquisitionis consignandus erat. Verum Deo sic dirigente, res emanavit. Calandrinus monitus emansit et Sicarii praedae inhiantes ex ipso Pontone ubi praestolantes haerebant, casu prorsus inopino in Magistratus vincula conjecti sunt.

In

In vinculis MICHAEL CHIAPPINUS (hoc Sicariorum Primicerio nomen erat) fatetur abductionem CALANDRINI fibi a PROSPERO QUADRIO Pontenfi ac VINCENTIO GATTO Clurienfi ex fuggeftione Archipresbyteri RUSCAE infinuatam effe; atque die ea, qua excipiendus Calandrinus erat, ab Archip. miffum ad fe veniffe puerum fchedulam illius manufcriptam in calceo geftantem, qua monebatur juxta cum fociis ad dictum locum advolare ad defignatum in exfecutionem mittendum. In ifta confeffione CHIAPPINUS extra tormenta et in tormentis conftans femper perftitit, denique ob id crimen capite poenas luit. Vallis Capitaneus RUSCAM in jus vocaturus erat, fed ob exiftimationem, qua apud fuos valebat, metuens tumultum certo oriturum Archipresbytero in caufam vocato, rem totam ad Comitia Raetica anno 1608. Aug. m. celebrata detulit: Comitia RUSCAM litteris d. 14 Aug. datis evocant, fed RUSCA emanfit. Quare a Comitiis illis Judicium ex utriusque Religionis hominibus conftans deligitur, quod menfe Novembri proxime ad cognofcendam eam caufam congregaretur. Confluxit Judicium tempore condicto: at RUSCA fub fpecie venandi Bedanum in patriam confugit, ad caufam vero dicendam procuratores tres a nobis alibi nominatos, pecuniis bene onuftos ablegavit. Ifti linguis loquebantur aureis, et ut tempora illa exulcerata erant, effecerunt ut caufa illa qualitercunque absque infamia RUSCAE transacta ac compofita fuerit: quo finito Sondrium revertens RUSCA priftinam ftationem rurfus occupavit. Acta fuere haec anno 1608. Ifti accufationis capiti alia acceffere infenfum in Dominantes animum indicantia, cujusmodi haec. Quo tempore fortalitium Fuentanum exftruebatur et communitates Raetiae in Ducatum Mediol. irruere cogitabant, vifus fuit RUSCA frequenter Morbenium viciniamque fe contuliffe, et obfervatus quod in confeffionibus auricularibus, ac in privatis etiam fermonibus populum fedulo dehortabatur ab armis adverfus Hifpaniarum Regem, Principem ita catholicum ferendis, fi confcientiam quidem falvam, et a fe abfolutionem obtinere cupiant. Quotiescunque in domo canonica Sondrienfi fuos conventus habebat, ubivis et ex ore quorumvis voces audiebantur feditiofae, indicio plusquam evidenti qua affectione in Dominantes res in illis conventiculis agitarentur. Caeterum quia vitae temperantis erat, et in partibus officii fui defungendi follers, ea erat apud fuos opinione et gratia, ut nihil non ex ejus nutu ageretur, nec falvum

erat Officialibus Raetis illum in jus vocare, nisi turbas cuperent videre. Huic existimationi suae apud populum fisus, Decretis Dominorum, quae ad ipsius genium non erant, vel directe se opponebat, vel sollicitata a Ministris exterorum Principum opera, ut remorae injicerentur ac tandem rescinderentur allaborabat, et ipsam pacem publicam turbare nullus dubitabat. Ad haec omnia ipsi Thosanae objecta RUSCA *aliud nil quam NEGARE*, licet lippis essent ac tonsoribus nota. In specie quoad confessionem CHIAPPINI de insidiis in caput CALANDRINI structis, corrugata fronte, oreque contracto dicebat: *dicta Chiappini esse varia ac futilia, ac hominis, qui se socium criminis faciat.* Alii. At fidem vel maxime mereri, eo quod eam confessionem tenuit constans CHIAPPINUS, et in ea supplicium sustinuit. RUSCA. *Eo pede si res stabat, debuisse se cum CHIAPPINO confrontari* (contendentium verbis loquor). Heic JOANNES CORNUS a CASTROMURO sub cujus magistratu Chiappinus poenas dederat, ajebat: se *Archipresbyterum nec cum Sicario committere, nec in carcere detinere ausum fuisse ob metum tumultus popularis, istamque plane causam fuisse quod tota illa accusatio ad Comitia Raetorum delata fuerit.* RUSCA. *Atqui plane omne hoc negotium per Judices a Comitiis delegatos Novembri m. anni 1608 discussum esse, et transactum.* Alii. Equidem per corruptiones Procuratorum causa illa decisionem sortita est; sed RUSCA ipse, ut debebat, Judicio se non stitit, verum conscius male sibi extra ditionem Raeticam, dum causa disceptabatur, se contulit. RUSCA. Objecta dissimulans, *se Raetis omni tempore obedientem fuisse, et tantum abesse quod Calandrino insidias struxerit, ut potius amicitiam cum ipso dum vixit coluerit, id quod vel inde constet quia libros invicem mutuo sibi dederint, acceperintque.* Alii. At hoc officiositatis genus leve esse nimium, ad tantum crimen tot indiciis firmatum eluendum. Heic RUSCA *tacet.* Quare cum ex ore ejus nihil posset elici ad fidiculas a Judicibus damnatur. Quod cum intelligeret RUSCA conversus ad Ministros, qui in Judicio stabant, *Proscribite me*, inquit, *si ita spina vobis sum in oculis, aut ad triremes damnate, potius quam tormentis me excrucietis.* Nemo non videbat quorsum his tenderet ad evitandam nempe confessionem. Die itaque dominica, quae Augusti 23 erat, ter sine tamen pondere elevatus fuit; perstititque in negativa, saepius misericordiam Dei ac hominum implorans, quas voces dolor tormentorum ipsi exprimebat, erat enim

enim homo crebris febribus vexatus, cuius rei causa duo cauteria (fontenellas dicunt medici) in brachiis habebat, ac proinde sustinendi torturam impos erat. Sequenti die lunae, facies illi velo obtegitur, ne a quoquam signum habere queat ullum, et bis absque tamen pondere elevatur: tumque observatus est spiritus deficere, et cum solveretur tortura jam exspiraverat, tenens linguam dentibus admorsam sic ut sanguis adpareret. Maculae mox in cadavere comparentes vel fidem vel suspicionem fecerunt subitam mortem a veneno accepto derivasse, cuiusmodi in pari casu CASPARO BASELGAE propinatum fuisse supra vidimus. Vir erat aetatis annum vix quinquagesimum tertium egressus, vitae sobriae, in functionibus suis diligens, licet valetudinarius. Addit eius laudibus SPRECHERUS peritiam in linguis originalibus Haebraea ac graeca, quam et nos depraedicare promti essemus, si ulla essent nobis eam in rem documenta; ad illarum enim cognitionem SPRECHERUM non adsurrexisse satis novimus. Die 26. Aug. quae Mercurii erat cadaveri ex Judicum sententia per carnificem sub patibulo Thosanensi sepultura data est, non sine indignatione ac murmure ipsorum Evangelicorum, quos inopina mors ob sparsos in Religionis Reformatae odium rumores varios ac horridos perculerat. Hinc a Comitiis m. Febr. MDCXIX. Curiae congregatis petentibus liberaliter datum ut cadaver loco infami effossum honoratiori conderetur. Sic noctu (quantum ex Quadrio disco) in erutum Monasterium Fabariense deportatum est, ubi mox miraculis inclarescere coepit in credulorum beneficia. Die Martis. seu XXV. Augusti quae RUSCAE sepulturam proxime praecesserat, PLURIUM Comitatus Clavennensis aedificiis ac divitiis nobile oppidum a monte superimminente aquis pluvialibus impleto delapso totum obrutum ac sepultum est, adeo quidem ut ex mille, et amplius incolis, quos tamen inter tantum XXII. familiae Evangelicae numerabantur, unicus homo ex tanta ruina evaserit. Eam ruinam interpretabantur quidam a Deo permissam, in coelestis indignationis signum super crudele ac indignum RUSCAE illatum martyrium, clamabantque ea hora Plurium fuisse obrutum, qua RUSCA sepultus est: quorum superstitioni refellendae Ego tempus perdere nolo; contentus adnotare oppidum Martis die sub ipso crepusculo obrutum, RUSCAM die demum secuto terrae mandatum fuisse. Biennio post infame scriptum editum in vulgus fuit sub hac 'Ebigraphi: *MARTYRIUM B. M. NICOLAI RUS-*

RUSCAE Archipresbyteri ſondrienſis in Rhaetia Superiori ſub dioeceſi Curienſi a Luthero-Calvinianis Praedicantibus in equulei tortura exſtincti, et eo ipſo tempore quo Plurienſe in eadam Rhaetia Griſonica Municipium montis ruina opprimeretur ſub patibulo prope Thuſium ſepulti. Acceſſerunt alia complura ſcitu non injucunda de tumultibus Rhaetiae confoederatorum vulgo Graubünden, inprimis Epiſcopi Curienſis ad gladium condemnatio per ſententiam publicam ab iisdem Miniſtris decretam, et in Judicio Tuſienſi pronuntiatam a fr. RICHARDO a RUSCONERA catholico Helvetiorum concionatore. Ingolſtadii ex typographeo Ederiano apud Eliſabetham Angermariam viduam Anno Domini. 1620. *Dedicat. PETRO SCHONFELDERO Abbati Ord. Ciſterc. in Monaſt. Langhem.* Supſcript. Locarni Kal. Aug. 1619. Nullum eſt contumeliae, mendaciorum, ac caluminarum genus, quod in Raetorum gentem in Tribunal Thoſanenſe, ac impotenti animo in Miniſtros Evangelicos non evomuerit ſcriptor pudoris perditi. Adeo periodus vix libera a contumelia. Pulchellus iſte Auctor Lampades dedit apud RUSCAE cadaver ſub partibulo noctu ardere viſas, filium STEPH. GABRIELIS Ilantini, eadem qua RUSCA exſpiravit hora, aquis Rheni hauſtum, inficetaque Monachalis ingenii producta cumulatim, inepta, ac falſa plura. Et tamen non puduit FRANCISCUM XAV. QUADRIUM in panegyrica Ruſcae dicata Diſſertatione, uti paſſim in toto opere Auctorem iſtum narrationis ſuae in fundamentum ſubſternere, praeeuntemque preſſo pede ſequi craſſioribus ſolum mendaciis aut omiſſis, aut paullo lenius expoſitis. Male tempus collocarem, quando famoſo libello articulatius enarrando diutius immorarer. Coronidis loco GREGOGII REMI Patritii Norimbergenſis Rythmos exſcribam, habeat ut lector quid in Germania, et apud prudentiores, ſuper iſtiusmodi Martyria judicatum ſit.

PARRIUS, et RIDICOVIUS, BARRIERE, GIRARDUS
JAUREGNUS, TIMMERMANNUS, GARNETUS id orci
mancipium, CHASTEL, RAVAILLAC, denique CLEMENS
addo GUIGNIARTUM, et GUERRETUM, pergo repetere

album

album, LOPEEZUM ſubjungens: nec ſatis iſti
adcedit noviter Rhaetorum a montibus unus
non unus, plures imo: quidam Archiſacerdos
RUSCA, et ————————————
Sed quis dinumeret cunctos quos ſecta propago
Cocyti, coelo perfricta fronte ſacravit
Martyras: Hem! Regum cultris qui viſcera laedunt
commaculantque manus regali ſanguine, quique
Scloppetis cor traiiciunt, venasque veneno
inficiunt, tandem nunc Martyras audiit aetas
noſtra. Dolor, Dolor! inuerti proh nomina rerum.

Contra nos Stephanum videamus: numne Dynaſtarum
pectora perfodit mucrone, vel ilia rupit?
Induperatoris num quid Laurentius armis
tentavit corpus? Reliqui nam Martyres inde
facti, prodiderint Patriae quod moenia? Nusquam.
Ergo vos bellos Divos agnoſcere nemo
Martyras, aut coelo (Pudor, o Pudor) eſſe locatos
crediderit, ni cui pro corde concurbita: certe
quisquilias Monachûm, decoctoresque putemus
et deſperatos Satanae qui decoverunt
ſe totos Antichriſtoque, et Apollyoni.
Scilicet hos noſtri ſecli credemus Ehudas

quos

quos Phlegetontis aquae torrent, uruntque
camini inferni, quos perpetua hic infamia terris
concomitatur, et humani portenta fuiſſe
carnifices generis convicinae. Anne vocamus
Aſtricolas? Loyolitae! Veſania quae vos
cepit? At hiſce fidem haud ipſi ni fallor habebitis.


Miratur B. LAUFFERUS hunc RUSCAE proceſſum a SPRECHERO aliter longe quam res acta fuit perſcriptum eſſe a). Aſt dubio hoc facile ſe explicaſſet doctiſſimus vir, ſi Illuſtris SPRECHERI Hiſtoriam motuum latino idiomate ſcriptam, et durantibus adhuc belli motibus Anno nempe 1629. Col. Allobr. editam conſuluiſſet, ibi enim videre potuiſſet omnia probi Hiſtorici officia ab eo adimpleta fuiſſe. Quae enim Sprecheri nomine noſtro ſeculo protruſa eſt operis ſprecheriani verſio, ſane Sprecheri non eſt. Interpretisque perfidia hoc in articulo excuſaſari nequit, qua tamen multi falſi alios rurſus fefellerunt. Eo modo ſecutus illum Venerandus Vir Dom. OTTO a PORTA in Chron. Raet. idiomate Oengadino excuſis b) pariter ſcripſit Ruſcam mille aureis mulctatum, lite pendente Clavennam dimiſſum fuiſſe. Novum documentum quod purius ex ipſo fonte bibantur aquae.

Sed de RUSCA ſatis. Unde digreſſi ſumus revertimur. Ex dictis quivis facile conjicit, tot praeclaros, ac ſumma inter ſuos auctoritate pollentes Viros diras adeo in famam vitamque latas ſententias haud aequis auribus percipere potuiſſe: id quod nec mirum cuiquam videbitur. Iſti delati in Helvetiam, apud Comitia Badenae congregata defenſionem ab injuria ac vi ſollicitabant, utque aliud Tribunal in quo cauſam

a) Tom. XIII. pag. 101.

b) Pag. 118.

ſam dicere poſſent, et judicia Thoſanenſia reviderentur poſtulabant. At erant ibidem etiam a Tribunale delegati, qui acta prolixe juſtificabant, et excuſabant. Helvetii audita utriusque partis expoſitione a parte ſua, quod a vicinis ac confoederatis requiritur, egerunt; Legatos nempe Tribunalis hortati ſunt ſtraffgerichta ſua aboleant, accuſatis ſalvum conductum praeſtent, efficiantque ut Majorum inſtituta rite obſerventur; id enim ni faciant, et quaerentibus juſtitiam non adminiſtraverint, coactos fore ſe ad media alia arripienda, per quae Tribunalia illa Rhadamantea aboleantur, et juſtitiae curſus reſtituatur. Aſt verba haec. Sic inter tumultus, inteſtinaque mala annus ille finem ſortitus eſt, nulla ſpe meliorum relicta.



CAP. XII.

1619.

Congregatur Curiae Tribunal, quod acta Thosanensium rescindit. Synodus Zuzii. Litterae suppositiae Ministris falso adscriptae. Octaviani Meli mors. Litigatio in Valletellina ob Templum Boalzii. Schauensteinii maturum consilium. Novi motus in defensionem judiciorum Thosanensium: novumque straffgrichtum in campis Igensianis, translatum inde Davosium. Litterae Frid. Elect. Palatini ad illud. Bonorani, et Toutschii iter in Boemiam. Acta straffgrichti Davosiani, imprudentia, duraque Raetorum a strafgrichto afflictorum consilia, communia cum Volturenis, et Hispanis ad occisionem Evangelicorum in Valletellina. In Raetia supina negligentia.

Condemnati a Judicibus Thosanensibus, extra Raetiae limites palantes iram ac vindictam spumabant, utque eam exercerent coelum terram, et ipsum Acheronta in subsidium vocare nil dubitabant. Morabantur alii Lucernae, alii Oeniponte, alii Mediolani, alii apud Gallicos Legatos, opem ubique implorantes. Suggerebat CASATUS Hispanorum orator, ad dissolvendum Tribunal nil conferre magis quam si Hispani milites Vallem Tellinam occupaverint, hac enim irruptione audita omnes ad sua reversuros, et ut hoc consilium probaret exsulibus ajebat neutiquam eo animo a Hispanis invadi Vallem Tellinam ut eam retineant, verum solum ut terrorem incutiant. Nemo erat naris tam obesae qui non intellexerit Hispani astutiam, qua terrae illum tractum quasi ludendo sibi addicere allaboraret. Alia longe erat sententia Gallicorum, quorum e re non erat ut Hispanus transitu Vallis potiretur. Ea

Ea in hoc constabat, ut ab exsulibus novus inter Raetos excitaretur tumultus, per quem sedibus suis restituerentur, et acta Thosanensium rescinderentur. Placuit consilium omnibus. Itaque Aprili mense Regii Interpretes praevie impetrato salvo conductu in foedus superius se conferunt, ubi paganis ex munificentia GUEFFERII pecuniae distribuuntur. Illico proscriptorum adsunt propinqui et amici, et in globos confluunt populi. Primi Leguntini d. 30. April. sedibus egressi sunt, et hos mox Disertinenses, Misaucini, Calanchenses, Praegalli Supra Portani, et alii sequebantur, qui castra sua Amisii, uno ab urbe Curia milliari, posuere. Isti aiebant se convenisse ad libertatem Religionis utriusque conservandam, ad foedera inita tuenda, ad oppressos adjuvandos, efficiendumque, ut causam coram Judicio nonpartiali dicere possint, ad Gymnasii Sondriensis, cuius tamen, et ipsa memoria exoleverat, abolitionem: datisque ad caeteras trium Foederum Communitates litteris barbarum Oengadinensium inferiorum procedendi modum traducunt, et ut cum signis militaribus convenientes labascenti Reip. subveniant poscunt. Tribunal tunc Revisorium Curiae instituitur, cui consul Curiensis GEORG. GAMSERUS Praeses datus est, et judices adlecti qui catervis populorum, id erat Exsulibus, non displicebant. Edicto Tribunalis Proscriptis salvus conductus promittitur, ad cuius promulgationem adcurrunt Curiam omnes. Citantur Judices Thosanenses in genere, citantur Ministri qui Judicio Inspectores assederant. Acta, Processus, ac Documenta jubentur extra dare. Sed isti omnes comparere, et extradare renuentes domi latitant. Judices Curienses nihilominus in GEORGIUM JENAZIUM processa instituunt, ut BLASIUS ALEXANDER a quovis impune occidi possit, judicant, JAC. ANTH. VULPIUM carceri addicunt, denique ordini Ecclesiastico ius suffragiorum adimunt. Capitaneum ANTHONIUM VIOLANDUM tormentis subiiciunt. Acta Thosanensium Judicum rescindunt. Proinde quibus infamiae nota inusta erat, illi pristino honoris gradui restituuntur, absentibus reditus in Patriam conceditur, pecuniaria tantum quadam mulcta ad eluendas expensas factas irrogata; ac in tantum omnia mitigata, ut sublata videretur omnis causa, per quam ab Exsulibus poterat credi Patriae periculum imminere, et spes esset post tantam tempestatem coelum serenum affulsurum.

Dum isti judices Curiae in mitigandis Thosanensium Processibus occupantur, Junio mese solito tempore Ministri Evangelici Zuzium superioris Oengadinae in synodum confluunt, res Ecclesiarum tractaturi. Advolant litterae Curiensium quibus Ministros illos qui Tribunali Thosanensi assederant, *Allotrioepiskopias* accusant, ceu qui falcem in alienam messem immiserint, et sacro ordini indigna admiserint, Pastori suo GEORGIO SALUZZIO viro integerrimo exclusionem a synodo suapte auctoritate intimare ausi sint.

Synodus omnes illos, in quos accusationes erant, censurae subiecit, ac ut via juris ab impacto crimine se purgent eis imposuit, sub exclusionis poena: GEORGIUM JENAZIUM, ac BLASIUM ALEXANDRUM ferociae convictos ab officio suspendit. Quo minus plura acta sint, signa militaria Engadinensium, quae ad dissolvendum Tribunal Curiense concurrebant, in causa fuerunt. Audito enim seditionis novo rumore ac armorum crepitu quisque Ministrorum ad sua se recepit. Synodus interea ad Judices ac populos Curiae congregatos litteras exarat querulas de contumeliis, quibus sacer ordo passim linguarum virulentia proscindatur, et de ablato sibi, patriae amantissimis filiis, suffragiorum jure multa queritur, fidem de innocentia Ministerialis ordinis facit, declarans denique omnibus illis quorum actionis criminis insimulentur, injunctum esse, ut via juris se purgent. A Judicibus vero ac populis simul petunt, ut semota vi externa, ordine judiciario Res tractentur. Exemplum enim editum in symmystam JO. ANTH. VULPIUM nunc vinculis Curiae detentum ejusmodi esse, ut religioni ducat Synodus confratres tali discrimini subiicere. Datae Zuzio d. XXIII. Jul. MDCXIX. c)

Inter haec d. XVII. Junii Clavennae OCTAVIANUS MEYUS caelebs septuagenarius illius Ecclesiae meritissimus Pastor placidam in Domino obiit mortem. Laudata in illo fuere cum eruditio Theologica solida, cuius specimen egregium juvenis adhuc dederat in Disput. Tiranensi, ac opere *Theandricorum* in lucem emisso, tum Hebreae ac Grecae originalium linguarum peritia, denique prudentia, et moderatio: laudem hanc illi adtribuunt non SPRECHERUS modo, sed etiam Catholici ipsi.

c) Juvalta ipf. in Biogr.

ipſi. d) Is pleraque, quae poſt mortem ipſius in effectum iverunt, (quemadmodum ex ore ipſius Catholici ipſi audiviſſe fatebantur) etiam emerſionem ex calamitate praedixerat; novo argumento *prudentiam* (ut Nepos in Attico dixit e) quodam modo eſſe *divinationem.* Idem Illuſtris Hiſtoricus prodidit ſaepius MEYUM auditum fuiſſe hos verſus in concione ingeminaſſe, ad quos intelligendos mihi quidem Oedipo opus eſt.

Caſuram dicas, decipit illa canes.

Subditis Vallis Tellinae nihil exoptatius erat impetuoſis Raetiae motibus, ex dominantium enim diſſidiis animoſiores fiebant, ad inſurgendum in Dominos, ſcientes probe ſuam in Raetos inobedientiam a Hiſpano foveri. Et quam promti eſſent ad jugum Raetorum excutiendum quavis oblata occaſione dictis factisque oſtendebant, ſed cum primis Majo menſe in Tertiario ſuperiori obſervare datum fuit. Petierant Evangelici Communitatis BOALZIENSIS a Raetiae Senatu conceſſionem in communi aede ſacra Religionis quoque ſuae exercitii, et inſupra L. coronatorum ſtipendium Eccleſiaſtis apud ſubditos adſignatum. Contra allegabant Romanenſes conventionem quandam Anno MDLXXXIX. initam, cuius vigore Evangelici erga condictam pecuniae ſummam tunc temporis in promtis enumeratam, omni juri ſuo in Templum renunciaverant. Sed excipiebant Evangelici, plura alia in conventione illa exſtare quibus Catholici non ſteterant, contendebantque ut communis uſus templi, et ſtipendium XL. Coronatorum ſuſtentationi Miniſtri dicatorum, ex tenore Decreti ſaepius confirmati ſibi quoque traderentur. Cauſam obtinuere Evangelici: mandatumque fuit Tirani ac Tilii Praetoribus auctoritate ſua efficiant, ut in communi Templo Evangelici conciones ſuas habere poſſint. Data erat dies XXVIII. Maii, qua initium exercitii ſacrorum Evang. inciperet. Advenere hora ſacrorum ſolita dicti Praetores cum GAUDENTIO TACKIO Paſtore Bruſiano concionaturo. Verum Templum ab interiore parte obſeratum erat: ex viciniis praeterea circumadiacentibus ac maxime Tirano

d) Sprech. Hiſt. mol. p. 83. Quadr. Vol. II. p. 117.

e) Cap. XVII.

rano insolita frequentia confluxerat armatorum ingressum prohibentium. Igitur quum sine strage fores Templi non aperiri daretur, infecta re discessum est; contemta Pactorum auctoritate. Gaud. TACKIUS eo quod armatos illos rebelles increpuisset, in itinere de insidiis fustibus male mulctatus fuit. Die dominica proxime secuta, quae d. 2. Junii erat, Evangelicus quidam probus Vir DELIUS CATTANUS nomine, orta super causam Boalzianam rixa a spurio quodam sacerdotis Cornachiae filio ante ipsas Praetorii Tiranensis fores, Colognetta dicto, interfectus est: Indicia evidentissima animi quo dehinc Raetorum mandata excipere cogitarent.

Proclive judicatu erat, bellis instestinis non citius quam cum ruina Reip. finem fore: ruinam igitur antevertere cupidi, alii alia consulebant. Inter alios THOMAS SCHOVENSTENIUS L. B. ab Haldenstein, suadebat ut amnestia praevie promulgata lex observaretur, ex qua, *quicunque studiis tam Plantaniorum quam Saliceorum litaverant per annos dehinc triginta a Senatu Raetico arcerentur, absque ulla tamen honoris derogatione.* At id facilius dictu, quam effectu erat. Nam Thosanenses nolentes actis suis quidquam derogari, ad abroganda acta Judicum Curiensium, seditionem de novo concitaverunt, quam subditorum Rebellio ac belli calamitates presso pede secutae sunt. Primi omnium vexillum sustulere Vallis Monasteriae incolae, qui sedibus moti Zuzium venerunt, et alias subsequenter Communitates excitaverunt. Sed hi ipsi primi etiam temeritatis ac stultitiae poenas dederunt, primi quippe ferro, incendiis ac depraedationibus vastati fuere. Globi isti in pratis Igensianis prope Cizerium consederunt, ubi tracta in considerationem malorum intestinorum calamitate, clamabant omnes fontem turbarum in Legatis exterorum Principum recumbere, hos enim per largitiones suas animos Procerum juxta ac plebis in diversa studia trahere; itaque ut istis malis ostium praecludatur statuerunt, in Raetia nullis amplius exteris Legatis residendi facultatem permittere. Itaque STEPHANO GUEFFERIO Gallico Legato Majaevillae considenti, discessum intimarunt. Hic protinus Ragazzium ultra Rhenum in agrum Helveticum se recepit. Ibi moratus aliquamdiu est, deinde in Galliam reverti constituit: equum conscensurus ad Raetos qui ibi aderant, italico sermone dixisse auditus est: *io riferirò al mio Re il dispetto, che gli*

gli è fatto in la mia persona. Il Re vi abbandonerà, e Spagna vi inghiottirà. Ac facta vocem secuta sunt. Is enim Uraniam se conferens communia cum ALPHONSO CASATO de affligendis Raetis consilia cepit, quin etiam MERICUS de VICO Residens Salodori sub praetextu devotionis erga S. CAROLUM BORROMEUM Mediolanum proficiscens cum Duce Feria consilia miscuisse, observatus est; ac re vera ambos illos eandem tibiam inflavisse, eventus docuit, et indicia alia super omnem dubitationem declararunt.

A vexillis populorum in pratis Igensianis congregatorum novum Tribunal constituitur, cui Revisio actorum in Judicio Thosanensi, et Curiensi demandatur. Obtinuere Davosiani, ut Tribunal istud ad exercendos actus Judiciales Davosii congregetur, jure enim id sibi deberi contendebant, eo quod antecedentium Tribunalium, prius Thosanae superioris, posterius Curiae Cathedralis foederis oppidis habita fuerint cum ingentibus pecuniarum expensis. Judices isti Davosiani Acta Thosanensium fere confirmabant, pauca ac leviora mitigabant: contra acta Judicum Curiensium abolebant. Flagrabat tum in Bohemia inter FERDINANDUM Rom. Imp., et FRIDERICUM Electorem Palatinum bellum: miseratque ad hos Judices Fridericus litteras amicitiae plenas, quibus exponebat Coronam Regni Bohemiae sibi delatam ac a se acceptam esse, petebatque ne Raeti cuiquam adversum se transitum permittant. Judices isti nil veriti Austriacos Principes, quorum ditiones Raetis limitaneae sunt, inconsultis Communitatibus duos Ministros CASPARUM BONORANUM Lavinianum, et BONAVENTURAM TOUTSCHIUM Cernezienfem ad Palatinum miserunt, qui illi studium ac operam Raetorum contra Austriacos deferrent, promitterentque se non permissuros, ut Hispani per Raetica itinera transeant, si forte in favorem Caesaris penetrare in Germaniam cupiverint. Isti Legati in itinere JOACHIMUM ERNESTUM Principem Brandenburgicum Onolzbacensem Rotenburgi ad Tuberam convenientes, unioni Protestantium multa promisisse dicebantur. Toutschius reversus est. Bonoranus Pragam usque excurrit, ubi Palatino ac Consiliariis ejus pariter multa ad gustum dixisse certum est. Idem fuisse dicebatur FRIDERICO Baroni a Tieffenbach Auctor veniendi ad Fabarianas thermas, nempe, ut inde prosperum eorum, quae in Raetia in favorem Electoris susciperentur, successum nunciare

ciare posset: quae mora summo illi viro feralis evasit, ut suo dicetur loco. Legatis Raetis Consiliarii Electoris aureos Rhenanos quatuor mille, (fide JUVALTAE) consignaverunt, ad milites in Vallem Tellinam praesidii causa mittendos alendum, et subsequenter alios quoque sumtus submittere polliciti sunt. Sed Legati domum venientes pecunias retinuerunt, et in alios usus converterunt. Curae praeterea habuerunt Judices Davosiani Decreta diversis temporibus edita, ac indulgentias, Jubilaea, Monachorum exterorum admissionem prohibentia denovo confirmare. Volebant Judices, ut in Indulgentiis verba illa (*pro extirpatione haereseon*) aut omitterentur, aut ut Monachi illi declarent, quod sub eo titulo Protestantes comprehensos nolint, siquidem admitti nequeat, ut subditi pro exstirpatione Principis sui orent. Ad Edicti tenorem Capucini, qui ad concionandum in quadragesima accesserant, discedere jussi sunt, praeterquam in medio Tertiario ubi permanserunt. Utcunque haec levia erant, et causam Reformatam parum aut nihil juvabant, attamen quia in Religionis Romanae detrimentum facta videbantur, Valtellinos vehementer urebat, et exacerbabat. Mancipaverat ANDREAS ENDERLINUS, Tiliensis Praetor, quosdam carceri ob tumultum supra in causa Boalziensi reos, et illi lubentes fatebantur, quod BOALSII si tunc temporis Evangelici concionem instituissent, propositum fuerit non solum concionatorem, et auditores illius Loci, verum etiam ipsos Praetores trucidare. Quod ubi emanavit, Judices Davosiani propter eam, et alias causas sex delegit Comissarios, quibus injunctum, ut in Vallem Tellinam profecti Praetoribus assistant, et Decretorum Dominicalium exsecutionem urgeant. Comissarii illi Tirani ac Tilii processus instituebant, quasi laesae Majestatis omnes tenerentur, et in causa Boalziensi decreverunt, ut expensis Communitatis Templum Evangelicis exstrueretur, ac insuper aurei quadringenti pro reliquis omnibus expensis factis solverentur. His animorum exulcerationibus accessit quod Judices Davosiani multos ex primariis Pontificiis subditorum, immissis ad eos caipendos satellitibus, ceu VINC. VENOSTAM. JAC. ROBUSTELLUM, ANTONIUM PARAVICINUM aliosque vexarunt, et adjudicando eis vel mulctas pecuniarias, vel inurendo maculas infamiae exagitabant, ad eum fere modum quo Thosanae actum fuerat. Unde factum, ut apud alios patientia verteretur in furorem, apud mitiores auctoritas, et Tribunalis, et ipsorum dominan-

nantium in contemtum iret: passim vero consilia sanguinaria tractarentur. Majo mense cum post festum Paschatis congregationem synodicam Tirani habuissent Ecclesiastae Voltureni, a quatuor sicariis qui favore optimatum Valtellinae tecti libere obambulabant, ad pontem Tresendae exspectati fuere, ut simul semelque trucidarentur. Ast voluit Deus, ut insidias intellexerint, et comitati a Praetore aliisque per aliam viam domum suam reversi sunt. Duravit Tribunal illud ad diem usque XXII. Junii, ac jurisdictionem forte longius protraxisset, nisi fama externae irruptionis jussisset quemvis sarcinas colligere, ac domum properare. Circa dies illos missi Davosium fuere deputati ad excipiendas rationes sumtuum in eo Judicio factorum, et rationibus subductis, (sunt verba Juvaltae qui a Com. Oengadinae sup. delegatus fuit) expensae tantum extraordinariae, *summam florenorum Rhenensium* quadraginta millium, et ducentorum excesserunt. Summa autem Mulctarum irrogatarum ascendebat ad centena millia, quatuor mille, et aliquot centenos florenos. Expensae fuere tantae, ut post exsoluta cuivis Judicum salaria, singulis Foederibus debitum accenseretur viginti duo millium florenorum. *) Tanti constabat ruinae in suum caput accersitio.

Exsules Raeti qui per tumultuaria illa Judicia patria pulsi erant, partim apud Hispanos, partim apud Gallorum Legatos, partim apud Austriacos auxilia procurabant, quibus Patriae restituerentur. Principes insanas contentiones, et discordias Raetorum pronis auribus excipiebant, et exsulibus levia quaedam auxilia subministrabant, quae tamen ad rei summam parum proderant, et facile repellebantur. Ast vehementes sunt desperatorum conatus ac impetus. Pariter et Exsules in ea consilia devenere, ut uno tempore, e diversis lateribus cum externa vi irruere in Raetiam, simulque Evangelicos Vallis Tellinae lanienae uni trucidandos permittere constituerint. In consilium lanienae cum Exsulibus Raetiae, Primores Vallis Tellinae, et Burmii quos inter praecipui JACOBUS ROBUSTELLUS, Grossultensis, MARCUS ANTONIUS VENOSTA, Grossiensis, VINCENTIUS VENOSTA Mazziensis, FRANC. VENOSTA Tiranensis, FRANC. SCHERNARDUS Sondriensis, ANTONIUS MARIA

*) Anh. Cap. XV.

RIA Paravicinus, JO. GUICCIARDUS numerabantur: Dux Feriae, ipse denique Gallicus Legatus GUEFFERIO diverso licet fine consenserunt. Existimabat enim iste fore, ut Raeti in extremam calamitatem conjecti Regis sui auxilia anhelaturi essent, eique pedibusque manibusque se dedituri ad obtemperandum in omnia quae petiturus esset. Valtellini vindictam moliebantur, et vindicare se in libertatem oportuna adeo occasione cogitabant: et ob eam causam Exsulibus Raetis auxilium contra eorum adversarios ad extremum usque halitum pollicebantur, et ut consilium suum externa quoque ope sustentaretur allaborabant. Nomine Vallis apud Ducem de Feria tractabat Capitaneus JO. GUICCIARDUS Pontensis, apud Cardinalem ArchiEpiscopum FRIDERICUM BORROMEUM Joannes CILICHINUS Lanzadensis in Valle Malenchi Parochus, THOMAS BUZIUS Sacerdos, et IGNATIUS de BERGAMO Capucinus. Apud Ordinarium Genuae residentem Don VIVEZ quatuor Jesuitae JO. ANT. CASOLARIUS, Burmiensis, HORATIUS TAURELLUS Villensis, ANTONIUS PARIBELLUS de Albosaggia, SCIPIO denique CARRARA Bergomensis. Ipsum Pontificem PAULLUM V. adierant isti rogantes, ut Archiduci Leopoldo ac Duci de Feria Religionis catholicae in Valletellina curam commendet; id quod facile ille fecit; sed omnes consilii partes ei non explicaverunt. Interea consilium sanguinarium adprobationem apud Hispanos meruit, ac Valtellinis in Raetos rebellaturis ex Regii consilii secreti Mediolanensis consulto protectio Regia promissa fuit, ac ipso facto in paranda arma, conducendumque militem duplones Hispanici termille, (si vera loquatur QUADRIUS, cui haec accepta referimus) enumerati sunt, simulque Comiti SERBELLONIO in jussis datum aliquot millia militum in promtu habere. Consilio rato habito JO. GUICCIARDUS intinere per Venetum dominium emenso in Tyrolim ad ROD. PLANTA contendit, ut eum nempe moneret temporis, cujus oportunitatem observare eorum maxime intererat. Convenerat quippe inter illos: Ut eodem tempore, quo strages edebatur in Valle Tellina pariter ROD. ac POMP. PLANTAE in Monasteriensem Vallem, Oengadinamque inferiorem ANTONIUS a MOLINA Interpres Regius, Georgius a GEORGIIS, et ANTONIUS GIOVERIUS, in Misaucinam ac Calancham, JOSEPHUS denique a CAPAULIS e latere Clivi S. Lucii, in Raetiam irruerent, ac concitatis populis vindictam de hostibus sumerent. Dies actioni statuta erat Julii decima septima, stili Juliani.

Nisi

Nisi profundo lethargo ſopiti Raeti fuiſſent, tantae cladi per conſilia meliora, aut alias vias aliquatenus ſaltem praeſtuere potuiſſent: enimvero de laniena in Evangelicos patranda ita vulgati erant ſermones, ita evidentia indicia, ut nihil magis protritum. Litterae quoque fuere interceptae, et Tribunali illi Davoſii praeſentatae, ex quibus de malo imminente facilis conjectura. *) Aſt fruſtra conſilia humana, ubi judicia

*) Illae ſic ſonant. Inſcr. *Dem Hochgeachten Herrn als Brudern, Herrn Tolmetſch Antoni Molina, Ritter Georg Schorſch Lieut. und Ritter Antoni Giouer a Caſtilio in Maſax. Hochgeachte Herren. Vom H. Ritter Giouer haben Wir den Entſchluſs unſers Geſchäffts vernommen, darauf haben Wir uns auf die Reiſs begeben, und als Wir zu Sargans ankommen, haben Wir von einem Botten, ſo uns a poſta zugeſandt worden, daſs die Sach auf unſer Seiten gerüſt, und allenklichen in Bereitſchafft iſt, alſo daſs Wir nichts zu ſaumen haben, ſonder recht in Gottes Nahmen; auf beſtimmte Zeit, die Händ an das Geſchäfft legen; hat uns alſo bedunkt die Herren deſſen zu berichten bitten Sie auf ihrer Seyten, (da Wir doch nicht zweifflen) daſs Sie nichts verſaumen wollen, und auf beſtimmte Zeit einen Anfang machen, wie Wir auch auf unſer Seiten unfehlbar thun wöllen. Und wo ſolches beſchehen wird, ſind Wir gewiſs, hoffentlich zu ſiegen: Sonſten wo man länger verzeücht, ſind wir verderbt. Darum iſt höchlich vonnöthen zu eilen, und mit dem Geſchäfft fortzufahren, weil Wir haben die Gelegenheit und die Freund, welche da eiffern und beten: Und ſo man verzeücht, werden Sie ſich mit Gewalt müſſen neigen, und Wir werden ohne Frucht bleiben. Dann fürohin Wird man kein Hoffnung mehr haben. Darum wideräfferen Wir, und bitten um Gottes Willen, daſs Sie hierinnen nicht ermanglen wollen. Unſere Widerſächer ſind in groſſer Furcht, und ſchreiben dieſe Mörder auf die Gemeinden das Ich ſeye in der Feſte* Fuentes *mit etlich* 1000. *Soldaten ſamt Geld das Veltlin anzugreiffen: Damit durch das Mittel ein Zuſatz in das Veltlin gelegt werde, weil Sie keinen anderen Weg wiſſen, auf jede fürfallende Gelegenheit zur Beſatzung. Darum muſs man lugen dieſem vorzukommen; und ſo Wir das thun, mögen Wir leicht zu unſerm Intent kommen, und auf beſtimmte Zeit und Zihl fart man fort unfehlbarlich. Wegen Gelt unſers Verreiſens mag Ich dem H. particulariteten zuſchreiben. Ich referire mich auf des H. Giouern an Jann Paulum ſchreiben. Am Durchreiſen zu Weſen, haben Wir mit H. Haubtmann Hans Schorſchen geredt, welcher iſt gar unſer guten Meynung, und wird ſich auf Meſax zu begeben. Was die Wachten hie anbelangt haben Wir hie Anordnung geben, wie die Herrn von Ihm verſton werden. Hiemit thun wir uns dem Herrn befehlen bittende durch Gottes Willen, Sie wöllen doch nicht die Zeit und Gelegenheit verlie-*

cia instant divina. Constituerat Tribunal illud Davosianum, ut praesidia Valli Tellinae imponerentur, contra irruptionem Hispanorum: id quod sane necesse erat, sed conspirantes semet voluntario exhibuerunt Raetis ad facienda praesidia, callido utique consilio, ne abs exteris conatus praemeditati possent impediri, et ut itinera habeant in potestate, nec possit quisquam in quos conjuraverunt elabi. Licet vero essent qui intelligerent hoc facto Rebellibus potestatem in manus tradi: Officiales tamen in Valle Tellina, quasi ea res parvi momenti esset, facile admiserunt, metuentes nempe ne ab extraneis copiis emolumento ipsorum quidpiam decidat.

Quin et parum adfuit, quo minus omne consilium Conspirantium dissipatum sit. Quippe dum JO. ANT. GIOVERIUS impatiens morae, cum insigni manu bannitorum, quos in Luganensi, Locarnensi ac Biltionensi ditione conscripserat, in Vallem Rhenanam d. 2. Julii, atque adeo octo dies ante condictum irruere tentat, illico Rhenani, Sexamnini, Thosanenses adsunt, qui eum repellunt. Illico et classicum per Raetiam totam datur: ac perstrepunt omnia armis. Nempe adfuissent media ad praeveniendum tantae cladi: si concors, firmus, vigi-

verlieren; dann an uns soll nichts ermangeln. Gott segne unsern Anschlag, dass Wir uns mit einander an bestimmten Orth ansehen.

Ragaz in grosser Eil. $\frac{15}{25}$ *Junii 1620.*

Pompejus Planta mit eigner Hand

Johan Leon.

Obsignatae Sigillo Fabii de Praepositis.

Iisdem litteris scedulae duae inserebantur: una hujus tenoris: *Auf ein Neues sagen wir Euch, dass Ihr unfehlbar auf bemeldten Tag fürfahrend, dann Wir nicht mangeln. Wann dann durch euwer Versaumnis sie sich auf unsere Seiten versehen, und beyspringen, so protestiren Wir, wann ein Stund versaumt wird, sind wir verderbt. Durch Gottes Willen ermangelt nicht.* Altera caracteribus latinis, arcano scripturae genere, hunc sensum fundentia. *Die Gutherzigen sollen das Werk nun z' handen nemmen; der König* (omnes explicabant de Rege Galliae) *werde mit Geldt nicht ermangeln.* Litterae istae coram Tribunali Censorio perlectae fuere.

vigilans, ac circumſpectus fuiſſet animus. Aſt quae fatalia, non ſunt alia! Nunc ruinam Rhaetiae, ac primo editam in Valle Tellina ſtragem intueamur.

Sed antequam Nobis eam ob oculos ſiſtamus, ordo paulisper regredi, et aliò quaedam adhuc relegere jubet. Ac primo quidem occurrit Exercitium Religionis Evangelicae in Templo CORVANTIORUM ſupra Curiam Civitatem, circa illud tempus inſtitutum. Ea de cauſa haec comperta habeo.

Coenobio Corvantiorum Anno MDCXIV. adminiſtrator datus fuit CAROLUS BERTSCHIUS vir, et in Officii ſacri partibus defungendis, et in oeconomica re curanda diligentiſſimus ac ſolertiſſimus, quique omni ſtudio obnitebatur, ne Praedicatio Evangelica inſtituatur: contra vero GEORGIUS SALUZIUS Curiae, et CONRADUS BUOLIUS Davoſiii Eccleſiaſtae ante a propoſito non deſtiterunt, quam id quoque juris in dicto etiam loco illi adquiſiverunt. Id factum hoc modo. Die XVII. Octobr. Anni MDCXVI. Homines Regionis Corvantiae, ad quam tres viciniae UMBILLICIUM, PARPANUM, ac TSCHIERTSCHA pertinent, Corvantiam, ſolitum publicarum Congregationum locum accerſiti ſunt. Illis in Hypocauſto majore Coenobii (quo loco ab olim Senatus habebatur) congregatis. Regionis Judex expoſuit Templum Monaſterii ibidem ad omnes ex aequo Corvantianae Jurisdictionis Homines ſpectatare: nam et ſacrorum Antiſtitem qui, tum ſacrae Aedis, tum Coenobii curam gerat, et Curatores utriusque ſanctuarii ſecundum conſuetudinem majorum a populo eligi: quia vero major populi pars Evangelicam ſuſcepit Religionem, quae in aliis Raetiae Eccleſiis publice exercetur, congregatis Regionis hominibus deliberandum ac decernentum Judex propoſuit, *num an non e re Juſtitiae* ſit, *ut etiam in hac Eccleſia totius Regionis primaria omnibus ex aequo communis, Miniſter inſtituatur, qui ſacra Evangelica peragat.*

Quoquot aderant Evangelici (ſunt autem numero ſupra Catholicos multo plures) alta voce affirmarunt: unanimiter e contra Catholici adverſus Pluralitatem Evangelicorum proteſtabantur: dicendo antenominatarum Viciniarum homines omnes habere in ſuis Viciniis et

Templa, et Miniſtros: eos nec ad exſtructionem Aedis ſacrae Corvantii, nec ad ejus manutentionem quidquam unquam de ſuo contuliſſe: Conventiones in hanc rem olim factas, ceu argumenta invicta ad legum normam exacta allegabant. At aliud non profecerunt niſi quod ulterior deliberatio in ſequentem diem dilata ſit.

Die ſecuta quae Octob. XVIII erat ſtatutum fuit, ut Inventarium omnium Mobilium Coenobii conficiatur. Eo confecto omnium ſuffragiis decretum eſt, quod Adminiſtratori CAROLO BERTSCHIO omnium viciniarum nomine intimetur, *ut ſine mora finibus ſuae Regionis excedat*. Delecti duo viri fuere quibus injunctum eſt, ut praenominatum Decretum dicto Adminiſtratori annuncient. Alter illorum diu ſatis reluctatus eſt ne alteri adjungeretur: at cum videret aliter fieri non poſſe illi ſe tandem adjunxit. Ambo iſti voluntatem hominum Regionis Adminiſtratori anunciaverunt, expreſſo cum mandato, ut ſua omnia quae adtulerat quantocitius compacta ſecum avehi aut aſportari curet; ac in viaticum *duos* illi *florenos* obtulerunt.

Jam ingruebat veſpera. Bonus igitur quidam Homo enixe petere, ut per ſequentem adhuc noctem Patri CAROLO mora in Coenobio concedatur: aegre obtinuit quod petiit: obtinuit tamen: ſic mane diei XX. Octobr. Adminiſtrator in viam ſe dans Regione diſceſſit.

Poſt illius diſceſſum aedes Monachi in habitationem Miniſtro Evangelico adſignatae ſunt: ad ſacra peragenda introductus eo habitatum venit JODOCUS GANTNERUS patria Curienſis: primus in Aede illa Reformatae Religionis Praedicator, ubi ille annos tres cum dimidio habitavit. Sed tandem melancholia correptus infauſto fato de feneſtra lapſu ſublimi praecipitem ſe dando, vitam finivit Anno 1620.

Ob Rebellionem Vallis Tellinae dicto Anno 1620. erumpentem et motus bellicos in Raetia ſubſecutos integrum non fuit Evangelicis Corvantienſibus, licet a Conterraneis fidei ſociis adjuvarentur, alium defuncto in Eccleſiae curam ſubrogare: et JO. FLUGIUS Curienſis Epiſcopus vacantem videns Eccleſiam Tempusque, oportunam adeo occaſionem amiſſa Jura recuperandi, e manibus non dimiſit, ſed e Conventu Roggenburgenſi Bavariae. P. GEORGIUM HABERLE dicti Conv. Canoni-

nonicum cum Abbatis consensu accersivit, cui et Aedis sacrae curam commisit, et Coenobium inhabitare jussit. Metu armorum extraneorum Raetiam devastantium, adtentatis nemo se opponere audebat. Post duorum annorum moram discedens Haberlinus, successorem habuit antenominatum CAROLUM BERTSCHIUM Anno nempe 1622.

Anno 1624. Abbas Rockenb. MICHAEL in Raetiam misit Subpriorem suum FRID. ROMELIUM eodem tempore quo ALEXANDER SCAPIUS Nuntius Apostolicus in Raetia degens férociter causam Ecclesiasticorum agebat, unita hujus, nec non Episcopi Curiensis ope: Subprior Romelius possessionem bonorum Coenobii a terraneis occupatam denuo adivit, et viam regiam, quam Incolae per aream Coenobii fecerant, obstrui curavit. *)


Demum compositis motibus bellicis Anno 1646. Exercitium Evang. Rel. in dicta Coenobii aede reductum est: quibus vero pactis id actum ac transactum fuerit suo loco exponetur.

FRIDERICUS SALICEUS, Vicarii *Joannis Salicei* samadaeni ac *Evae Planta* Zuziensis filius Anno 1574. d. 24. April natus, *Friderici*, illius strenui Reformatae Religionis propagatoris Nepos juvenilibus annis in Galliam profectus, aulae Gallicae splendore dementatus sacra Evangelica inibi abjuravit. †) Apostasiam litteris ad Patrem scriptis, rationibus variis justificare ausus est: ad quas Parentis nomine LUCIUS PAPA Ecclesiastes samadaenus responsorias scripsit. His Fridericus Apologiam litterarum suarum typis impressam reposuit. Ad hanc Papa Vindicias Responsionis suae typis impressas edidit hoc sub titulo: *Assertio ex sacra scriptura, et Ecclesiasticis Patribus sumta, vere Catholicae, et Christianae doctrinae de officio Christi Mediatoris, de Justificatione fidei, de bonis operibus. Impugnatio item, et redargutio doctrinae Papisticae de sacrificio Missae, de igni Purgatorio, de praepostero cultu sanctorum, eodem fundamento sacrae scripturae, et Patrum testimoniis nixa*

*) Debeo has notitias Nobiliss. Dom. Gub. GUBERTO a WIEZELIIS Zuzio - Corvantiano, qui eas ex Protocollis dictae Jurisd. excerptas mihi benigne communicavit.

†) Conf. Quadr. Tom. III. p. 319. et errorem in numeris ab eo comissum corrige.

nixa adversus Epistolam Apologeticam D. S. (*Domini salicei*) *posteriorem per L. P.* (*Lucium Papam*) *Ministrum verbi Dei, Pesclavii in Rhaetia superiore. Apud Dolphinum Antonii Landulphi. A. MDCXI.* Is caeterum dum vixit in Gallia, JURIS UTRIUSQUE Doctoris charactere ac nomine eminuit; electus a Rege in Elemosinarium suum, et Priorem Comendatarium S. Sameti. Obiit Parisii d. 10/29 Martii A. 1616. Sed Friderici scripta utraque sub incudem revocavit, et solide, succincte, ac nervose elumbavit STEPHANUS GABRIEL Ecclesiastes Ilantinus, scripto hujus tituli edito: *STORGAE SALICEAE id est EPISTOLA, in qua PATER ORTHODOXUS filium Papistam in veritatis viam reducere conatur, Authore STEPHANO GABRIELE, Ecclesiae Ilantinae in Grisaeo Rhetorum Faedere Ministro. Genevae. Typis Mathaei Berion. Anno MDCXVII.* Dicatum est opusculum bonae frugis plenissimum Patri moerenti Dom. Joanni Saliceo Vulturenae VICARIO ejusque filiis, Apostatae fratribus, JOANNI ac ANDREAE a Salicibus. Tristem Apostasiae filii nuncium Mater non audivit, utpote die 30. Aug. A. 1584. Sondrii in Domino defuncta, Matrona spiritum vere Christianum spirans, quae Marito intra vinginti cohabitationis annos, liberos pepererat *novendecim*, ex quibus ea e vivis excedente, undecim adhuc, nempe *Lucretia* A. 1565. d. 22. Julii nata: *Cecilia* A. 1566. d. 18. Julii: *Anna Givuna* A. 1567. d. 24. Junii: *Rodolfus* A. 1568. die 10. Junii. *Thomas* A. 1569. d. 30, Maii: *Ursina* A. 1570. d. 18. Julii: *Fridericus* supramemoratus A. 1574. d. 24. April: *Joannes Fridericus* A. 1575. d. 21. April: *Maria* A. 1576. d. 28. Julii: *Theodosius* A. 1580. d. 12. Aprilis, qui obiit in vico Schithütten novem milliaribus a Noriberga dissiti d. 12. Julii: A. 1605., cum in Aulam tenderet. *Andreas* denique A. 1582. d. 27. Decembr. nati, in vivis erant.



CAP.

CAP. XIII.

1620.

Rebellio Vallistellinae, et laniena in Evangelicos edita.

Nunc exſecutionem ſanguinarii conſilii propius paullò intueamur. Fixerant conſpirantes Valtellini diem dominicam, in XVI Julii menſis incidentem, qua occupatis praevie itineribus ne elabi quisquam poſſet, Evangelicos in Templis ad ſacra facienda congregatos, uno impetu omnes ſingulis quique locis opprimerent ac perimerent. Sed turbaverat terminum JO. ANTONIUS GIOERIUS complicum unus qui praeavidus vindictae in adverſarios exercendae, cum armata militum manu die $\frac{13}{24}$ Julii, in Miſaucinam ac Rhenanam Valles irruperat; at a convolantibus Raetiae vexillis, ſubito clamore convocatis, fruſtrato ſucceſſu repulſus fuerat. Hoc enim audito infelici eventu conſpirantes in extremam venerant dubitationem ne deſignata effectu fruſtrarentur: famam conſilii jam ad Dominantes emanaſſe, et ne in ipſa actione a praeſto ſupervenientibus Raetiae cohortibus obruerentur, timebant. Legat RICCIUM Brixienſem et LAVIZZARIUM, conſultationes ſollicitas ac ancipites operoſo òrationis lenocinio exornatas, deliberantibus illis adfingentes, qui animorum anxietates illorum articulatius cognoſcere cupit. Vicit tandem deſperatio: et quia die 9 Julii, ante lucem a Commiſſariis III. Foed. Tirani agentibus, torturae ſubjiciebatur quidam MICHAEL de FEDERICIS complicum unus, ſtatuerunt cum illuceſcente Sabbati die ſtragi initium dare, antequam e complice Judices Raeti deſignata expiſcarentur. At cum ea nox uberes pluvias dediſſet, a quibus uſus armorum impediebatur, tota actio in diem ſequentem, quae Dominica erat, et nona Julii, ſecundum priſum computandi morem, numerabatur, reſervata fuit. Interea media nocte, omnibus alta quiete ſepultis, Sicarii conducti, (omnes fere Mediolanenſe, Tridentini et ex Veneto Dominio proſcripti, vulgo banditi) accerſitis, Tiranum in aedes FRANCISCI VENOSTAE ſubintroducuntur, ubi cibus affatim ac potus, ſingulis denique dimidia dupla Hiſpanica cum Barlingotto (eſt num-

nummus argenteus), ut eo majori animo caedes perficerent, diſtributa ſunt. Tunc ROBUSTELLUS adſumto ſecum aliquo numero ad Plattam malam, anguſtias per quas Bruſium ac Peſclavium in Raetiam itur, reliqua quoque itinera occupavit, nempe ne per ullam rimam fama caedis patrandae aut patratae ad Raetos penetraret.

Itineribus obſtructis, TIRANI cum ipſo diluculo, primum maxima, poſt campanae omnes impetuoſo impetu pulſantur, ad quas ceu claſſico dato Sicarii omnes, et alii complices amplo numero SIMONE VENOSTA anteſignano in forum, ubi Praetorium eſt, conſpiciendos ſe ſiſtunt, et Sclopettorum exploſionibus tragicam ſcenam aperiunt. Uxor Praetoris JO. A CAPAULIS valvas cubiculi aperiens, et quid rei eſſet cognoſcere cupiens, Sclopeti globo impetitur; et illico Evangelici omnes ſine ullo conditionis, aetatis, aut ſexus diſcrimine, quicunque obvii fiebant confodiebantur, globis transfigebantur. Ubi defecere in plateis adparere quaeſiti ad internecionem, coepere Sicarii, aliique univerſi aedium ipſa tecta ſubire, miſeros de ſub torcularibus, aliisque quo confugerant latibulis protrahere, jugulare, de feneſtris praecipites dare; nullum fuit ſaevitiae genus quod in oves iſtas mactationi deſtinatas a barbaris editum non ſit. Lamentabile ſpectaculum viſu; plateas ſanguine conſperſas, cadavera paſſim disjecta, alios cum morte luctari, alios de aedibus praecipites ejici, triſte auditu! mulierum ploratus, infantium tenerorum ejulatus, aliorum fugam, caeteroſque caſus tali calamitati annexos. In longum excreſceret deſcriptio ſi per ſingula iremus; quare ne taedio lectori ſit crudelitatum enumeratio prolixior, exſtantiora tantum deligemus exempla, quae apta ſint faciem illius ſtragis, animumque Sicariorum lectori exhibere. Singularia qui volet, habebit in Narratione, Deſcriptioneque lanienae Valtelinenſis ipſo anno MDCXX. germanica lingua a CASPARO WASERO *) celebris Nominis Philologo ac Theologo, Tiguri edita; quae ibidem eodem anno etiam in italicum converſa prodiit. Id Opuſculum in Anglicam quoque linguam a GEORG ABBOTO Praeſule Cantuarienſi **), circa idem tempus converſum

*) v. Hotting. Biblioth. Tig. p. 177.

**) Titulo: *Hiſtoire of the Velteline Maſſacre.* vid. Benthem. Engl. Kirchenſt. cap. XXIX. §. 172. Edit. Lipſ. 1732. p. 1024.

versum excusum est. Exprimis ferales Sicariorum manus expertus est ANDREAS ENDERLINUS Convallio-Raetigojus Praetor eo tempore TILII, qui eam noctem Tirani in Baptistae Baruffini aedibus egerat. Hic cubiculi in quo dormiverat foribus adposita mensa, ac lectica obfirmaverat, et Sclopeto suo bene diu se ab aggressoribus defenderat. Sed ubi pulvis tormentarius eum defecit, Sicarii tectum aedium conscenderunt, et inde perfractis asseribus in cubiculum delapsi unum Sclopetis trajecerunt, tandem in plateam projecerunt, et ita pedibus conculcarunt, ut vix dignosceretur, fune deinde collo adposito ad Abduae fluvii ripas traxerunt; ultimo denique cum aliis sepultus fuit. In iisdem aedibus cum Praetore Enderlino jugulatus est JOANNES MONTIUS Praetoris Brusiensis filius, qui vespera antecedenti domum contendens ab Ambrosio hospitis filio, nequissimo utique homine multis precibus retentus fuerat, altera die ab eodem occisus, deinde in aquam conjectus fuit. JOANNES ANDREAS CATANEUS Cancellarius, cum ad Praetoris palatium, salutem quaesiturus cursu contenderet, sauciatur; quumque ad uxorem suam Mariam Robustellam, Robustelli et Franc. Venostae consobrinam confugisset, ex brachiis uxoris avulsus est: cumque iterum aufugisset in alias aedes, et se sub tecto abscondisset, a Sicariis tandem inventus, ex alto in plateam praeceps datus, denique cum adhuc spiraret, baculo capiti illiso occisus fuit. ANTONIUS BASSUS Pesclaviensis patria, Ecclesiae Tirani Pastor audito armorum fragore, tumultuque una cum SAMUELE ANDREOSCIA Mellensium squadrae Trahonae Ecclesiaste, qui die antecedenti Tiranum accesserat, una cum mulieribus quibusdam in ades Titi Pergulae confugerant, ut ibi preces unitas ad Deum funderent: Sicarii vero presso pede insequentes, foeminis cubiculo exire jussis, ambos illos precantes trucidaverunt, caputque Bassi amputatum suggestui Evangelici Templi imposuerunt, inclamando: *Basso cala a basso, che abbastanza hai Tu predicato*, i. e. Descende Basse, descende; sat enim concionatus es. ANTONIUS SALICEUS Vallistellinae Vicarius cum Locumtenente suo Doctore MARCO ANTONIO VENOSTA, et pedissequo a Capitaneo militiae JO. JAC. HOMODEO occultati erant, expiscati autem a Claudio VENOSTA Tiranensi, ac filiis hujus de sub torculari protracti et interemti sunt. MAPHEUS CATTANEUS homo catholicus, eo quod adfini suo MICHAELI LAZERONO, cujus sororem in conjugio habebat, signum dederat, ut aufugeret,

ret, protinus in foro et ipſe trucidatus eſt. Ipſe LAZERONUS Vallis Cancellarius, Vir ſpectatiſſimus, et Religionis Evangelicae amantiſſimus, ſummo adhuc mane intra Praetorium proripuerat; quod Sicarii ubi cognovere illum extradari petebant, ſecus igne vaſtare Praetorium minabantur, et ipſo facto ignem ſubjicere coepere. Lazeronus in Praetorio, Praetorem ac famulos ad defenſionem exhortabatur, nam omnia neceſſaria ad manus habebant: ſed Praetor exiſtimans Sicarios lenitate potius quam vi mitigandos, globos ac tormentarium pulverem in Abduam praeterfluentem projici curavit. Quo viſo LAZERONUS ſpe vitam ſervandi, in Abduam ingreſſus eſt, in qua a veſtibus exutus tres propemodum horas perduravit, eſt ſedula perquiſitione VINCENTII VENOSTAE ſociorumque ejus, a muliere quadam proditus, tandem et ex aquis extractus eſt. Vitam ſibi in filiorum adhuc impuberum gratiam petebat: at Sicarii: nunc tempus non eſſe gratiae reſponſant. Donare tandem vitam promittunt ea lege ſi Papae Bullae jurare, et haereſin, ſic doctrinam evangelicam appellabant, abjurare velit. Sed ad hanc legem intrepide LAZERONUS: *Longe abſit a me, ut Jeſum Dominum meum, qui pretioſo ſuo ſanguine in cruce me redemit, poſtquam cum tot annos publice et ex corde confeſſus ſum, temporalis hujus vitae cauſa abnegem, et aeternum illud depoſitum abs Deo ab aeterno mihi deſtinatum in diſcrimen adducam. Id abſit! abſit.* Haec loquens confoſſus eſt. Eadem veſpera fores Praetoriae combuſtae ſunt, et ſequente mane Sicarii palatium ingreſſi Praetorem cum RAGETTO filiorum uno vinculis conſtrinxere, uxorem, liberos ac famulos male mulctatos expulere, ac ſuppellectilem omnem depraedati ſunt. Praetor aliquamdiu in aedibus Doctoris FRANCISCI VENOSTAE cuſtoditus, poſt funi illigatus in carceres Praetorii retractus, ibique a JACOBO TAURELLO, aliisque, una cum famulis ejus domeſticis ictibus Sclopetorum interemtus eſt. ANTONIO NICOLAY Raeto, in uxoris praeſentia primo naſus praeciſus, et oculi effoſſi ſunt, demum per feneſtras in plateam projectus eſt. Quum JO. ANTONIUS MAZONUS vi Sicariorum irruentium reſiſteret, et conjux eum ſalvare anniteretur, illico ipſe cum conjuge et duobus tenerae aetatis liberis crudeliſſime peremti ſunt.

Quidam JO. ANTONIUS GALLUS faber Scloppetarius Gardono Brixienſis ditionis oriundus, ob confeſſionem Evangelii exſul impetum in-

irruentium adeo strenue sustinuit, ut AMBROSIUM BARUFFINUM Hospitis filium cujus paullo ante meminimus, aedes suas conscendentem dejecerit necatum et domui ejus per duos dies appropinquare nemo ausus sit. Hic tamen cum noctu evasisset, sed totus defessus, ac somno oppressus in itinere deprehensus, primo vinculis constrictus, arbori alligatus, denique aliquot Sclopetorum ictibus confossus est. Sufficiant haec ad rabiem Rebellium cognoscendam. Peremtorum, (nempe ex sexu virili aetate majorum) Tirani, numerus ad sexaginta censitus est adscendere: quinque tantum per invia itinera, praeruptosque montes elapsi sunt, nempe Cancellarius GAUDENTIUS a SALICE, RIGETTUS a CAPAULIS Praetoris filius, JACOBUS ALBERTINUS J. U. D., JACOBUS NAEFFIUS Curiensis, et AEGIDIUS VENOSTA Volturenas.

Facta strage Tirani, bene multi Volturenorum cum aliquibus Sicariis TILIUM se contulerunt. Ibi ACTIUS BESTA finita Missa populo congregato exposuit Evangelicos constituisse futuro mense Augusto omnes Vallistellinae catholicos occidere et hunc in finem milites Hollandos penes ipsos et apud Raetos latere absconditos: constitutum itaque tum sibi, tum aliis Volturenae Proceribus esse huic malo in tempore praevenire, et Equitem JACOBUM ROBUSTELLUM cum suis jam TIRANI omnes Lutheranos masculi sexus e medio sustulisse. Hortabatur proin populum, ut arreptis armis ad Templum Evangelicorum, qui ea hora et ipsi sacra habentes in Templo erant, accurrerent, et idem executioni darent. Populus facilis morem gerit, maxime visis illis, qui Tirano accesserant, sanguine conspersis. ACTIUS primus a fratre CAROLO, patruele ANTONIO, ANDREA gentili suo, BESTIS, et ab exteris latronibus cinctus ad Templum Evangelicorum properavit, ubi cum unam ex foribus aliquantum aperuisset Sclopetum in Ministrum JO. PETRUM DANZIUM Zuziensem patria, qui in suggestu erat concionans, exoneraturus erat, sed frustraneo ictu quia tota tensa non erat. Evangelici in Templo paratum videntes exitium statim in pedes erecti admotis scamnis fores occludunt: Sicarii autem cum eas infringere protinus non valerent fenestris insilientes, inde in miseros nullo habito aetatis aut sexus discrimine Sclopetos exploserunt et aliquos occiderunt. Vi tandem fores apertae, et mulieribus exire jussis, obvii quique, imo et mulieres aliquae trucidati. Concionator quum ex suggestu saucius

cius descendisset, auditores ad patientiam et constantiam exhortans, mox etiam novis ictibus occisus est. Circiter septendecim viri, et mulieres, et infantes in campanile ascenderant, sperantes ibi a furore latibulum. His Sicarii comportatis scamnis ignem subjecerunt, et omnes illi a flammis misere absumti sunt. Sicariis animum addebant Sacerdotes, qui in quavis actione comites aderant: Doctorem JO. ANTONIUM de FEDERICIS, e Statu Veneto ob Evang. confessionem exulem ANTONIUS PLATTUS propria manu interfecit. Inter praeclaros ac nobiles viros quos ea strages peremit inprimis numerabantur JOSUA GATTUS J. U. Doct. et officii locumtenens ordinarius, DANIEL GUGELBERGIUS ejus convictor Curiensis adolescens, GAUDENTIUS GUICCIARDUS, praefati Actii Bestae altero gradu sanguine junctus, quem occumbentem osculatura filiola MARGARETA annos XIV nata, pariter ictu Sclopteti in caput exonerato interficitur. ANTONIUS BESTA, Scipionis filius, et ACTIO sanguine conjunctus, in conjugis gremio confossus, LELIUS PARAVICINUS Berbennensis, Medicinae Doctor experientissimus, AZZO GUICCIARDUS memorati Gaudentii nepos, qui Tiguri, Basileae, Heidelbergae et Marpurgi studia excoluerat, annos XXII natus magnae spei adolescens, MARGARETA MARLIANISCA Raphaelis NOVAE J. U. D. vidua, pientissima matrona. Occisorum TILII numerus ad sexaginta et ultra adscendit.

Ea hora qua itinera versus Pesclavium occupabantur, Capitaneus JO. GUICCIARDUS Tirano discessit, ac veloci cursu Pontem habitationis suae locum remeavit, ut communis consilii exsecutionem pari celeritate et eodem tempore promoveret; etenim in Tertiario medio non eo loco res stabant, ut securi de eventu fuerint. Statim itaque ac domum adpulit, sub praetextu praesidiarios alios Morbenium ducendi, multis ex Pontensibus, Cluriensibus, et Trixiviensibus integram nempe tercentorum virorum cohortem collegit, et cum PROSPERO QUADRIO coryceorum itidem uno qui plures etiam bannitos exterosque secum adducebat ad portum Albosaggiae post prandium venit, ubi Doctor LAURENTIUS PARIBELLUS cum duobus filiis eisdem se adjunxerunt. Isti pariter obvios quosque Evangelicos jugulabant, sclopetis transfodiebant. Praeter alios postquam BAPTISTAM GIRARDONUM occidissent, filium ejus GEORGIUM annorum circiter quatuordecim adolescentem ex portu

in aquam detrufere, cumque inde evafiffet Sclopeto interfecere. Fama lanienae infandae Sondrium perlata Sondrienfes videri voluere abs facinoribus perpetratis effe alieniffimi, et per Cancellarium Vallis NICOLAUM PARAVICINUM virum fane probum et Raetis addictum, quique cum confiliis fanguinariis nil commune habuerat, operam fuam in tutando Magiftratu obtulerunt. Pulfantur tympana et campanae, vicinae quoque Communitates armatae concurrunt. Evangelici verbis ac ingentibus catholicorum promiffis fidem habentes fe cum eis mifcent. Jam dolia faxis implentur, quibus itinera obftruuntur, ne feditiofi in oppidum irrumpere poffint. Sed fervor ftatim defiit. Archipresbyter JO. ANTONIUS PARAVICINUS follers circumibat catervas, et paffim in aures infufurrabat. AEMILIUS CAROLUS, et FRANCISCUS LAVIZZARII Sondrienfium primarii, omnium rerum confcii et participes erant. Haec die Dominica, Julii nona acta funt. Nox illa inter arma et excubias transacta etc.

Paullo ante lucem demum adverterunt Evangelici, fuos hic et ibi confoffos occumbere; quare fegregati a Papiftis in aedibus Cancellarii JO. ANDREAE MENGARDINI Praetorio proximis, unde foro ac Templo dominari potuiffent, communiunt. Jam vero Papiftae aperte aedes illas expugnare minitabantur. Ominatu facile erat parvulum hunc gregem a tot lupis dilaniatum iri: fuafu ergo et juffu Gubernatoris JO. ANDREAE TRAVERSII Scamffienfis, feptuaginta et tres Evangelici Sondrienfes ac de Montana, armati omnes, Sondrio per medios hoftes, quibus Deus terrorem quendam panicum ftuporemve immififfe videtur, illaefi exceſſerunt, et per Malencham Vallem in Oengadinam fuperiorem pervenerunt. Haec die Lunae Julii menfis decima. Jam antecedenti die, qua ftrages initium fumferat Gubernator TRAVERSIUS ad primam rebellionis famam nuncium per Malenchi iter in Engadinam auxilia petitum miferat, fed ille juxta cum MARCO ANTONIO ALBA, a fancto Salvatore Cafalenfi Montisferrati Malenchi Ecclefiafte Evangelico, aetatis LXIII annorum, et aliis fugientibus, a rufticis Pontfcherianis ac Malenchenfibus, in itinere occifus fuerat. Die Martis fecuto JOANNES GUIZZARDUS, Doctor PARIBELLUS, filiique, atque cum his tota Sicariorum caterva in Praetorium intrant, ubi GUICCIARDUS Gubernatorem alloquens, ait: Tu Capitance olim nofter Patronus

et

et Dominus fuisti; sed amplius non eris: Constituimus enim nos a tyrannide Ministrorum Lutheranorum, et Officialium Rhaetorum liberare. Sic Capitaneus cum familia Praetorio exire jussus, postera die in Vallem Malenchi ductus, ibique octiduum integrum detentus fuit. Quia vero dictus Capitaneus Hispanicae factioni addictus ipse erat, et ACTIO BESTAE ad Tribunal Davosianum olim citato, et aliis ex ea factione intima amicitiae officia praestiterat, ab ulteriore injuria immunis habitus est, ac post octiduum ad VICTORIS TRAVERSII Praefecti castrensis Austriaci, religione catholici simulque ACTIO BESTAE sororii intercessionem juxta cum ANTONIO a SONVICO salvus dimissus est, qui vinculis liberi in Engadinam accesserunt. A Sicariis tunc aperti carceres, et maleficis omnibus confessione Catholici libertas ac impunitas concessa. DOMINICUM SALVETUM Evangelicum religionem objurare recusantem in carcere Sclopeto transverberant, tractum per Palatii Praetoriani scalas, cum jam mortuum putarent in fossam detruserunt, terraeque intumulare coeperunt. Ille vero iterum insurrexit; unde adtoniti opus intermissuri erant. Ast ipse exclamans: *finite* inquit *operam vestram in corpore meo, quo citius animam meam Creatori coelesti reddere possim.* Omnis supellex, quae tum in Praetorio, tum in aedibus Evangelicorum erat, in praedam occupantibus data fuit, hinc vilis plebs furere atque furari: proximiores consanguinei, imo frater fratrem spe predae ac haereditatis adquirendae jugulare: villici, quibus a coryphеis rebellionis spes fiebat, ipsos a censibus quos Lutheranis debebant liberos fore, Dominos suos ac Creditores per sylvas montesque ubique fugientes venari, persequi, atque inventos barbare occidere. Quocirca alii in cryptis montium abditi radicibus aliquamdiu se sustentarunt, aliqui inedia etiam periere, atrocem famem barbaro ensi praeferentes. Diebus Lunae Martis, ac Mercurii, maxima pars interfecti fuere. Lanius quidam Augustinus TASSELLA gloriabatur una die se octodecim Lutheranos confodisse. Jo. Ant. Cagnonus inter alias blasphemias etiam ajebat, se non vereri ipsum Christum Dominum confodere, qui tamen postea in carceribus desperabundus periit.

Victimarum primitiae ubique erant gregis Pastores; Ministri, in quos reperiundos omnium oculi fere directi, intenti erant. Occubuere MARCUS ANTONIUS ALBA Ecclesiastes Malenchi, vir doctissimus et gravissi-

gravissimus aetatis LXIII annor. olim confessionis Evangelii causa Italia exsul, in itinere occisus, et BARTHOLOMAEUS MARLIANICUS Sondriensis Ecclesiae olim Pastor, vitae irrepraehensae Minister: JOANNEM BAPTISTAM A MALLERIIS Antverpiensem Belgam, J. U. Doct. ac V. Div. Min. Juventutis Magistrum Philosophum ac Theologum insignem, virum animo ac corpore spectatissimum, fuga salutem quaerentem Sicarii ad aedes Moronianas Sondrii assequuntur, lapidibus obruunt, caput findunt, deinde amputant, ventrem aperiunt, et viscera extrahunt: filiolum ejus ac filiolam Mediolanum, ut in religione Romana educentur, mittunt. Diu ac sollicite ad necem quaesitus fuit CASPARUS ALEXIUS Sondriensis Ecclesiae ordinarius Pastor; sed is cognitum Romanocatholicorum concivium habens animum ad primum stragis rumorem juxta cum familia et GEORGIO JENAZIO, qui eo tempore coetum Berbennensem curabat, CAROLO A SALIS, DAVIDE TSCHARNERO aliisque paucis per horridas alpes in Engadinam penetraverat. Itaque cum incidisset rebellium in manus DOMINICUS BERTUS Sondrio-Montanus annorum sexaginta et septem senex, adspectu ALEXIUM referens, hunc, (ex errore credentes esse ALEXIUM) asino imposuerunt, et caudam loco habenae in una, librum autem in altera manu ipsi dantes per oppidum Sondrii cicumduxerunt clamantes: ALEXI, ALEXI, deinde aures, nasum, et maxillas ei absciderunt, et immani barbarie in pluribus corporis partibus perfoderunt, nec destitere eum pungere, dum usque animam efflavit. Multi erant quibus ora ad maxillas usque dissecta ac amputata erant; aliis primum vultus cultris studio secabatur, deinde inauditis martyriis ad ultimum halitum excarnificabantur.

Horret animus immania carnificum facta singula enarrare. Quia tamen illorum qui confessionem sanctae religionis omnibus martyriis praetulerunt, memoria sacrosancta esse debet, officii mei esse existimo efficere, ut illa perennis maneat. Etenim sciat lector oportet, fuisse miseros ad Apostasiam primum sollicitatos et demum quando abjurare religionem Evangelicam recusabant, cruciatibus ac morti subjectos, dum abjurantibus vita donabatur, fuisse. Singulariter sequentium venit admiranda constantia. PAULA BARETTA de Schio, ditionis Veneto-Vicentinae, nobili nata familia, olim monialis, nunc vero agnita veri-

tate in miseria piam vitam agens, Sondrii imposita capiti mitra, cui diaboli appicti erant, circumducta, et in coenum etiam devoluta; cum in confessionem constans perseveraret, tandem Mediolanum deducta, ubi anno MDCXXI viva combusta fuit *). ANNAM DE LIBA Antonelli Crotti de Schio, ditionis Vicentinae uxorem, in montibus a rusticis comprehensam, cum fililiolam duos aetatis mensis agentem in ulnis gestaret, ut Religionem mutet interpellarunt. Abnuit illa, et quum

*) Quia plenior mihi ad manus est narratio fortitudinis ac mortis duarum harum Matronarum, olim ad CASP. WASERUM in Acta ejus lanienae sollicite inquirentem, perscripta ac transmissa, eam hic exhibebo. „Paola Baretta de Schio, distretto di Vicenza, Città della Rep. di Venezia, usci fuori della Patria sua l'anno 1603 per la desiderabile libertà della conscienzia ed ebbe ricorso in Valtellina, l'occasione della quale deliberazione sua fu tale, che essendo ella di mediocre fortuna, si che poteva con l'entrata del Patrimonio onoratamente vivere sollicitava il Fratello, che l'aveva nelle mani, a consegnarle la sua porzione. Il fratello empio in luogo di acconsentire alla giusta dimanda della Sorella, la spaventava con minacce dicendole, che la *voleva dar nelle mani dell' Inquisitore* per rispetto della Religione (stando ch'ella per avanti aveva ancora sofferto assai per l'istessa ragione, ma con gran pazienza s'era convertita) per il che fu costretta a partirsi, e venne in Valtellina, e si sottopose al giogo della servitù corporale, a finchè non fosse più sottoposta al giogo dell' Anticristo: e per il contrario pilgliasse sopra di lei il soave giogo di Gesù Cristo: questa donna si ritruovò in *Sondrio* al tempo del soprascritto Masacro: assalita dagli assassini e imprigionata, e poi interpellata che vadi alla messa, risponde con grand animo che non voleva rinegar il suo Dio: tolta fuori di prigione e legata e coi legami per maggior ignominia per la terra di Sondrio condotta per il spazio di due hore continue, nel quel tempo la oltraggiorno con diversi scherni con parole e fatti, con molte battiture e guanciate: si che l'aveva tutta la facia insanguinata, ma ella perseverando in fede diceva alli Carnefici: *fate quello che volete di questo corpo: che l'anima non percoterete:* con le divine promesse se stessa confortando: interogata da questi Persecutori se credeva nella vergine Maria: ella intrepidamente confessava che credeva in un sol Cristo: e quante volte che interrogata respondeva e respondendo confessava la verità, tante volte riceveva delle guanciate: gli micidiali vedendo che erano vinti dalla eroica costanza di questa donna e che crescevale l'ardore di glorificar Iddio: poi che nel mezzo di tante ingiurie e scherni tuttavia spiegava la lingua con cantar Salmi: stridevano con li denti; onde gli mettono un sbadacchio di ferro alla bocca, acciochè non possa parlar, gli sporcarono le narici col sterco umano, gli rigettano ancora nella bocca, le misero una mitra in sul Capo, le deformarno la faccia con carbone: finalmente

quum filiam a brachiis ejus avellere vellent, eam quantum potuit retinuit, gremium aperiens, ut Mammam ei porrigeret: pectoreque denudato Sicarios alloquebatur: *En*, ajebat, *corpus, quod occidere: ſed animae meae manum inferre non poteſtis. Hanc in manus tuas commendo o Pater coeleſtis.* Dum filiam ſinu adhuc tenet, Sclopeto primum occiſa, et poſt in quatuor partes diſſecta fuit **). CHRISTINA AMBRIA, MAGDALENA MERULA, et JOANNES CARATTUS ex Ponte Buffetti

mente alcuni di queſti aſſaſſini s'inviorno verſo il Lago di Como conducendo ſeco *Franceſco Carlina* già frate e *Gio. Maria Betallia* ancora eſſo avanti monacho: ed ambidue fuoruſciti ſotto preteſto di religione: quali hanno poi apoſtatato, e la prefata Paola: la quale ſi dice eſſer morta per il viaggio la cui età poteva eſſer in circa d'anni 80: la cui fine eſſer ſtata glorioſa non è da dubitare, perchè mentre abitava in Valtellina è ſtata riconoſciuta donna di gran pietà: aſſidua nel invocazione del nome di Dio, paziente nelli travagli, nelle tentazioni coſtante: quantunque ſia ſtata condota via, queſta era la mera violenza de' perſecutori, i quali minaciandoli che la volevano condure nelli monaſteri: riſpoſe che *ancor che l'aveſſero condotta coſtì, più preſto l'arebbero lacerato il ſuo corpo a boccone che indurla all' apoſtaſia* fra quali eſſendoſi levato ſu un calunniatore con dirgli che l'aveſſe il Demonio, ripoſe ch'eſſi micidiali cercavano di fargliela intrare, ma che Geſù Criſto lo teneva a freno: ſtando ch'ei è quel ſeme della donna che ha calpeſtato il capo del ſerpente.

**) Ex cod. la Anna Crotti fu figliuola di Franceſco Liba, mercante di Panni da Schio luogo di Vicenza aſſai celebre il qual giace ſituato verſo Trento la quale eſſendo dell' eta d'anni 19: giovine bella ed oneſta ſi maritò con *Antonello* figliuolo di Stefano *Crotto* di Piovenna luogo del territorio di Vicenza: piacque a Dio di illuminare il prefato Antonello della cognizione dell' Evangelica verità: in quel tempo che fu mandato da Paolo V Pontefice Rom. un certo interdetto alla Sereniſſima Rep. di Venezia il che fu l'anno ...... il qual interdetto dette occaſione a molti di aprir gli occhj circa il negozio di Religione: queſto beneficio ricevuto da Iddio fu rivelato dal prefato Antonello al ſuo Padre vecchio d' anni 92 ed ad altri parenti ed amici, i quali reſtorno diſingannati circa all' opinione della tradizione Papale. Dopo un certo tempo detto Antonello fu accuſato d'Ereſia avanti il Veſcovo di Vicenza, per il che ne patì longa prigionia e torture: e finalmente liberato avendo prima per infirmità carnale retrattato, per cauſa della qual retratatione ſentendoſi la conſcienzia molto tormentata ſi riſolſe d'uſcire fuori della Babilonia, all' eſecuzione del qual proponimento fu confortato dalla ſopraſcritta ſua moglie con ſimili parole: *Antonello!*

fetti in Abduam projecti sunt. THEOPHILUS de Monachis dictus de Mussinis Sclopeto transverberatus est, et cum statim non moreretur pyxis pulvere pyrio conferta ori imposita est, tunc igni admoto suffocatus. De ANTONIO de PRATIS provectae aetatis homine, notatum est, eum de mutanda religione interpellatum inter alia respondisse: *Anima mea assumetur in sinum Abrahae, et videbunt inimici mei post mortem meam Angelum Domini prope me.* Nec mora. Ipso occiso revera hominis speciem vestibus albis induti supra corpus ipsius apparuisse. Acta haec inspectantibus multis Catholicis. Cum haec Presbytero cuidam ab ipsius Catholicis narrarentur, is respondit: Diabolum se posse etiam in lucis Angelum transformare. FRANCISCUS CAROLINUS, qui Monastico ordine abjecto Minister Evangelicus factus erat, ad retractationem coactus, Mediolanum in carceres ductus fuit: ex quibus anno tamen 1622 evasit. JOANNI BAPTISTAE SALICEO So-

tonello! io volgio che ci partiamo ben che fossimo securi di consumare per il viaggio quanto porteremo con noi ed andar a mendicar il pane: stando che dobbiamo far maggior stima della salute nostra che di quante facultà è al mondo: con la qual fede detto Antonello partitosi dalla cara patria con la sua moglie e tre figliuoli, venne in *Sondrio* terra di Valtellina ed ivi sono abitati sette anni, godendo con grand giubilo dell' animo la felice libertà della conscienzia accompagnata con grande benedizione temporale come di figliuoli e facultà: succedendo il soprascritto Massacro accompagnò il prefato Antonello Anna sua moglie su l'monte (terra appresso Sondrio) con intenzione di schifare la crudel rabbia de' Papisti: ella aveva secco portata una buona quantità de dinari con gli suoi ornamenti d'oro e d'argento: il marito si partì d'indi per fuggirsene più oltre pigliando seco gli due figliuoli maggiori e lasciati gli tre minori alla moglie, la qual separazione fu vicendevolmente fatta con amare lacrime, essendo continuata per il spazio d'anni sedeci: poco dopo questa separazione arrivò al porto del glorioso martirio, perchè essendo dalli carnefici assalita avendo in braccio una figliuoglina lattante e sollicitata d'andore a messa, con gran libertà ricusa: comandatole che metti giu quella fanciulla responde alli micidiali che l' occidano insieme con lei: perchè bramava che fosse participe del martirio insieme con lei: molto gli sarebbe dispiaciuto che detta putina fosse allevata nell' idolatria: per questo istesso rispetto si ramaricava molto per il medesimo pericolo che soprastava agli altri due figliuoli onde faceva grande instanza procurassero che ancora gli due figliuoli fossero condotti a l'ei ed ivi occisi, acciochè non piegassero il ginocchio a Balaam, ma gli andassero avanti nel godimento della vita eterna per il quel desiderio carezza la soprascritta figliolina: gli porge le mamelle dicendole queste parole: vo-

Solienſi, ſeptuagenario, vitam Sicarii promiſerant, ſed mox promiſſi immemores, ablato auro, ac pecuniis quae habebat, fune in aream Templi S. Gervaſii et Protaſii, Campellum dictum, duobus Sclopetorum globulis eum transfoderunt. Conſperſam multo ſanguine aream dicti Templi aſpiciens populus, vociferabatur: *Ecce vindictam ſanguinis Archipresbyteri noſtri.* Praeter illos qui aufugerant, multi in cryptas montium ſe abdiderant, qui radicibus veſcebantur, fame multi perierunt. Numerus occiſorum in Communitate Sondrienſi centum circiter et quadraginta eſſe computabatur, inter quos viginti mulieres.

Paſſim per ſylvas ac montes tunc vagari coepere Rebelles ac Sicarii: quaſi feras inquirentes. Inquilini Dominos inſequebantur, ſpe ducti quod ea via ab omni erga illos obligatione liberi fiant. Litteris d. 22 Julii ad Barthol. PORETUM, Berbennam miſſis monuerat Capit. GUICCIARDUS

voglio che ancora tu venghi meco a poſſedere la vita beata: inſtano gli Rebelli che molti altri abbino accettato la loro Religione: al che riſponde che ſi maravigliava molto della loro cecità, e che non ſapevano che coſa foſſe rinegar Iddio, ne conoſcevano quanto grande foſſe quella Idolatria, ſiccome ella la conoſceva; eſſendo in quella una volta ſtata immerſa, per la qual liberazione ringraziava Iddio ardentiſſimamente, dicendo che non oſtante che foſſe coſi gran peccatrice, Iddio l'aveſſe ſcielta fuora di tanto numero di perſone, per fargli queſt' onore di morire per il ſuo nome, e moſtrato il petto nudo alli Micidiali dice che debbano ivi colpirla. Gli quali vedendo, che in vano ſi sforzavano con minaccioſe parole, di far prevaricar queſta buona donna, la percuotono con una archibuggiata in una coſcia, ſalvano la fanciulla. Il che fatto di nuovo tentano la ſua fede, offerendoſi a farla medicare, ſe aveſſe fatto mutazion della fede; alla qual offerta riſponde, che non aveva biſogno di Medici Mondani, e che era per poco tempo da fare, eſſortando tutta via gli ſanguinari a percoterla d'avantaggio. Il che detto ſi guarda attorno, ricercando la figliuolina, con eſortar detti traditori ad ucciderla, accioche non foſſe in quella idolatria allevata, rammaricandoſi molto che a pena nata veniſſe nelle mani delli ſuperſtitioſi. Gli Macellarii la percotono la ſeconda volta, in un braccio, con l'iſteſſe arme, aggiongendo che l'avrebbono fatta curare, ſe ſi foſſe contentata d'andar alla Meſſa. In niun modo replica la pia donna: non ho biſogno di ſimili cure, ſon vicina al godimento della vita eterna. Ricevuta che ebbe ancora la ſeconda archibbugiata con fronte allegra pregava Iddio con queſte compendioſe parole: *o mio Dio! o mio Dio!* la terza volta con un' archibuggiata colpita glorioſamente rende l'anima ſua al fedel creator di quella.

CIARDUS, ut Lutheranos ſine ullo diſcrimine occiderent. Id vero nolens agere Poretus, litteras Evangelicis oſtendit; at eam ob cauſam a JO. MARCO Cattaneo ipſe occiſus eſt. BAPTISTA, HORATIUS, et OCTAVIUS, tres Patrueles PARAVICINI, cum aliis in montem aufugerant: ad fidem vero a SEVERINO PARAVICINO Archipresbytero Berbenni datam domum redierunt, in aedibus ejus aliquot dies cuſtoditi. Tandem Sondrium ad ROBUSTELLUM qui Gubernator dici volebat deducti, ac hilariter accepti fuere: domum autem ire juſſi in via a ſicariis peremti ſunt.

TRAHONAE, CASPANI, et MORBENII, eo quod laniena octo diebus anticipata fuit, non ita multi interfecti fuere. Conſtitutum caeterum erat, ut Jo. Maria Paravicinus Ardennas, Caſpanum noctu veniret, et deliteſcens cum ſuis in aedibus Benedicti Paravicini conſororii, Templo Evangelicorum proximis, eos pro concione congregatos opprimeret. Continebat ſe quoque Vacalli prope Comum alius Jo. Maria Paravicinus, promtus ad auxilia ad primum nutum ſubmittenda. Advenerant quoque die Ueneris antecedente 35. Sicarii ex Valle Intelli, et Porletia, ditionis Mediolanenſis: ſed quod rumore ſpargeretur Raetos advolare, et illi Ardennam re infecta remearunt. MORBENIENSES qui omnium peſſime animati in Evangelicos credebantur, omnium maxime humanitatis regulas obſervarunt. Neminem Evangelicum quo minus abiret impediverunt: quidam ex ipſis ipſum ibidem Evangelicum Paſtorem MUTIUM PARAVICINUM majoris ſecuritatis cauſa concomitati ſunt. Imo praeter Nicolaum Malaguzinum Doctoris Antonii Mariae Paravicini affinem, nemo de Conſpiratione ac laniena ſciviſſe dicebatur. Die autem Mercurii ſummo mane, JOANNES GUIZZARDUS cum manipulo ſicariorum Praetorium Morbenii occupavit: captivum Jo. Petrum Camoſium inſignem nebulonem, ac homicidam ex carcere liberat, mobilia praedat: ac ſequenti die Veneris quae erat 24. Julii, Dominicum PAGANUM de Cermeledo, cum duobus filiis, Jacobo, et Petro, ac ſorore Maria trucidat. Thomas MAGISTRELLUS octuagenarius prope Mellum occiſſus fuit. Die vero Jovis antecedente, quae 23. Menſis erat, Jo. M. Paravicinus cum magna ſicariorum manu Dubinum appellens, ibidem JO. PETRUM MALACRIDAM et uxorem ejus Eliſabetham PARAVICINAM cum filiola trimula, (quam ex cunis ſublatam

latam, ac per pedes comprehensam ad murum illisere) crudeliter mactarunt. Andream PARAVICINUM Caspanensem, postquam diu latuisset, tandem inventum, Morbenii, die XXV. Augusti vivum concremarunt. *) Interemtorum Caspani ac Trahonae undecim numerati fuere.

Rumore

*) L'Anno suddetto die 12. di Luglio furono condotti captivi da questi assassini nella Casa dell' Officio in Morbegno, terra di Valtellina *Dominico Masso*, detto del *Luthero*, agricoltura con *Dominica di Fornaroli* di Caspano, e *Jacobo*, e *Pietro* suoi figliuoli: il Padre con gli due figliuoli furono gli primi ad esser occisi su gli occhi della donna, con morte lenta, dandogli prima ferite non così pericolose di morte, affinchè fossero spinti per il sentimento di questi lenti tormenti ad abiurare, siccome di ciò gli ne facevano instanzia gli Rebelli: ma essi per Iddio grazia stettero constanti: non mancava la donna con pie esortazioni di confortargli a perseverare in fede sino alla fine; il qual glorioso successo vidde con grandissimo suo contento. Perchè vedendo la Madre gli figliuoli alquanto smarrirsi, gli inanimò alla constanza con simili concetti: *figliuoli! State constanti nel Signore, in termine d' un quarto d' ora saremo tutti al godimento della vita eterna: o che grand' onore, che in brevissimo tempo sarete in Cielo, insieme con il Vostro Padre, e madre, e che più gloriosa morte poteva esser di questa, morire per il nome di Cristo. Gran dignità, della qual noi siamo fatti partecipi.* Alle quali esortazioni soggiunse uno de' figluoli: si, o mia Madre, che avete ragione. E così morirono confessando il nome di Cristo. La constante donna vista la morte delli proprii figliuoli, indrizza al marito il suo parlar dicendo. *Vedete lì quelli duoi corpi, le loro anime sono ora in Cielo: gli nostri figliuoli la gloria del Cielo, là dove ancora noi andaremo: morite allegramente.* Il Marito sovente sospirando, e simili parole esprimendo: *o Dio mio abbimi misericordia, e non castigarmi secondo il merito de' miei peccati:* soggionge la Moglie; *non vi lasciate turbare, ne date luogo ad alcuna contradizione per conto delli peccati vostri, che Iddio ha di voi misericordia.* Il qual buon uomo perseverando nell' invocazion del nome di Dio, traffitto dalle Archibuggiate, finì questa misera vita in Cristo. La moglie vedendo, che sparavano contra esso, pregava in quel mentre, che Iddio ricevesse l' anima sua in Cielo. Gli Badiceri sparso il sangue del marito, e dei due figliuoli, assaltano la donna con simili tentazioni: *o povera te guarda là il tuo marito, e i tuoi figliuoli in che stato sono: tu sei condannata, ed hai aiutato a condannar ancora gli tuoi.* Al che soggiunge la constante donna, ch' ella non avea dubbio alcuno, che il marito, e gli figliuoli non fossero con Cristo, dove in breve sarebbe stata transferita ancora l' anima sua; ma che la condannazione apparteneva loro, se Iddio non gli avesse fatta altra grazia; l' interpellano che vada alla Messa, altramente che

Rumore ſtragis emanante, Catholici quotquot in praeſidiis confiniorum adverſum Hiſpanorum irruptionem collocati ſtabant, paulatim omnes ad ſua dilabebantur. Advenit mox ipſe Vallis Gubernator a Guicciardo, ut ante diximus, dimiſſus, Proviſoribus militiae JO. TRAVERSIO

che l'avrebbono con molto maggior tormenti occiſa, che non avevano fatto con gli ſuoi domeſtici. Al che riſponde, che queſto non era in ſua poteſtà, *poichè Iddio non gli averebbe laſſato ſentir tormento alcuno*; fate, (ſoggionſe) quello che volete per tormentar il corpo, che l'anima non contaminerete. Io niente temo. Queſta donna povera di queſto mondo, ma ricca di fede, non oſtante che non ſapeva leggere, con molti detti delle S. lettere ſe ſteſſa confortava, rendeva grazie a Dio, che foſſe onorata di queſta ſorte di morte; in particolar pronunciò alcune volte, queſte parole, avendo gli occhi alzati al Cielo: *o mio Salvator! quando egli verrà a giudicar i vivi, ed i morti, troverà egli fede ſopra la terra*; *poi ſoggionge: Beati gli morti che muojono nel Signore*; alcune volte queſta ſentenza replicando. Maravigliandoſi un Calunniatore che aveſſe in pronto tanti detti delle S. Lettere, l'interroga d'onde aveſſe queſte ſentenze? Al che riſpoſe: *Io non ſo leggere, ma lo Spirito di Dio me gli ſomminiſtra*: rivolto poi il ſuo parlar ad una gran moltitudine di perſone ch'erano ivi corſe a queſto ſpettacolo, vedendo, che con gran diſprezzo, e ſcherno ſi ridevano di lei, dice: *o Gente miſerabile, quanti quanti ſono lontani dalla via della ſalute! non mi ſchernireſte così, ſe ſapeſte la conſolazione, che Iddio mi fa ſentir nel cuore.* Si levano ſu alcune donne moſſe da natural compaſſione, l'interrogano perchè ancora eſſa non foſſe fuggita, poichè n'erano fuggiti molti altri? Riſponde che lei parimente era fuggita, ma era in dietro ritornata per divina inſpirazione, confortata da Iddio a morir per il ſuo nome ſe l'occaſione ſi foſſe preſentata. Un certo boffetto di ſatana gli dice: gli tuoi figliuoli ſono gettati a terra; ella con fronte allegra dice: *gli miei figliuoli ora godono la vita eterna, e vi prego che conduciate qua ancora gli altri due, che ho* (li quali erano ancora fanciulli), *e gli diate a morte, acciocchè tutti gli miei domeſtici poſſino eſſer partecipi dell'iſteſſa ſorte*, eſclamando in laude di Dio. *O che beatitudine, quando Geſù Criſto verrà a giudicar gli vivi, e gli morti, averemo già goduto un pezzo la beatitudine eterna, e glorificato il nome di Dio in Cielo!* Interrogata ſe crede nella Vergine Maria, riſponde, *ſarebbe il dovere, che eſſendo Geſù Criſto il mio ſalvator al mondo, e patito tanto, e ſparſo il ſuo prezioſo ſangue per me, ora il rinegaſſi? Queſto nò.* Sollicitata tutta via d'andar alla Meſſa, ſoggionge: *Deh! non mi affliggete più, percotetemi allegramente, perchè deſidero quanto prima d'andar al poſſeſſo del Regno de' Cieli.* Dicono gli aſſaſſini: Or ſu amazziamola, ſtando che coſtei, è dannata! La donna: *non ſon dannata, e vero che non ho fatto altro tutt' il tempo della mia vita, che offender Iddio con gli miei peccati; ma Iddio mi ha fatto miſericordia per Criſto, il quale è venuto*

VERSIO Patri, et HENRICO ab HARTMANNIS, lanienam, et quae evenerant, nuncians. Ita boni, a caeteris derelicti, cum aliquot Praesidiariis Evangelicis, adhuc die Martii sub vesperam Clavennam devolarunt.

Haec in Valle Tellina ipsa: nunc ad fauces, per quas ex Valle Tellina Pesclavium, indeque ad Raetos penetratur, redeamus. Illas jam ante lucem diei Dominicae, adeoque ante stragem Tirani editam, caterva a Robustello eo dimissa occupaverat, nempe ne fugientibus iter in Raetiam esset, quae agerentur nuntiaturis. Summo tamen mane cauponis Brusiensis, hominis catholici filius, Tiranum ad panes emendos missus, eos invenit pontes dejicientes. Adolescentem tamen quia catholicum redire domum jusserunt, causa addita: Lutheranis Brusiensibus itinera abscindi, ne cuiquam accurrere auxilio possint; esse enim Lutheranos stirpitus delendos. Reversus Adolescens domesticis tum quae viderat, tum quae sibi dicta erant exposuit. Ancilla vero quae Evangelicae Religionis erat, re inaudita, templo accurrens, suos pro sacris congregatos periculi admonet. Orta inopina consternatio. Trepidantes Minister sacri exercitii finem exspectare jussit, et cum neminem videret obsequentem, dilabentes ad constantiam in hac discriminis hora hortatus est. Illi ad confinia progressi, quae agerentur cognituri, sicarios in dejiciendo ponte adhuc occupatos conspexerunt, et ab illis quoque conspecti sunt. Periculum ob oculos habentes ergo miseri, et illo, et sequentibus diebus in armis steterunt. Die abinde tertia quae Marti erat, Julii XXI. cum jam Engadini aliqui Pesclavium venissent, CONSTANTINUS PLANTA (cujus uxor, et conjux defuncta Robustelli ex fratre, et sorore natae erant) nefandum factum illi expro-

venuto al mondo per me ancora, e per gli miei figliuoli. Preparandosi gli Micidiali a sbarargli contra un archibuggiata, alcune donne Papiste volendogli disuadere da questa sceleraggine, gli dicono: Deh! non fate, lassatela vivere, che Iddio, e la Maddonna l'illuminerà, sicché verrà alla Messa. Alla qual tentazione s' oppose la pia donna: con queste parole: *non ponete mente a queste lingue maledette; percotetemi pur allegramente. Io non mi curo di questa sorta di compassione!* Finalmente dopo aver ricevuta una sola archibuggiata rese l'anima sua al suo Creatore, Redentore, e Santificatore.

probrasse dicitur: tum vero Robustellum minas eructasse, dicendo inter alia: *et hoc adhuc vesperi Raetos visuros, quid facere possit.* Dictum factum. Assumta enim suorum manu, quibus Brusienses etiam aliqui (illi praesertim qui sunt ex Vicinia delle Celende), quorum caput erat ANTONIUS PAGANINUS Volturenis proximi, statim BRUSII quod Raetiae locus est, Praetoris Antonii Muntii, Petri Augustini aliorumque aedibus ignem injiciunt, sic ut ea, et sequentibus diebus, viginti aedes Vulcano traditae sint. Cum jam ignis aedes *Pedrottini del Isepo* Ministralis a) Brusiensis catholici, quae aedibus cujusdam Evangelici adtiguae erant, pertingeret exclamavit ad Robustellum: *Haec non sunt Pacta, quae Nobis promisisti.* Ex quo facile erat scire inter illos de laniena jam tractatum fuisse. Respondit Robustellus: pro uno solido tibi tres retribuemus. Pauculi Evangelici tunc in fugam se dederunt; fugientes insequebantur passim Catholici, et sicarii, trucidando, diripiendo, vastando. Occisi fuerunt viginti septem, inter quos MAGDALENA MONETA notari meruit, mulier octuagenaria. Ea quippe de abjuranda Religione interpellata respondisse audita fuit: *absit a me, ut nunc, quod alterum pedem in cymba gero, Jesum Dominum meum, qui in sancta sua cognitione, me ad hanc usque horam conservavit, deseram, ad creaturas me convertam, sancti ejus verbi loco, traditiones humanas suscipiam; id Ego certe nunquam faciam, Jesum meum injuria illa nunquam afficiam.* Emittens has voces trucidata est.

Ubi esse desierunt in quos desaeviret rabies, jam et sicarii, et incolae Valtellini in corpora defunctorum coeperunt furere. Sondrii, Berbenni, Caspani, ac Trahonae passim cadavera e sepulcris protracta ac combusta, imo et canibus laceranda, cineres in aquas disjecti fuere. Identidem fiebat praedantes invicem se conficere: quin ejus generis velitationes miseris ocibus occisioni destinatis elabendi viam monstrabant. Erat quippe praedandi, ac furandi contentio tanta, ut etiam frater fratrem confoderit. Tali modo Trahonae Joh. Prosper Paravicinus a fratre Joh. Jacobo, item Horatius Paribellus a fratre Joh. Jacobo, peremti sunt, et alibi plures; sed his enumerandis non vacamus.

De

a) Quadrius ait hunc Pedrottinum fuisse loci *Parochum* Tom. II. p. 166.

De numero occiſorum, certus iniri calculus non poteſt. Alii 350. alii 500. alii plures peremtos numerant. Numerus enim occiſorum nonniſi ab illis qui lanienae ſuperfuerunt ad conjecturam iniri potuit: hi autem nonniſi notos ac familiares in cenſum trahere potuerunt, ignoratis, aut praeteritis illis, quorum accuratiorem notitiam non habebant.

Superſtitum a laniena alii in Raetia remanſerunt; alii in Helvetiae civitates Evangelicas Genevam ſingulariter ac Sancto Gallum ſe contulerunt: humaniter paſſim excepti: plerique vero TIGURI ſubſtiterunt. Ubi fraterno prorſus amore ac beneficentia ſublevabantur, ſuſtentabantur: eorum quoque permiſſu peculiarem Eccleſiam aliquamdiu formarunt, ut dicetur mox.

Et haec quidem Epitome eſt Lanienae illius, quam ſubditi in Dominos, vicini ac fratres, in vicinos fratresque ediderunt! ſaeviere olim Nero, Domitianus, tyranni alii, ſed Domini, jurium ſuorum uſurpatores in ſubditos. Hic ſubditi trucidant legitimos Magiſtratus, ſuos Dominos. Olim Ethnici ac Judaei conjurarunt contra Chriſtum ac gregem ejus, ſed Ethnici in mentem reprobam converſi, et populus indurationis. Heic Chriſtiani, et quidem ut dici malunt Catholici, in Chriſtianos, doctrina defecatiores, vita meliores; non ob furta, non ob homicidia, adulteria, perduellionem alia crimina, ſed ob ſolam Evangelii confeſſionem, non per Juris viam, expoſitis praevie gravaminibus, aut tentatis medelis: ſed ſicariis undecunque, ſed elementis omnibus in exitium conclamatis, vaſtant, praedantur, trucidant: ipſa templa, quae Ethnicis etiam aſyla erant, impiant, eadem heu horridum dictu! ſanguinis theatrum deligunt: non ſexui non aetati, non infantibus matris uberibus affixis parcunt, defunctorum corpora ſepulcris extrahunt, canibus ac feris devoranda exponunt, in aquas projiciunt, concremant: verbo, feritatis genus nullum omittunt. Haec quoties conſidero, credere me faciunt, lanienam hanc non ob interfectorum numerum, ſed ob interficientium furorem nulli crudeliſſimarum eſſe poſtponendam.

Illuſtrem illum Hiſtoriarum ſui temporis, SCALIGERI elogio, Patrem, JACOBUM AUG. THUANUM, perpetratam A. MDLXXII. Pariſiis, die S. Bartholomaei lanienam heu illam, deſcribentem miſeratio, et horror adeo corripuit, ut Statii verbis narrationem clauſerit deplorando:

Pereat illa dies aevo, neu poſtera ſciant
Secla. Nos certe taceamus, et obruta nocte multa
Noſtrae tegi patiamur crimina gentis.

Noſtrae vero aetatis Hiſtoricis Volturenis duobus LAVIZARIO, et QUADRIO alia prorſus mens inſedit. Hi enim quo propius ad lanienam enarratam contemplandam accedunt, eo evidentiora praebent indicia illam ipſis ſummopere placere. Antequam ad eam ſcribendam accedant, prolixam tumultuum Raetiae, ac injuriarum, ſive verarum, ſive falſarum quas paſſos eſſe Volturenos ajunt,: inſtituunt; integras RICCII Brixienſis declamationes, ſuaſorias, deliberatorias Tractationi ſuae inſerunt; alia diſſimulant, alia excuſant, nulla non ſibi licere jubent. Singulariter QUADRIUS adeo bonae mentis oblitus eſt, ut mendacia infanda libelli illius infamis, titulo *Belli calixtini* (Kelchkrieg) a LAVIZARIO prudenter utique omiſſa, recoquere non dubitarit. Conqueritur ille, in narratione lanienae publici juris facta, ac a SPRECHERO repetita, *odioſa quaevis ad minutias eſſe congeſta, quum perpendere deceat, illa ſi patrata fuere non Ducum mandato, ſed a Vulgi talibus in caſibus impotentia, frenum non admittente perpetrata fuiſſe.* Colorem haberet exceptio, niſi Narrator, truculentiam in foeminas ac pueros inter minutias recenſeret *), et niſi a Ducibus ipſis Templa ipſa, ipſis Gentilibus ſacra in ſanguinis theatra fuiſſent delecta, quo conſilio ſemel rato, foeminabus ac parvulis, ut parcatur pene impoſſibile eſt. Inſpiciatur in Indice titulus: *Donne*, ac vel de ipſiusmet ore fiat judicium; adparebit enim luce clarius, ut ſua vineta caedat. *Indigne fert Idem ſanguinarium conſilium, ejusdemque executionem Eccleſiaſticis Vallis Tellinae adſcribi.* Sed Hiſtoricum, (imo etiam vulgato diverbio Mendacem) dictorum ſemel decet eſſe memorem, ac ſui ſimilem ubique. Atqui memoraverat ipſe QUADRIUS Conſilium Rebellandi, tum Medio-

*) Vol. II. p. 170.

Mediolani, tum Genuae, apud Regios Ministros Ecclesiasticorum, quos ipse nominat, opera fuisse promotum *). Ipsimet Auctores sunt Ecclesiasticos non fuisse contentos de consilio dato, sed manus quoque ipsas ad exsequendum adhibuisse **). Ipsimet, dissimulari non ausi, libere fatentur Patrem IGNATIUM Bergomensem Capucinum Edolo vallis Camonicae, ubi Guardianum agebat, evocatum, tum occasionibus aliis, tum vero maxime ipsa die, qua caedes fiebat, populum pro concione ad stragem edendam animasse: ALBERTUM PANDOLFUM de *Soncino* Dominicanum, Parochum *Fusinis* primum inter alios, gladium ingentem manu tenentem suis exemplo praeivisse; ac JOANNEM ANT. a FEDERICIS J. U. D. Tilii ipsa ANTONII PIATTI Parochi ibidem manu fuisse confossum ***): Parochum Villae BAPTISTAM de NOVALLIA cum ipsis bannitis una societate circumcurrisse, ac multos Evangelicos occidisse ****): Archipresbyterum Sondrii ipsis tantopere laudatum JO. ANT. PARAVICINUM nocte illa qua ambiguus in oppidum Sondrium latronibus erat ingressus, totam noctem fuisse circumvagatum, passim his et illis in aures susurrando, donec viderit Evangelicos clandestine detruncari, ac Sicarios in oppidum admitti *****) CAMILLUM FOLIANUM quoque Archipresbyterum Burmii caedem pariter consensisse ******): Et ad tot enormia facta (excessi) ab Ecclesiasticis, sine distinctione patrata, expetitam fuisse Roma particularem Indulgentiam; eandem etiam sine ullo negotio obtinuisse, quod persuasum omnibus esset ea caede cultum praestitum esse Deo a). Quae cum ab ipsismet edisserantur, et negari a nemine possint, quo furore, quave vertigine correptum ac in rotundum circumactum esse oportuit QUADRIUM, ut ea taceri velit, suis Auctoribus objici, im-

*) loc. cit. p. 133.

**) Lavizar. p. 143. 163. Quadr. Vol. II. p. 159. 160. ubi inter alia haec: Quasi fosse ciò una Santa Crociata alcuni Ecclesiastici ancora non sottisfatti d'avere a tal impressa le lor parole interposte, stimarono d'avervi di più a contribuir la lor opera etc.

***) Idem p. 149.

****) Idem p. 146.

*****) Idem p. 152.

******) Idem p. 167.

a) Laviz. p. 164.

imputari nolit. Tanta est nempe facti infamia ut e honore sui cupiant memoriam deleri. Sed o boni,

Non excidet illa dies aevo, et postera
Scient secula: ———— *nec obruta multa*
Nocte tegi saevae patiemur crimina gentis.

Passi sunt, anno 1618 Ministri novem, a Populis convolantibus se induci, ut Tribunali Censorio famoso illi Tholanae constituto Assessores ac observatores, quamdiu causae inquirebantur, et citati examinabantur, bona intentione, interfuerint: et ob id factum, (quod tamen Ministri alii nulli approbarunt) abs Historicis duobus antenominatis passim *tubae seditionum* cluunt, *Sanguinarii*, et quid non? licet imprudentes illi assessores suffragia in mortem cujusquam tulerint nunquam, utpote a ferendis sententiis exclusi. Si nunc Lavizarii et Quadrii placeret imitari morem, qua nunc mensura in crimine adeo impari liceret remetiri tribus eorum Egregiis Religiosis illis, Socios Sicariis se adjungentibus, Auditores ad patranda homicidia de pulpitu incendentibus, exploratores agentibus, manus sanguine conspersas circumferentibus, et tamen Roma facilem indulgentiam obtinentibus? Sed nostrum non est calami cum illis certare virulentia. Abunde fecerunt, quod factis monstrarunt non CHRISTI illos agi Spiritu, qui ne male quidem facientibus minas intentavit, sed Reginae illius, cujus haud secus ac Babylonem Apocalypticam proprium est, ac volupe est inebriari sanguine Sanctorum. Evangelicorum Ministrorum Synodus Assessores illos Tholanenses in jus vocatos justis subjecit censuris: GEORGIUM JENAZIUM ac BLASIUM ALEXANDRUM, solum quod aedituum Boalzii verberibus exceperant, munere sacro privavit, ne quis eam cum horum consiliis, factisque partem habere credat. Contra Romae impunes abeunt Presbyteri sanguine innoxio madidi!

Ah nimium faciles, qui tristia crimina caedis
Chartacea tolli posse putatis Bulla!

Caete-

Caeterum effusi sanguinis Religiosos illos poenitentia nunquam ductos fuisse, liquet vel inde, quod scripta quaevis, ac legationes pleraeque in defensionem lanienae ac Rebellionis, susceptae, abs valentibus illis consilio, opeque viris, quamdiu res rebellium apud exteros Principes agitata est, confectae, ac peractae fuerint.

Sed inquit QUADRIUS: *coactos fuisse Valtellinos violentum consilium rebus in statum desperatum adductis opponere, eo quod a Ministris Evangelicis in Synodo d. 5 Junii anno 1619 Ilantii habita congregatis fuerit decretum, Augusto mense caede omnium Sacerdotum ac tercentarum familiarum Vallemtellinam a Papismo purgare: Hoc vero Decretum etiam a Comitiis eodem anno pariter Ilantii habitis fuisse confirmatum.* Nata est haec calumnia in ipsorum Rebellium cerebro, primo reperta inter chartas illorum in scripto: *Consilium Ministror.* quod suo loco adducemus. Post illud atrocem hanc calumniam eructavit Auctor libelli famosi, titulo: *Belli Calixtini,* Germanico Altdorffii, deinde etiam Italico Sermone Mebiolani editi; qui mendaciorum, calumniarum, ac convitiorum farrago est, totus quantus est. Maledicta repetiit FRANC. BAILLARINUS Archip. Locarnensis in scripto: *I felici progressi de' Cattolici nella Valtellina,* Mediol. A. 1623. impresso. Sunt autem veritatis colore adeo destituta, ut fidem nunquam apud prudentes repererint, nec fuit ex Catholicis ipsis Scriptor cordatus ullus, qui dicta infamis, ac prostitutae fidei libelli in suam narrationem adsciverit. Prudens et ipse LAVIZZARIUS Raetis certe non aequus, talia dissimulat, aut rumori tantum adscribit. Demum QUADRIUS frontem habet vestigia illa relegendi. Is nempe eorum qui perfrictam habent frontem mos est, ut aliis sua scelera affricent. Diutius ego non immorabor infamibus dicteriis refellendis, quum capite sequenti, QUADRII ac Rebellium Rationes omnes prolixe, et ex professo excutiantur. Id solum addo, ex ipsis QUADRII verbis deprehendi mendacium. Si enim apud illum quaerimus tempus habitae illius Ilantii Synodi, ac Comitiorum, fluctuat; uno loco, Annum 1619 d. 5 Junii *) alio loco Annum 1620 d. 5 Junii **) nominat. Neutrum vero esse potest. Syno-

*) Vol. III. p. 231.
**) Vol. II. p. 130.

Synodus enim Ministrorum Anno 1619 non Ilantii Foederis Grsyei habita fuit, sed Zuzii in Superiore Oengadina Foederis Cathedralis; non die 5 (ut Sphalmate calami Quadrii, *Bellum* enim *Calixtinum*, ex quo fonte ille suos rivos, 15 repetitis vicibus habet) Junii, sed 24 demum *Julii* celebrata est. Id quod ignorare QUADRIUS non potuit: Mentionem enim illius ipsemet Vol. II. p. 116 non sine interspersa solito more calumnia, fecerat. Mendacem ergo decebat esse memorem. Nec anni 1620 Synodus Ilantii celebrata est, sed in Foedere Decem Jurisdictionum. Ea enim adsunt Synodi Acta, testantia curam fidelem pro suis Ecclesiis. De factionibus Patriae, de Motibus bellicis, aut aliis ejus generis, DEUM invoco testem, nec gry, nec My! Adsunt ANHORNII et aliorum scripta coaeva, de injuria, quae suo ordini in infami illo scripto Belli Calixtini titulo in vulgus sparso inuratur, summo cum dolore conquerentia *). Quod ad Comitia adtinet Raetorum, verum est anno 1619 ea mense Junio Ilianti fuisse habita. Sed iis interfuere FABIUS a PRAEPOSITIS Rebellium Patronus summus, Zambrae in Judicio Thosanensi capite truncati filius, et Hispanizantes plures: Qui ergo fieri potuit, ut talis Senatus Consulti rumor ante patratam in Valletellina lanienam, sparsus, auditus a nemine sit. Sed tantum abest, simile quidpiam Proceribus ibi congregatis in mentem venisse, ut potius compertum sit, illos acta Thosanensia mitigare, ac inter partes exacerbatas compositionem tentasse **). Quam infamis denique ea calumnia sit, vel inde potest intelligi, quod in Valletellina ad numerum decem Evangelicorum, Catholici supra mille numerabantur. Quae jam clementia, quis furor, inermi, exiguo gregi, talia affricare consilia. Haec in transitu. Caetera vide in scripto ad rationes Volturenorum, Capite sequenti inserendo.

Ne quid Historiae lacrymabilis caedis desit, *Prodigia* quoque stupenda enarremus, quae evenisse homines ejus aetatis observarunt, et immane facinus per ea praesagitum fuisse. Alii memoriae prodiderunt: Rumor sparsit: ac superstitio credit. Ea totidem SPRECHERI verbis en habes: „Prodigiis stupendis, stupendum facinus praesagitum fuit: „quo-

*) *Anh. Graubündner Krieg.* Cap. XXXVII.

**) v. Sprech. p. 87.

„quorum *quaedam* huc inserere operae pretium fuerit. Calamitosus ille in„teritus PLURII Raetiae universae ominosus a prudentibus quibuscunque „habitus fuit a). Vites A. 1618 et 1620 mense Aprili in plerisque Vallistel„linae

a) De Oppidi PLURIENSIS interitu, paucos post casum dies, germanico idiomate folium edidit BARTH ANHORN Ecclesiastes Majaev. Lindaviæ excusum; quod nostra ætate, una cum duplici Mappa, quarum una Oppidum florens; altera ruina obrutum eleganter ob oculos sistitur; & Nominibus familiarum, recudi curavit celebris ille Helvetiæ PLINIUS, Ioh. Iac. SCHEUCHZERUS *in der Naturhistorie des Schweizerlandes pag.* 136 - - 138. Mox lingua italica Interitum Plurii articulate descriptum dedit Benedictus Paravicinus libro, cui titulus: *Descrizione della lagrimevole eversione di Piuro, con l'annotatione quale gia fosse; e come ora si ritrovi, con alcuni casi quasi simili dal principio del mondo sin ora occorsi. In Bergamo per Valerio Ventura A.* 1619. 4to. Ingratas Lectori non puto litteras Sprecheri tunc Clavennae Commissarii ad Tribunal Thosanense, ipso subversionem secuto die, exaratas hic oculis subjicere *Grosgeachte, gestrenge, edle, ehrenfeste, fromme, fürsichtige, wohlweise, insonders hochehrende, gnädige gebietende Herren. Mit hæchstem Kummer und Herzenleid berichte ich die Herren des klaglichen, jammerlichen Untergangs des hübschen Flecken Plurs, mit samt dem Dorff Chilano, welcher sich (leider Gott erbarms) folgendergestalt begeben: Gestern, um die* 20 *Uhr hat angefangen ein Rüffe, aus dem Berg* del Cont, *auff der Seiten, wo man* Lavezzi *Graben genannt, angahn, und hat bey* Chilan, *etliche Weinberg untergelegt; da ist also forzu hereingerissen, doch nicht mæchtig, bis zur angehender vollkommener Nacht, da ist der Berg zu mehrtheil aller hereingebrochen, und hat den ganzen Flecken ganz und gar untergelegt. Die Rüffe facht an ob dem Hochgericht, und wæhret schier bis an das Wasser* Roueno. *Ist niemand bey Leben, das man wisse, denn der Wirth zur Krone* Francesco Furno, *und* Simon Ramada *ein Murer, seynd beym* Roueno *in einem Crott gsin, und ein altes Weib mit* 3 *Kindern seynd oben in einem* Ronco *gsin, und des Herrn Potestaten Bruder, so sein Diener, der ist zu* St. Abundi *in* Roncalia *gsin gen zu Nacht essen, diese seynd mit dem Leben darvon kommen. Zu* St. Abundi *seynd auch in einem Haus* 6 *Personen blieben. Die alt Fraw sagt, es seyge in einem Augenblick zugangen. Hie zu Cleffen hat man es aber ein gut Weil gehært rauschen. Der Staub und Dunst ist bis gen Cleffen kommen, und hat den Himmel, wiewohl es alles heiter gewest, wie dicke Wolken bedecket. Die* Maira *ist abgebrochen gewest fast anderthalb Stund. Das hat in Cleffen ein solchen Schrecken gemacht, weil man besorgt sie versteche sich, und werde undereinist ausbrechen, und alles allhie unterlegen, dass jedermann aus dem Flecken in die Hæhenen geflohen. Doch (Gott lob) ist es allhie ohne Schaden abgangen; dann das Wasser wiederum kommen ohne grosse Ungestüme. Ich habe das Volk, ausgenommen die auf den Confinen hinaufgeschickt, gen Suchen, ob etwas lebendig zu finden. Aber ist wenig Hoffnung, dann die Rüffe an etlichen Orthen mehr als fünf Spiess hoch, und gsicht man die Kilchenspitz nicht. Man sicht zu hinderst in ein weissen Crott*

„linae locis, praeter solitum congelarunt. Cum in tota Valletellina „et Comitatu Clavennae ea aestate Campanilibus excubiae a Magistra- „id Raetico impositae essent, ut tam signo ignis, quam sono campa- „narum populus in casu necessitatis ad arma statim excitari posset; ac- „cidit ut die 8 Maji, in oppido Sondrii, qui excubias nocte antece- „denti egerant, (erant autem Catholici) ad Magistratum venientes re- „ferent, quod ea nocte in Templo SS. Gervasii et Protasii, murmur „ingens audiverint ac si multae personae inter se altercatae fuissent, „aliis: *sic sic*: aliis: *non non* exclamantibus, quodque in templo eo- „dem ingentem splendorem perlucere per totum Campanile cum vi- „dissent, ordinariam suam lucernam accenderint et in templum per „scalas descendere voluerint, ubi tum in descensu lucerna sibi extincta „fuerit, atque iterum cum accendissent, eadem majore jam cum impetu „extincta fuerit, et splendor ille in templo evanuerit. Horologii sa „coma-

Crott und ein Taubehaus im Zerlen genannt. Ist auch noch gar sorglich dann es immerdar henreinreisset, und ist der ganz Berg offen. Die von Uscion sagen mir, dass der Berg sich schon vor 10 Jahren etwas herausgelassen. Ich hab Ordnung geben, dass man des Potestaten Bruder Gehorsame leiste, bis auf Ewer M. gn. Herren weitern Anordnung, die dann den armen Mann, der sich aufrecht halt, werden für befolchen haben. Gestern um Mittag so würd mir gesagt, dass zu Castasegnia *habend angefangen die Bienen oder Immen, wie man sie nennt, aus den Fässern sich lassen, und herab in die* Contrata Scatton *genannt im Plurser Gebiet sich gelassen, daselbst auch alle Bienen herfürkommen, und angefangen mit einandern mit einer somlichen Ungestüme in der Luft stehen, dass das mehrtheil todt auf das Erdreich todt gefallen: und gleiches auch in einer andern* Contrata *daselbst* Pyné *genannt, und fortau also gegen* Ponteilla *geruckt, und in der Strass aller Orten der Boden Immen gelegen. Dieses haben mir 2 Personen, so es gesehen, bey ihren Eyden bestattiget. Dieses schreib ich den Herren, dass zu mehrtheil solcher Jammer etwas vorziechend. O des grossen Jammers und Elends, da so viel hundert Personen untergangen. O lassend uns betten, doch ganz inbrünstig, dass Gott seinen grossen Zorn stille, und uns nicht nach unserm Verdienen straffe, sondern mit den Augen Seiner Barmherzigkeit ansehen, und vor weiterem Unfall gnädig behüte. Amen. Thue hiemit sie dem Herren ganz unterthänig befelchen. Zu Cleffen den 26 Tag Augstm. A. 1618.*

Ewer M. Gnad. Herren und Obern

unterthaniger Diener
Fortunat Sprecher.

P. S. *Der Beccarien und Biasen Crott stand noch, was man gsicht ist lauter rothe Erd.*

„comata, (sunt lapides funibus appensi,) violento impetu unico sine „opera humana deciderunt. Sonus Campanae majoris, qua signum „ad arma datur, decem vicibus distinctis, ab omnibus vicinis atque „ipsa quoque clara die, *ter*, uti mihi saepius post JO. ANDREAS MA„LACRIDA Medicinae et Philosophiae Doctor, vir Catholicus affirma„vit, auditus fuit: Excubitores isti duo, ab eo tempore per aliquot „dies ex timore et tremore decubuere. In oppido Tirani similis „quoque Campanae majoris sonitus in Templo S. Martini auditus fuit. „Praetor famulos suos, quid rei esset ad videndum misit. Cognitum „fuit hoc non opera humana factum fuisse: statimque cum famuli ex „Campanili rediissent, Campana quae in Praetorio est, etiam sonum „edidit. *Poyrae* (locus in communitate Fusinae est) incolae in sacello „ibi aliquoties suavem cantum et postea vocem lamentabilem hoc „mense Majo noctu audiverunt. Interrogati numquid tale alias quoque „audivissent, responderunt anno quoque M. D. LXXXVIII, cum mor„bus contagiosus in Valletellina agnopere saeviret, rem consimilem „accidisse. In Praetorio oppidi Morbenii nocte natalis Christi proxime „praeteriti Flammae ignitae ad Coelum ascendere visae fuere: ubi in „laniena aliqui Protestantes mactati fuere. Dies XVIII Julii cum se„quenti nocte propter vehementissimum ventum et ingentem nimbum „in tota Rhaetia et Valletellina aspectu tristis fuit.„ Portentis accessere variae admonitiones; quas vide sis apud illum b).

Prodigia illa num evenerint revera an vero minus, ego non definio: Hoc confirmo, ea a pluribus ejus aevi res gestas in privatum usum notantibus consignata memoriae esse. Et si evenerunt, quae eorum sint causae, suo cuivis per me licet abundare ingenio. Ad me quod attinet, istis omnibus, parum divini inesse autumo, subscriboque sententiae Celeb. CLERICI dicentis: *Quaecunque in aëre eveniunt, ea certis legibus reguntur, ut quae fiunt in omnibus aliis corporibus, nec praesentior illic est Deus quam alibi: et ad praesagia, quae inde ducuntur, notandum mereri: 1mo semper in rebus humanis mali aliquid accidere, seu praesagia ejusmodi praecesserint, seu nulla fuerint. 2do. Observata duntaxat fuisse fulmina aut ignes alios aëreos (Portenta) cum inusitatum quidpiam postea evenit, alioqui negligebantur. 3tio vana esse praesagia, quae quid significent seu praenuncient, ignorant, qui ea vident. Neminem autem scire posse quid sibi velit Numen eo sermone, si*

b) Sprech. Hist. Mot. p. 112 - 116.

Numinis sermo ea haberi possent c). Praeterea, negari nequit pleraque prodigia a Sprechero enarrata fide non alia niti, quemadmodum ante ex ipsomet audivimus, quam *Catholicorum*, hominum, de vulgo loquor, plenorum devotione, apparitionum angelicarum, miraculorum et portentorum rumoribus pasci et affici solitorum. At iniquitas est in QUADRIO fidem Sprechero hac in parte abjudicante d), quum Sprecherus rumoris Autores nominet: QUADRII vero stomachus graviora longe concoquere assueverit. Hic auctor est: *Nicolao Rusca controversias adversum Evangelicos Valtelinae Ministros scribere incipiente, saepius in aedibus Canonica strepitus ac voces horrendas ceu innumerabilium ferarum velut aedes subvertere conantium, auditas fuisse; tandem re diligenter inquisita compertum esse, illa omnia Daemonii esse facta, ut quod sibi timebat a viro illo* e). Hic, *lividas tres maculas in anatomia P. FOLIANI Jesuitae A.* 1609 *defuncti, in corde, tuberculorum more se unientes prodigium*, appellare non veretur, ac *certum testimonium praeclarae devotionis, qua defunctus in SS. Triadem ferebatur* f). Hic denique tot *vexationes daemoniorum sanctulis suis* passim adscribit g), tanta animi facilitate ut dubium sit, homini num fuerit dum talia scriberet, sanum sinciput? vel num orbi illudere proposuerit? Causa ob quam Sprecheri prodigiis fidem denegat QUADRIUS, est quod a Catholicis scriptoribus illa non referantur. Metuit nempe sagax Criticus admissis prodigiis illis, causae rebellium, quos omni studio tutandos assumsit, et gloriae Catholicorum, ad quos solos nempel ceu verae Religionis sectatores prodigia ac apparitiones spectare, exclusis haereticis, persuasus est, aliquid decedat! Ast salva res est, Quadri, tantum abest ut eas delicia Tibi invideamus, ut potius cum quadam animi voluptate, omnem istum commeatum, de quo tantopere sollicitus est Tibi, inquam, intactum relinquamus.

In fine notandum et hoc: Totum stupuisse mundum, cum cognovit Valtellinos Raetorum dominatione, sub qua mitissime habebantur excussa, Hispanorum, potentissimorum Dominorum se subjecisse jugo Nam ut verum sit, in gravissimis Raetiae discidiis, singulares aliquot Personas quidpiam iacturæ ac detrimenti passas fuisse: non meretur tamen illud comparari cum damnis quae Monarcharum jugo subditi tolerare juben-

c) Cleric. Phys. lib. III. cap. IV. d) Vol. 3. p. 234. e) Vol. II. p. 170.
f) Vol. III. p. 177. g) Loc. cit. p. 110. 199. 210. 211. Vol. II. p. 208. 223 &c.

jubentur, coguntur. Aptarim huc illa Taciti: *vitia erunt donec homines, sed neque iba continua, et meliorum interventu pensantur. Igitur quomodo sterilitas, aut nimii imbres, et caetera naturae mala, ita luxus vel avaritia Dominantium toleranda* h). Antedictis vero fidem faciant VENDRAMINI BIANCHI, qui sub DANEBUCHI nomine latere voluit, Serenissimae Venetiar. Reip. A. 1706 ad Excelſ. Raetiae populos, Legati verba: *N' il genere di Paese montuoso*, inquit, *che hanno li Griggioni, e il Paese loro suddito; ma suddito però assai privilegiato* i). Kypselerus item Belga, auctor famigeratus, ajens: *Il ne se peut guere voir de peuple, qui soit sous un Gouvernement plu doux, et qui ait de plu grands Privileges, que celui de la Valteline; tellement qu'il ne paroit pas imaginable, que jamais il ait pù venir dans l'Esprit de ce gens là de souhaiter de changer de Maitre; moin encore de se livrer a des Maitres rudes et impitoyables, tels que sont les Espagnols* k). At cogitandum Valtelinos ad caedem patrandam, haud alia spe, quam in turbido piscandi, ac libertatem omnimodam indipiscendi, a Rebellionis Corypheis inductos fuisse.

Dictam Evangelicorum Vallistellinae stragem versibus heroicis, per quam elegantibus complexus est JO. WIRZIUS, medio seculo Superiori in Gymnasio Carolino Turicensi, Professor tunc Rhetorologicus, postea Theologus; qui in Bibliotheca ibid. Civica asservantur, luce sane dignissimi. Capiti huic finem impono carmine HULDRICI GROBII Lithopoli in agro Tigurino Ecclesiastis ad BARTH. ANHORNIUM Seniorem Ecclesiae Majaevillanae Pastorem perscripto.

Elegia in Martyres Raetos.

Dum descendit hyems, teneris mihi cognite ab annis
Quid Divûm Interpres Bartholomeae canam?
Martyris invicti complectar carmine laudes,
Rhaetica cujus adhuc rura cruore madent.
Dum libro quid ferre humeri, quid ferre recusent,

h) Hist. Lib. IV. i) Relat. de l'Ambassade nei Svizeri p. 199.
k) Etat et delices de la Suisse, Tom. IV. p. 148. 149.

Mens mea fusceptum pene reliquit opus.
Si non antiloquo divinum aequabo Maronem
Carmine, non ideo Mufa jacebit iners.
Non ullum interdum res parva meretur honorem,
Sed nunc in laudes Martyris ire juvat.
Annue Chrifte meis de Coelo maxime coeptis,
Tu quoque quisquis ades, foemina, virque fave.
O Martyr, fi facrilegus, perjurus, adulter
Fur, mendax, raptor, denique latro fores:
Tum mundo carus, jucundus, amabilis effes,
Undique delitiis et fruerere tuis.
Nunc demum fers rebus Dominum JESUM omnibus ante:
O Martyr debes terque quaterque mori.
Diceabt ferus, mendax placido ore Papifta.
Credis Papam Orbis totius effe caput?
Si credis vitam Phaeacum maxime Amice
Vives: non credis? Tu moriére { tamen. / ergo. }
Martyr ait: CAPUT eft CHRISTUS, totius ut orbis
Arbiter, HUIC SOLI vota, precesque fero.
Nequitiae caput eft, telluris inutile pondus
Papa, cui fertis fupplice voce preces.
Dixit et fic ferro, alterno concidit ictu:
Sic Agnus moriens fanguine plangit humum.
Interit hic ferro caefus, hic uritur igni,
Ille in fubjectas praecipitatur aquas.
Quatuor in partes alius ftricto enfe fecatur:

Interit

Interit ille ſiti, ſed perit ille fame,
Dum patitur Martyr, laetus ſua gaudia carpit,
Et ridet gladium, vulnera, probra, cruces.
Talis erat quondam externis *Polycarpus* in oris.
Invictus Chriſti miles et ille fuit.
Talis erat quondam coelo digniſſimus *Anſer*,
Improba quem ad Rhenum torruit igne manus.
Illos fama vehit, trans extrema aequora Thules
Crede mihi, aeternum neſcia fama mori.
Nunc inſtar ſolis lucent in veſtibus albis,
Incedunt circum tempora laurus obit.
Et laeti Chriſto laudes et Carmina dicunt,
Et feſtos agitant, nocte dieque dies.
Illi ſunt etiam tollendi ad Sydera verſu,
Qui propter verae Religionis opus.
Expulſi Patria per hoſpita tesqua vagantur
Extremos Homines fortiter ad Marinos.
Nudi agitant aevum miſerabile tempore brumae,
Condita cum gelida ſub nive terra latet.
Illis herba thorus, domus Antra in montibus altis
Radix cibus, vili e flumine potus aqua.
Interea laeti cantant, et carmina dicunt
CHRISTO, quem propter haec meruere pati.
Venimus in mundum nudi, rerum omnium egeni,
Nilobita ad ſtygias morte feremus aequa.
Adverſis didicit qui opponere pectora rebus,

Et

Et fortunam aequo pectore ferre suam,
Is mihi divitiis Croesum superare videtur.
Vive mei memor, et, Bartholomeae, Vale.

Steinae d. 24 Febr. 1621.



CAP. XIV.

REBELLIUM VOLTURENORUM RATIONES ET RESPONSIO RAETORUM AD EAS.

Decet nunc causas audire patratae Lanienae, et Rhaetorum ad eas Responsum. Et haec quidem ex utriusque Partis ore audiemus. Illae expositae sunt scripto mox a laniena patrata Mediolani edito, mox in germanicum et Gallicum idioma converso. Hoc est:

RAGGIONI DELLA RISOLUZIONE ULTIMAMENTE FATTA IN VALTELLINA CONTRO LA TIRANNIDE DE GRIGGIONI ED HERETICI.

Sono ormai tanto notorie le miserie della infelice Valtellina, così intollerabili sono le barbarie, oppressioni e tirannie, che li habitanti di quella patiscono, come schiavi sotto Grisoni, pretesi loro Padroni, e Superiori che doveranno per certo movere a gran compassione gli animi, ed in ajuto d'essi, le forze anco de Principi, e popoli lontani, e poi che questo contra ogni aspetazione, ed dovere non gli e successo: ora che da se stessi con mezzo sportoli quasi immediatamente dallo mano di Dio, hanno procurato di liberarsi da così aspra Tirannia, con ragione crederiano, che per giustificare questa loro Azione

Azione appresso al mondo, non fosse di bisogno d'altra dilligenza. Con tutto ciò per che le malizie de perversi Ministri le lingue, e penne loro Diaboliche (delle quali li tiranni si servono) hanno gran forze appresso alla plebe, per offuscare ogni verità ben che chiara, e dicalonniar l'innozenza, e concitar l'odio, si e stimato bene il publicar la presente scrittura, dalla quale possa ogni uno restar brevemente informato per mera verità, che quanto essi hanno fatto non solo, e lecito per ogni legge, Divina ed Humana, mà degnò d'esser approvato con Somma lode dagli Huomini Giudiciosi, intendenti, e ben affetti alla giusticia, e alla Christianità, e da tutti li Potentati ajutato.

Lasciando adunque ogni colore, ed artificio di parole proprio di quei Ministri, che altro non procurano che ingannare, sà ogni uno, che quanto può haver il Suddito, consiste in *Anima*, *Vita*, *Honore e Roba*. Di tutte queste cose, nissuna restava a gli infelici Valtellini; che non fosse in estremo oppressa, e tirannegiata.

Quanto all'*anima*, già e notorio, che li habitatori di detta Valle sono anticamente allevati e nodriti nella santa fede Cattolica Romana, che ivi sono tante Chiese insigni sotto il nome della beata Vergine, e di molti Santi favorite da Dio di Grazie, et miracoli, frequentate per ciò dal devoto concorso di molte genti con gran consolazione, ed ajuto del popolo: alle quali già da Cattolici furono lasciate entrate, per che in esse si celebrassero Messe, et Offici secondo il Rito della Santa Chiesa Romana, in suffragio delle anime loro: Hor questi Barbari datti si in preda a più perversi Professori d'ogni Eresia, e particolarmente dell'Calvinismo hanno procurato a tutto suo potere, che questo Veleno vadi infettando tutta la Valle; d'onde facilmente si sparga poi per i luoghi vicini d'Italia: è se, ben da Principio in apparenza mostrarono di non levar al popolo l'uso della sua antica Religione, non dimeno li fatti furono apertamente a questo indrizati; poi che con suoi Decreti danno ad heretici facoltà di profanar le Chiese antiche de Cattolici con le loro prediche e sepolture; levono l'entrate lasciate a Chiese Cattoliche per Messe ed altri Offici, ed le applicano a Ministri Eretici; li astringono li Cattolici a fabricar Chiese per quelli; levano del tutto la Jurisdizione Ecclesiastica, privando li Cattolici della pubblicazione d'indulgenze, ed Giubilei, è dell'ingresso nelle Religioni con levargli le facoltà, è della cura Pastorale del suo Vescovo, non permettendo che alcuno Cattolico gli obbedisca, ne ch'egli vengia a visitarli

Ss ne

ne consolarli; permettono che Ministri Eretici conculchino con fatti apertamente li Sacramenti della Cattolica Chiesa, e se alcuno si oppone, vien subito castigato barbaramente nella vita, et facoltà, escludono dalla Valle, quasi tutte le Religione Cattoliche, permettendo all'incontro indistintamente Ministri Eretici d'ogni nazione, Ereggono Seminarj, ed ultimamente Collegj d'Eretici assignandoli l'entrade di Decime, Canonicati e beneficj Levati a Curati e alle Chiese Cattoliche. Di tutto questo vi sono Decreti Statuti, ed Editti notori, e de casi particolari, vi sono Atti publici, e la memoria troppo fresca, e rinovata con le crudelissime morti date a Cattolici ed Religiosi, ne più infami modi, che si potesse immaginare. Ora che altro e questo, che usare manifesta tirannide nelle anime de sudditi Cattolici, privandole da quei Beni, con quali si vanno ajutando per salvarsi ed andar al Cielo è violentandole ad adherire alla nova Religione, che le guida all'inferno? Parla troppo la cosa da se stessa, ne a punto di bisogno, di maggior essaggerazione per far la più manifesta, ed mostrarla più intollerabile.

Nel restante per mostrar il pessimo stato di detta Valle, basteria il representar simplicemente il *Modo di Governo* usato molti anni sono: basteria il dire, che egli si e dato simplicemente a chi ne offerri và maggior, Somma di danari, senza pur una minima considerazione all'abbilita, ed altre parti necessarie al Carico; e che li Sindicatori mandati in apparenza per rimedio contro le passate ingiustizie erano dell'istessa qualità ed alcune volte pegiori; di maniera, che tanto gli uni, quanto gli altri avevano per scopo, ed a questo solo attendevano di rimborsarsi il speso, e comolar per tutti li mezzi immaginabili tanto oro, che con esso sene tornassero alle loro Case, arricchiti per sempre.

Di qui ne seguiva, che le *vitte* de poveri innocenti erano insidiate in mille modi, e molte volte levate con ingiusticie patenti, ad instanza de nemici che con grossa summa di denari le compravano, e tal volta doppo aspre Prigionie, ed altri tormenti appenna lasciate nude, co'l prezzo di tutte le sustanze loro, le quali restavano patentamente a gli Officiali istessi, senza alcun rispetto, ed con tanta sicurezza, che gli infelici oppressi, ed n'ella Vita, et nella roba non ardivano lamentarsene.

Per l'istessa cagione fu sempre in gran pericolo la *roba* de sudditi nelle cause Civili, perchè essendo li Officiali publicamente venali più volte

volte occorreva, che altri la perdesse per sentenza ingiusta molto ben pagata dall'avversario, ed altri per conservarla contro ingiustizia fosse sforzato darne gran parte al Giudice!

Nessuna sentenza benchè confirmata, ed passata in giudicato tanto in Civili quanto in Criminale fù mai sicura, perchè il Successore per ricavar danari rinovava il travaglio a gli assoluti, e per novo prezzo spesse volte revocava senza alcun rispetto quello, che da gli altri ancor che giustamente era stato giudicato.

Li salvi Condotti erano a lor voglia rotti, ed violata la fede pubblica, conpretesti vani per privar di vita, chi così morendo li poteva aricchire. Le Leggi, e Statuti ormai non con Arti, e stratagemi erano deluse, ma apertamente sprezzate, ed concuscate, come se il tutto liberamente fosse dato in preda a costoro.

Quivi li Puppilli, Vedove, ed altre persone simili tanto racommandare nella Legge divina, ed humana alla protezione de Principi ed Giudici, come mabili ad ajutarsi per mezzi infami, restavano totalmente in preda all'avidità di lupi rapaci con estremo dolore, è sentimento de Buoni.

Dall'altra parte molte volte occorreva, che quelli scelerati, che havevano offeso altri nella Vita, Roba, ed Onore capitati in mano della Giustizia, in vece di esser essemplarmente castigati, erano per gran denari, ora con sentenze ingiustissime assoluti, ora sotto colore di finta fuga lasciati uscir liberi delle prigioni, con tanta oppressione, ed afflittione degli offesi.

Vedevasi gran numero di persone infami ben viste de Officiali, ed da essi premiate solo, perchè gli servivano per Instrumento ad insidiar alle Vite, e Roba, particolarmente de Cattolici in milla, e mille maniere, d'onde ne seguiva ben spesso la destructione, e rovina or d'una famiglia, or d'un altra, e sempre delle più onorate: e antiche della Valle.

Finalmente se ben si considra quello, che già al tempo della Romana Repubblica patirono li Siciliani, per tre anni sotto il governo dell' infame Verre: si trovera che quasi tutto, anzi senza *quasi*, lo hanno as-

sai più longamente provato gli infelici Valtellini, per mani di tanti Verri, ne forsi si trovera altro Governo infame, che tanto a quello assomigli, come questo de Grisoni in Valtellina; come più chiaramente si conosceria, se il negozio meritasse, che qui rapresentassero tutti Casi, ad uno ad uno, con le loro Circostanze. Come già convenne di fare a Cicerone, tratando la causa persine differente dal nostro.

Quello che fa il nostro Caso più compassionevole, è che quanto li infelici oppressi hanno tentato il ricorrere a Superiori per rimedio contro tante tirannie, ed ingiusticie, si sono opposti li istessi Officiali, con Severissimi Bandi, e Prigionnie a quelli, che per il pubblico si metevano all' impresa, e quando, e occorso che superati tutti gli impedimenti, li Procuratori della Valle sono arrivati alle istesse Communità delle Tre Leghe, e le hanno informate ad una, ad una, di tanti aggravi, ed eccessi, alla fine, dopo aver ricevuto in diversi luoghi quelli affronti, che a pena i schiavi potriano suffrire, sono restati delusi, e senza effetto di provisione alcuna.

Bastavano senza dubio queste cose, per levar ogni spranza di trovar maj sotto questo Imperio, solevazione alcuna di tante miserie; però vi saggiungevano altri accidenti da quali erano li Sudditi ridotti in tottal desperazione, Già è nottoria la Radunanza della Terra di Tosana, quale ad altro non attese, che alla destruccione de buoni, e Cattolici, tanto degli istessi Grisoni, quanto de Valtellini. N'ella Crittura quivi eletta seguirono molti bandi, ed molte Condennazione Capitale: fra le quali fu quella contro l' Arciprete de Sondrio Nicolao Rusca sacerdote di vita innocentissima, ed vero Martire del Signore, tormentato, e fatto morire, con tutta la crudeltà ed infamia possibile, senza altra Colpa, che di esser buon Cattolico ed Sacerdote. Ora avendo queste ingiustizie, ed crudeltà posto in necessità alcun Communità Cattoliche di tentar il Remedio a tanti mali fatto l'ultimo sforzo ottenero, che reviste quelle sentenze, furono come barbare, ed ingiustissime ritrate. Ma poco durò il Remedio: perchè concitati quei popoli dalle furie de Ministri et quello più importa, mossi dalle Pratiche, e denari di quel Potentato vicino, che per raggion di stato, si fa lecito qualsi voglia cosa, per contraria, ch' ella sia all' onor di Dio, ed mantenimento della sua Santa fede Cattolica, tornarono a radunaria nella Terra di Tavos, ove, con nova Drittura loro hanno, non solo rifermato tutti li mali di quella di Tosana, ma aggiuntevenne altri, facendo Capi della persecuzioni,

zioni, ed essecutori delle sentenze, contro gli Cattolici li stessi Ministri Eretici, ed in questa occasione si e visto talmente confermato, il Governo Tirannico di costoro particolarmente con l'Assistenza, ed denaro di quel Potentato, cagione principale di tanti mali alla Cristiana Reppublica; che non potevano li Sudditi aspetar altro, che di andar sempre peggiorando di condizione, ed arrivar ben presto al colmo, ed estremo di tutti i mali, già molto vicino.

Supposto quanto già si è recontato compendiosamente, però in maniera, che non potra mai esser a presso da i lettori nel grado ove per verità era asceso il tirannico Governo di costoro, che poi, come si e detto da principio ogni legge divina, ed umana permetesse a Valtellini il sottrarsi da tanta Tirannia per tutte le vie possibili, resterà tanto chiaro appresso ogni uno, che saria gran varità il cumular qui Ragioni, Testi ed Autorità,. come a cosa per se stessa indubitata, quando anche in fatti, si trattasse de veri Sudditi, ed Vassalli con suo naturale, ed assoluto Signore.

Or tanto maggiormente parera lecito, se si considerano due Cose, l'una che le Capitulazioni antiche delle Valle con Grigioni, che si metteranno n'el fine di questa, mostrano più presto Confederazione fra de loro, che vera Soggezzione, ed parlano di maniera, che l'Imperio da quelli essercitato in detta Valle si scopre meramente usurpato, ed in particolare obbligano i Valtellini verso li Grigioni limitatamente, alle cose licite, ed oneste. In oltre l'obbligò e fatto insieme verso il Vescovo di Coira, e le Tre Leghe, ed ora questi Tiranni avendo di fatto esclusо il Vescovo, con bandi sacrilegi usurpavano soli, quello, che ne ad essi, ne a quello era concesso: l'altra cosa, e che quanto li Valtellini, ora hanno fatto tutto e seguito solamente con intelligenza, ed ajuto della più sana parte delli stessi Grigioni, ed non a fine di ribellarsi a suoi Signori, che tali non furono mai, per verità, quelle Tre Leghe: mà si bene per ridurgli al vero stato di che parlano le capitulazioni in quanto però le mutacioni, alterazioni, ed altri Accidenti lo permetteranno.

Convenzione fra il Vescovo di Coira, ed le Communità delle Tre leghe per una parte, ed la Valletellina per l'altra dell'anno 1513. de quali consta per Instrumento rogato a Iant della Legha Grisa, conservato nell' Archivio di Coira.

Primo.

Primo. *Quod homines Valli Tellinae, et Communitatis Tilly velint, et debeant Reverendissimo Episcopo Curiensi, et Tribus Lighis perpetuis temporibus in omnibus, et singulis licitis, et honestis purere, et obedire.*

Secundo. *Quod praelibati homines Vallis Tellinae, et Communitatis Tilly sint, et esse debeant nostri, videlicet Episcopi Curiensis, et omnium Trium Ligarum, cari et fideles Confoederati, et tales permanere, et pro tempore, quo necesse fuerit ad Dietas nostras vocari, in Consiliis pariformiter nobiscum sedere, et consulere omne id quod eis Communitatibus magis expediens videbitur, et quando ad Dietas sic, et prout supra vocabuntur, tunc debeant de quolibet Tertierio, et Communitate Tilly unum mittere consiliarium.*

Tertio. *Quod homines Vallis Tellinae, et Communitati Tilly gaudeant, et utantur eorum privilegiis, et antiquis Consuetudinibus, si saltem, fuerint de jure laudabiles, et Deo consonae.*

Quarto. *Quod praelibatus Reverend. D. Episcopus Curiensis, et omnes Lighae sint, et esse debeant dictis hominibus Vallis Tellinae, et Communiatis Tilly adjutorio, et consilio erga Caesaream Majestatem, et Ducatum Mediolani, aut alibi ubicunque opportuerit, ut liberi fiant a taleis et similibus, uti homines Trium Lighbarum.*

Quinto. *Quod homines Vallis Tellinae, et Communitatis Tilly teneantur singulis annis dare, et solvere Reverendissimo Episcopo Curiensi et omnibus Tribus Foederibus Rhenenses mille in promptis denariis persolvendos. per quemlibet seu quoslibit habentes bona in dicta Valle, ad rattam bonoram suorum exemptum, et non exemptum.* *)

Hactenus causae consilii Volturenorum.

AUDIATUR NUNC ETALTERA PARS.

Probroso huic scripto, passim terrarum disseminato, ex parte Raetorum responsum est a variis docte, et solide. Meo vero judicio nihil majori soliditate ac modestia, veritate, ac perspicuitate nervosius dici poterat, supra illud quod Raetorum nomine hanc in rem in Schediasmate *Augustae Tauriscorum Anno* 1622. edito expressum est; in quo causae

*) Conf. Quadr. Tom I. Diss. VI. pag. 391.

causae Rebellium in ante allato Volturenorum Scripto adductae articulate expenduntur. Eam ergo partem hic transscribimus. Dicti Schediasmatis hic est titulus: *solida et necessaria confutatio argumentorum, quibus sceleratissimi Parricidae Rhaetorum Provincioe Vallis Tellinae non modo scelera sua immania palliare satagunt, sed Reges etiam, et Principes, ut patrocinium sui suscipiant permovere volunt, ausu indignissimo, et plane nefando, vindicantae veritatis, et fidelis admonitionis ergo in lucem emissa.* **) Et haec in verba decurrit.

Atrox illa Vallis Tellinae laniena, et prodigiosa Rebellio Anni 1620. jam pridem toti orbi Christiano notissima est. Horrendum hoc facinus, quod omnes sanae mentis homines, quod sera posteritas, quod Coelum, terraque, quod Creaturae omnes exsecrabantur, Monstra illa Rebellionum emissis scriptis, missis ad Principes, et Respublicas legatis, verborum lenociniis excusare conantur. Quid dico excusare quam penetrare. Mendaciorum caliginem, quae hoc libello continetur, in praesentia, Veritatis luce, *syn Theo* refellemus.

I. Dicunt Rebellionum ista monstra, Volturenos *non fuisse Rhaetorum subditos, sed foederatos: Raetos fuisse usurpatores, non legitimos Dominos: se quod suum est recuperasse.* Atque hoc Mendacium alio conantur stabilire conantur mendacio, quum dicunt: *hac de re Instrumenta exstare in Archiviis.*

Datum negotium nonnullis, e Magistratu, ut Archiva excuterent, si forte tale quid olim agitatum fuisset. Sed nihil simile inventum. Dicant, si possunt: *Quando incepit Volturenorum libertas?* Inde ab Anno 1512. quo in Raetorum venerunt potestatem, semper habuere Praefectos, sibi a Rhaetis missos, quod Officialium Catalogi Singularum Praefecturarum luculenter testantur. *Num sub Galliarum Rege, et Ducibus Mediolanensibus liberi*, et Rhaetorum Fœderati *fuerunt? Ad quod vero Rhætorum Foedus ex Tribus illis pertinuerunt? Aut, num Voltureni quartum Foedus, quod nemo vel per somnium unquam audivit, constituerunt? Quos in Rhætorum Comitiis habuerunt Legatos, & Assessores? Quos Rhætorum Provinciis*, Clavennensi, Pluriensi, Majævillensi, *miserunt*

**) De occasione editi scripti Vid. Sprech. Hist. mot. pag. 253 254. Ipsum hoc Schediasma gallico Sermone donatum visitur in Trailatu *la Valteline* a pag. 176 --- 208.

runt Officiales? Num & ipsi, tanquam confoederati comprehensi Foederibus, quæ Rhæti cum Helvetiis, cum Galliarum Regibus, & aliis inierunt? Quando? Qua de causa? Quomodo hac libertate privati? Proferant! Proferant hac de re testimonium aliquod vel ex TSCHUDIO, vel ex STUMFFIO, vel ex MUNSTERO, vel ex SIMLERO, vel ex alio aliquo fide digno & probato Scriptore, qui de Rhætiæ nostræ rebus scripserit! Sed quid mirum, si Prædones, Perjuri, Perduëlles, Parricidae Mendacia ad scelera sua tegenda confingunt.

II. Dicunt: *Raetorum in Vallis Tellinae Homines Dominum fuisse jugum Tyrannium; quod ipsi Jure Divino, et Humano excusserint.*

Si Raetorum Dominium in Volturenos, Tyrannicum Jugum fuit, id aut ideo fuit, quia illud tyrannice adquisiverunt, aut quia Tyrannice administrarunt. *Non illud;* quia Vallis Tellina justissimis titulis, *Jure Donationis, Jure antiquissimae Possessionis, Cessionibus, Meritis*, a Rhaetis adquisita est. MASTINUS Vice-Comes Mediolani, Ecclesiae S. VIRGINIS MARIAE quae Curiae est, et ejusdem Episcopis Vallem Tellinam donavit Anno 1404. *) MAXIMILIANUS SFORTIA in Ducatum Mediolanensem, ope etiam Rhaetorum restitutus, prius ab illis occupatam, pro parte Stipendiorum libere illis cessit Anno 1513. FRANCISCUS I. Galliarum REX cum Helvetiis, et Rhaetis, perpetua pace inita, illam Rhaetis libere possidendam dimisit Anno 1516. **)

Exci-

*) Ipsas qui cognoscere Tabulas cupit, revolvet Hist. nostræ Lib. I. Cap. IX. pag. 176.

**) Addi poterat; etiam a Cæsare MAXIMILIANO, Donationem MASTINI Episcopo Curiensi fuisse confirmatam cuius Diplomatis Exemplum, utpote anecdoti, hic sistere, haud incongruum erit. Sic sonat:

MAXIMILIANUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR, SEMPER AUGUSTUS, AC GERMANIAE, HUNGARIAE, DALMATIAE ET REX, ARCHIDUX AUSTRIAE, DUX BURGUNDIÆ, LOTHARINGIÆ, LUXEMBURGIÆ ET GELDRIÆ; LANDGRAVIUS ALSATIÆ; PRINCEPS SUEVIÆ, PALATINUS IN HABSPURG, ET HANNONIÆ PRINCEPS, ET COMES BURGUNDIÆ, FLANDRIÆ, TIROLI, GORITIÆ, ARTESIÆ, HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, FERRETIS IN KIBURG, NAMURSI ET ZUTPHANIÆ, MARCHIO S. R. IMPERII, SUPER ANASUM, ET BURGUNDII, DOMINUS PHRISIÆ, MARCHIÆ, SCLAVONIÆ, MECHLINIÆ, PORTUS MAONIS ET SALINARUM ET AD PERPETUAM REI MEMORIAM. CUM IMPERATORIA MAJESTAS, *ea potissimum gratia in Romani Imperii*

perii

Excipiunt: *Dominum Vallis Vellinæ non ad tria Foedera, sed ad Episcopum Curiensem spectasse.*

Mendacem opportet esse memorem. Si dominium Vallis Tellinae ad Episcopum Curiensem spectavit, quomodo ipsi liberi fuerunt? Donavit quidem Mastinus Episcopo, et Ecclesiae Curiensi Vallem Tellinam, sed illam possidendam non tradidit. Post centum demum, et

perii culmine constituta sit, ut circumquaque aciem considerationis suæ dirigens, quos promereri digne animadverterit, singularibus gratiis, ac libertatum prærogativis, præ cæteris extollat, in eo tamen omnium maxime debet intendere, ut priscorum Romanorum cæptam Religionem, & dein successive ab Imperatoribus & Regibus Christianis ad verum Dei cultum redactam, & postremo a Germanis, in quos Imperium translatum est, ad hanc reverentiam, quæ undique per amplitudinem ipsius Imperii celebratur, perductam non solum conservet, & manuteneat, sed etiam indies majoribus augeat incrementis. Hinc Nos Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes ad ea inprimis, quæ Statum felicem, & quietem conservationemque Jurium & Libertatum ac Gratiarum Personarum Ecclesiasticarum & Religiosarum concernunt, cura intendimus diligentiori. Cum itaque venerabilis PAULUS Episcopus Curiensis, Princeps & Consiliarius noster Devotus Dilectusque, Nobis supplicari fecerit, ut Donationes, Concessiones, Immunitates, Jura, Litteras & Privilegia Ejus Prædecessoribus, & Ecclesiæ Suæ Curiensi concessas ac elargita, quæ & quas a Divæ memoriæ Antecessoribus Nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Ducibus Mediolani, super Castello, Oppido, & Valle Comitatus Clavennæ, jurium, & pertinentiarum suarum obtinuisse noscuntur, videlicet: Privilegium, seu litteras Donationis Othonis Imperatoris, *datas Papiæ, Nonis Dec. Anno Dnicæ Incarn.* 995. Item literas CONRADI Imp. confirmationis, *datas in Meselendorum*, 13. *Cal. Octobr. Anno Dom.* 1030. Alias etiam Ejusdem, concessionis Imperatoris Conradi, *datas Beneventi* 5. *Cal. Iunii, An. Dom.* 1038. Ejusdem etiam, Donationis *datas Novantulo, An. Dom.* 1039. Privilegium item Confirmationis CAROLI Regis, *Datum Dresden 6. Kal. Ianuarii.* Præterea Litteras Donationis MASTINI VICECOMITIS Mediolani, *datas Curiæ, penultima Maii, An.* 1404. *approbare, innovare, & confirmare gratiosius dignaremur. Nos itaque considerantes præfati PAULI Episcopi Curiensis præclaras virtutes, & tam ejus, quam fratris sui* NICOLAI ZIEGLERI, *Consiliarii & supremi Secretarii nostri maximam fidem, & ingentia obsequia & merita, quibus Nobis, & sacro Romano Imperio hactenus obnoxii fuerunt, & Nobis servitia sua indefesse & impigre præstiterunt, & continue præstant, præfatas universas & singulas litteras, & Privilegia*, Donationes Concessiones, Immunitates, Gratias, & Jura a *præfatis* Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Prædecessoribus Nostris, & præfato MASTINO Vice-Comite Mediolani, *rite & legitime concessas, traditas, & donatas ac concessa, tradita, & donata, in omnibus suis* Punctis, Clausulis, tenoribus, Articulis, Sententiis, & Verborum expressionibus, sicuti in dictis litteris, & Privilegiis latius continetur; *Quæ omnia & singula, & quodlibet ipsorum pro expressis haberi volumus & intendimus*

et plures annos Raeti illam occuparunt, Sfortia, & Franciae Rex perpetuo possidendam illis, non Episcopo cesserunt. Habuit quidem Episcopus propter donationis illum titulum in illa aliquid juris; competebat enim ipsi quarti cujusque Vallis Tellinae Gubernatoris electio: sed jus suum Foederibus libere renunciavit. Quum enim Anno 1530. Tria Rhaetiae Foedera, graves expensas cum internecione multorum fortium virorum in bello Clavennensi et Dubinensi Anno 1525. passa fuissent: Episcopus vero nec militem nec commeatum, aut quidquam de suo con tribuisset, ad certa pacta, quae sub sigillo JOHANNIS EBLI, Landammanni apud Glaronenses, descripta sunt *), deventum fuit, ut nempe Episcopus libere renunciaret: illi vicissim certam pecuniae summam, nempe quolibet anno mille libras imperiales illi darent; quas ab illo tempore singulis bienniis, ex telonio Clavennensi numerarunt.

Si Rhaetii dominum tyrannice administrarunt, tum id aut in rebus ad *Religionem* pertinentibus, aut in politicis est factum. Non in rebus ad Religionem pertinentibus. Nam licet major Rhaetorum pars Reformatam Religionem profiteatur, semper tamen illis mansit libera Religionis catholico - Romanae professio, et usus, concessa omnium, quae ad integram illius Religionis administrationem pertinent, plena facultate. Non abacti sacerdotes, monachi et moniales; non diruta mona-

dimus, ac si de Verbo ad Verbum hic inserta forent; approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, & tenore Præsentium approbamus, ratificamus, & confirmamus, & in quantum opus est, de novo concedimus & donamus gratiose, supplentes omnes & singulos defectus; si qui in Prædictis quomodolibet intervenirent, vel intervenire possent, Nostris tamen & imperii Sacri Juribus, & Superioritatibus in iis semper salvis. Nulli ergo omnino Nominum liceat hanc nostræ Confirmationis, Ratificationis, Approbationis, & Concessionis Paginam infringere, aut ei quovis Ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, Indignationem nostram gravissimam ac poenam 50. Marcarum Auri puri, medietatem Fisco nostro, Reliquam vero Partem Injuriam Passorum usibus applicandam; quoties contrafecerit, se noverit irremissibiliter incursurum. Harum testimonio litterarum Sigilli nostri appensione munitarum, Datar. in Civitate nostra Imperiali Augusta, die 16 Mensis Octobris Anno Domini 1516. Regnorum nostrorum Romani 31. Hungariæ vero 27.

(L. S.)

*) Tabulas illas gallico Sermone donatas exhibet Editor Collectionis tit. *la Valteline* Ao. 1631. editi a pag. 15. ad 23.

monasteria; non spoliata templa; non confractae imagines; non prohibitae conciones, ceremoniae, scholae; non abalienatae opes Ecclesiasticae: nullum illis unquam propter Religionem neque in corporalibus, neque in fortunis damnum illatum.

At inquiunt: *Templa et coemiteria prophanata: Catholici coacti Calvinistis nova Templa exstruere: reditus Ecclesiastici sacerdotibus ablati, Ministris traditi sunt.*

Quum propter Religionis dissidia multum humani cruoris passim in orbe funderetur, visum fuit majoribus nostris, quorum majorpars catholico-Romanam adhuc profitebatur religionem, ne propter Religionis negotium discordes facti, libertate ab hostibus privarentur, perpetuam legem, de libertate Religionis sancire, *ut utriusque, et Evangelicæ, et Catholicæ Romanæ libera esset professio et exercitium apud omnes suæ ditionis populos, tam liberos, quam Subjectos.* Vi hujus legis, Majores degenerum istorum Hominum, sine ulla tergiversatione, Evangelicis si qui erant, vel templum aliquod tradiderunt, vel novum publicis sumtibus exstruxerunt: 40. vel 50. coronatos, pro ratione loci et personarum, ex reditibus Ecclesiasticis ad alendum Evangelii Ministrum solverunt. Quae hic Justitia? Quae Tyrannis? Annon Evangelici, et ipsi sunt Cives, et Communitatum Membra? Annon subditi patienter hanc legem ferre debent, quam liberae Communitates sibi etiam impositam voluerunt. Si hae Tyrannicae sunt, Tyranni Galliarum Reges, Tyranni Imperatores, Tyranni multi Principes et Magistratus in Germania, qui eandem libertatem subditis suis concesserunt.

Dicunt præterea: *Rhætos multa promulgasse Decreta in Catholicæ Religionis detrimentum, nempe contra usum Ecclesiasticæ Jurisdictionis Episcopi Comensis, contra promulgationem Indulgentiarum, Iubilaeorum, de arcendis Jesuitis, et Monachis exteris &c.*

Haec Decreta nova non sunt, sed jam olim a majoribus nostris, quorum tum major Pars Catholico-Romanam profitebatur Religionem, non in Religionis illius detrimentum, sed in Reipublicae emolumentum exemplo aliorum Principum ejusdem Religionis, ne videl. Ordo Politicus turbaretur, condita et promulgata. Etenim quam saepe exteri Monachi, Praedicatores Poenitentiarii, Promulgatores Indulgentia-

rum et Jubilæorum, Motibus, Seditionibus, Machinationibus, et insidiis intestinis ansam causamve præbuerint, nemo non novit. Quid? quod Episcopus Comensis Jurisdictionem Ecclesiasticam inde a tempore Reformationis nunquam exercuit, aut usurpavit.

Dicunt: *Rhætos Ministris Calvinistis concessisse seminaria et collegia erigere ad religionis catholicæ exstirpationem.*

Proceres Rhaetiae nostrae, ex voluntate Communitatum, et multorum bonorum instantia, ne pueros tenere aetatis, ad exterorum scholas mittere oporteret, decreverunt Collegium Sondrii erigere; sed in quo tam catholico-Romanorum filii quam Evangelicorum in humanioribus litteris instituerentur; et jam Ludimagistri et Professores non solum Evangelici, sed etiam catholico-Romani designati erant. Suntne hæc Tyrannica decreta? Si Rhaeti prohibuissent Papistis scholas aperire, si illos coegissent filios ad Evangelicorum scholas mittere, si interdixissent filios ad Jesuitarum scholas amandare, quod HENRICUS IV. Veneti, et alii Principes fecerunt, aliquid isthoc haberet coloris. Sed quum nihil tale ab illis factum, nullam prorsus causam habuerunt, de clementissimis suis dominis hac in re conquerendi, nedum tam detestanda rebellione contra illos insurgendi.

Dicunt: *Multos catholicorum, a Rhaetis propter Religionem crudeliter fortunis et dignitatibus exutos, in carceres detrusos, in exilium actos, ultimo supplicio affectos.*

Quis ad tam horrenda mendacia non exhorrescat? Attendite o Reges et Principes! Ostendant profligatissimi isti Homines, vel saltem unum aliquem e Volturenis, qui ob Religionem, ob Religiooem dicimus, a Rhaetia Magistratibus fuerit occisus. Nam illorum, qui vel ob seditiones et proditiones, vel ob alia maleficia teterrima supplicio affecti sunt, alia est ratio, et cedent Rhaeti jure suo, manusque dabunt.

Quos vero nominabunt obsecro. Primo producunt BLASIUM PIATTUM. Sed is a Venetis ob teterrima maleficia proscriptus, Tosani propter Homicidia, Rebellionem, et Perduellionem capite plexus, poenas meritas luit. Secundo nominant NICOLAUM RUSCAM Archipresbyterum Sondriensem, qui Tosani, A. 1618. a Rhaetorum Iudicio tor-

torturae subjectus interiit. Verum enim vero Rusca nequaquam haec passus est propter Religionem, sed propter *Maleficia. Is enim Autor fuit* MICHAELI CIAPPINO, *& ipsius sociis, ut* SCIPIONEM CALANDRINUM *Ecclesiæ Sondriensis Ministrum interficerent, vel si fieri posset, Mediolanum ut Romam abducerent.* Id quod ipse CIAPPINUS et tres Nautae ejusdem sceleris conscii, qui omnes ultimo supplicio affecti sunt, in tormentis et extra tormenta sunt confessi. Is tempore, quo Fontanus Comes Mediolani Gubernator propugnaculum in Rhaetorum finibus construi curavit, Morbenium, non procul ab Arce illa situm oppidum profectus, populum clam in confessione auriculari, et alias dehortatus est, ne Rhaetis Dominis suis, adversus Regem Catholicum militaret. Is multis Dominorum Decretis refractarie se opposuit, ea abolere tentavit, violavit. Is cum Rhaetiae Proditoribus et Hostibus externis, in primis cum JULIO della TORRE, qui praecipuus detestandae illius Lanienae suasor et incentor fuit, ut ex litteris JOHANNIS MARIÆ PARAVICINI ad ipsum, peracta Laniena, datis patet, occulta agitavit consilia. Is istorum Perduellium et Parricidarum Oraculum fuit. Haec non ficta, sed vera et certissima esse constat ex Processibus Dom. HARTMANNI de HARTMANNIS Vallis Tellinae Gubernatoris Ao. 1594. Dom. JOHANNIS CORNII, ejusdem Vallis Gubernatoris A. 1608. JUDICII CURIENSIS Ao. 1609. JUDICII TOSANENSIS A. 1618. Et litteris ad ipsum exaratis a *Paullo de Saulmona* Ao. 1608. die 6. Nov. a PHILIPPO Episcopo Comensi Ao. 1610. d. 15. Martii, *a Francesco* Provinciali Mediolani Ao. 1611. d. 12. Jan., et aliis. Eant nunc isti, et dicant, RUSCAM propter Religionem supplicio affectum. Eant et dicant, ipsum sanctissimum esse Martyrem. *Non poena sed causa facit Martyrem*, inquit Beatissimus CYPRIANUS. Sane si viris bonis mortem intentare, si in viros pios sicarios inmittere, si Rebellio, Proditio, Perduellio, Christi Martyrum opera sunt, si propter ea maleficia supplicio affici verum est martyrium, Rusca insignis profecto est Martyr. Undn clare satis patet, Rhaetos Dominium in rebus ad Religionem pertinentibus tyrannice non administrasse.

Sed neque in POLITICIS RHÆTI TYRANNIDEM UNQUAM EXERCUERUNT. Privilegia, immunitates, Leges, jura ipsorum semper firma, farta, tecta, manserunt. Arces nullae exstructae more tyrannorum; Vectigalia nulla insolita imposita; non direptae aedes, non violatae honestae feminae, non trucidatae innocentes. Absit, Absit a populis nostris tanta immanitas!

Hoc interim non diffitendum, in jure dicendo non leviter fuiſſe peccatum. Avaritia enim jam pridem etiam in Rhaetia noſtra, Proh dolor! hominum animos occupavit, ut ex Reipublicae adminiſtratione foedum lucrum et nundinationes exerceant. Sed manifeſtum eſt omnibus, maximam hujus mali culpam in iſtis ipſis Rebellium Coryphaeis, qui clementiſſimos ſuos Dominos tyrannidis reos peragere non erubeſcunt, haerere. Illi, quibus voluerunt, pecunias ſuppeditarunt ad ambiendas in Communitatibus per enormes prehenſationes ſubditorum Praeturas. Illi a Praetoribus ſubordinatos Magiſtratus apud ſubditos ingenti pretio mercati ſunt. Illi Praetorum bonitate, quorum multi neque linguam, neque mores, neque jura gentis perſpecta habuerunt, abuſi pro arbitrio, et libidine dominati ſunt, Praetoribus nihil praeter inane nomen relinquentes. Illi auro omnia venalia habuerunt. Illi nefarios homines accepto pretio liberos dimiſerunt, innocentes oppreſſerunt. Illi in factiones ſciſſi ſententias, quae in rem judicatam abierant, ſub incudem revocarunt. ſe invicem lacerarunt. Illi miſeram plebem exactionibus, Religionis plerumque praetextu extortis, gravarunt. Illi Syndicatores, Commiſſarios, ad ſe miſſos Legatos, in Comitiis Communitates ipſas muneribus corruperunt. Illi, Illi jura omnia, ſacra et profana, omnia pro libidine violarunt. Illi denique, dum malis iſtis Remedia neceſſaria quaerebantur, profuſis largitionibus, et falſis perſuaſionibus Communitates ſubverterunt. Teſtes hujus rei totius Rhaetiae Catholico - Romani; teſtes ſubditi omnes; teſtes Galliarum Regis Oratores, qui apud nos vixerunt. Huic rei fidem faciunt ingentes ipſorum brevi temporis ſpatio corraſae divitiae.

Sane, ſi miſera plebs, quae ab iſtis Harpyis iniquiſſime divexata fuit, ſimul et contra illos et contra Rhaetorum Officiales aliquid moviſſet, non nihil haberet excuſationis. Sed quod illi ipſi, qui iſtorum malorum Architecti fuerunt, qui foedas iſtas nundinationes exercuerunt, qui plebem ad inexplebilem avaritiam ſuam ſatiandam variis fraudibus expilarunt, qui quo minus malis iſtis Remedia adhiberentur, impediverunt, quod illi ipſi, in quem rebellarunt, et quod ad excuſandam deteſtandam hanc Rebellionem hoc in medium afferunt, malitia et audacia et plane Diabolica.

Dicant Reges et Principes, num ferendus eſſet Homo, qui ſic argumentaretur: *Quidam Provinciarum Regni Francici Præfecti foedas exer-*

exercuerunt nundinationes. Ergo Rex est Tyrannus! Ergo licet subditis contra ipsum insurgere, ipsum & omnes, qui ipsius sunt Religionis trucidare, Regnum in Britanniæ Regis manus consignare! Is merito exquisitissimis cruciatibus e rerum natura tolleretur. Pari modo, non sunt ferendi isti Perduelles, Parricidae, qui sic argumentantur: Quidam Rhaetorum Officiales in Volturena foedas nundinationes exercuerunt. Ergo Rhaeti sunt Tyranni. Ergo recte fecimus, quod rebellavimus, omnes Evangelicos trucidavimus, Vallem Tellinam in Hispaniarum Regis manus consignavimus.

Caeteterum si Voltureni a Rhaetis tam inclementer habiti, si illorum jugum tam grave, tam intolerabile fuit, cur non primo tantam Tyrannidam, more aliorum populorum deprecati sunt. Ubi Legati ad communitates missi? Ubi supplices libelli? Num hac de re conquesti sunt vel apud Helvetios, vel apud Galliarum Regem, vel apud illorum Legatos? Nonne hoc prius tentare oportuit, quam ad extrema, et quam detestanda consilia devenire.

Praeterea si Rhaeticales, et tanti Tyranni, cur isti Rebelles, et Parricidae non in illos, cur in concives suos, qui eadem premebantur Tyrannide, insurrexerunt? Cur tot nobiles Viros, tot honestas Matronas, et Virgines, tot aetate affectos senes, tot pueros? Cur propinquos, cognatos, fratres germanos? Cur aegrotos, mutos, infantes, cum Rhaetorum tyrannide plane nihil commune habentes, tam crudeliter trucidarunt, mactarunt, dilaniarunt?

III. Dicunt: *Rhætos Evangelicos contra Catholico-Romanos Volturenos Ilantii conjurasse, ut eos ad internecionem delerent: in hunc finem militem Hollandicum paratum habuisse, ac proinde se praevertere voluisse.*

Quae haec est mentiendi plusquam Diabolica audacia? quae Rabies? quis furor? Sed quid mirum? si perjuri, Praedones, Fures, Latrones, Perduelles, Proditores, Parricidae, ad tegenda horrenda sua maleficia, mendacia confingant ac eructent. Non sunt Evangelici a Satana ita dementati, ut credant, Religionem propagari debere truculenta vastatione, caedibus, Parricidiis, puerorum mactatione; sed potius sanctis adhortationibus, et castigatis morum exemplis. Quid Rhaeti eodem

eodem anno, armis occupata Valle Mesolcina, quae perfidorum Hominum instigatu rebellaverat, et arma contra Rhaetiam sumserat, egerunt? Nulli interfecti, nullae etiam imagines dejectae. Quid postea, post novam Mesolcinorum et aliorum Catholico-Romanorum superioris Foederis rebellionem *), post violatas communes Rhaetorum tabulas, post initum Hispanicum Foedus, quo communis confoederationis Rhaetorum vinculum solvebatur, post direptas Evangelicorum aedes, post carceres et caedes bonorum Virorum, post detectam detestandam contra Evangelicos conjurationem, post conflictum Tosanensem et Vallendasianum, post haec inquam omnia quum Evangelici divino adjuti auxilio, superiores evasissent, num aliquid in Catholico-Romanos inclementius statuerunt? Alii quidem ex offensionis gravitate sibi persuadentes, Rhaetos Evangelicos fore implacabiles, per montes, relictis aedibus diffugiebant. Sed benigne revocati sunt: Nulli occisi: omnes in gratiam recepti. Quis igitur credat, Evangelicos in Rhaetia contra Catholico-Romanos, contra subditos suae fidei commissos conspirasse? Sed quid verbis opus? Annon supra memoratus PIATTUS, qui Tosani capite plexus fuit, in tormentis et extra ea palam confessus est, detestanda haec *Rebellionis & lanienæ consilia* ab istis lanistis *jampridem agitata fuisse?* Annon JOHANNES MARIA Ardennensis, inter parricidas istos haud ultimus, peracta laniena, tanquam de Cimbris victis tropæa parta magnifice depraedicans, ad JULIUM della TORRE, quem ipse principalem hujus Lanienae promotorem vocat, scribit: *Hoc Consilium septendecim annos inter ipsos agitatum fuisse.* Quo modo ergo Evangelicorum conspiratio, quae A. 1620. d. 15. Iunii, contra Catholico-Romanos Ilantii facta dicitur, illius lanienae causa esse potuit? Et quis unquam in Rhaetia vidit militem Hollandicum? Praepotens ille JEHOVAH, Justissimus ille - - - - qui novit et odit omnes operantes iniquitatem inter Rhaetos et istos Rebelles judicabit. *Maledictus qui effuderit sanguinem innocentem, & universus Populos dicat: AMEN.*

IV. Dicunt, *se id* RELIGIONIS ZELO *motos fecisse.*

Hae nefariorum hominum artes sunt, detestanda scelera Religionis velo tegere specioso, RELIGIONIS emendicato praetextu, Regibus, Principibus, et populis imponere. Norunt enim vaferrimi isti Nebulones, Reli-


*) Memorantur heic quaedam, quae intra biennii post lanienam Volturenam spatium contigerunt.

Religionem potentissimum in animis hominum telum esse; ideo ex Sacro-Sancta Religionis Veste penulam detestandorum scelerum faciunt. Ah utinam ipsis haec penula detrahi possit! Id si fieret, non dubium, quin Reges et Principes, quin boni omnes, eos tanquam monstra horrenda fugerent, exsecrarentur. Nam non Religionis, non Pietatis, sed indomitarum carnis cupiditatum ardore accensi haec perpetrarunt; non spe Religionis Catholico-Romanae propagandae, sed commeritas scelerum poenas, quae ipsorum cervicibus a Rhaetis imminebant, effugiendi, ad detestanda haec scelera patranda inducti. Non Religionis, sed *Pecuniæ amor*, *Cupiditas Evangelicorum ædes diripiendi*, *possessiones ipsorum invadendi*, *aurum Hispanicum merendi*, ad perduellionem, ad lanienam istam eos instigavit. Non Religio, sed Ambitio; non Religionis Catholico-Romanae, sed perpetuum Dominium in Volturenos sibi vindicandi studium ac libido, illos ad ferinam istam immanitatem impulit. Non Religionis Zelus, non spiritus Dei, sed infernale astrum, infernales Furiae, Cacodaemones illos ad exsecrandam istam crudelitatem inflammarunt. Qualis Religio illa, quae hos fructus profert? Num Religio Catholico-Romana docet, contra clementissimum Principem, qui Religionis libertatem subditis concedit, rebellare, populum ad defectionem sollicitare, aedes bonorum virorum invadere, bona illorum diripere, innocentes homines, viros, feminas, vicinos, affines, cognatos, fratres, pueros, infantes, crudeliter trucidare, mactare, lacerare, ossa demortuorum effodere, flammis tradere, manus cruentas Magistratibus afferre? Vera Catholica Religio, quae in libro Dei nobis traditur, haec minime docet, minime probat. Vox Domini est Math. XXII. *Reddite Deo, quae Dei sunt, et Caesari, quae Caesaris sunt.* Qualis tunc ille Caesar? Ethnicus, impius. Non tamen dixit Dominus: *Rebellate, trucidate Cæsarem: Sed date Cæsari, quae Cæsaris sunt*, nempe obedientiam, fidelitatem, vectigalia. Vox Apostoli est Rom. XIII. *Quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit.* Quales tunc erant Potestates? Ethnicae, infideles, impiae. Non tamen dicit Apostolus: *Rebellate, trucidate: sed, ne resistite, subjecti estote; timete, tributa solvite.* Apostoli vox est 1. Petr. II. *Deum timete, Regem honorate.* Quales tunc temporis Reges, quales Magistratus? Ethnici, infideles, persecutores. Quid cum Petrus? *Subjecti estote, inquit, honorate!* Num obbedire, et rebellare, honorare et trucidare, idem est? Aut num Rhaeti, qui subditis suis Religionis libertatem concesserunt,

antiquis illis Christianorum persecutoribus deteriores? Num TIBERIO, NERONE, DOMITIANO, DIOCLETIANO, crudeliores? Qualis SAUL? Impius, truculentus, tyrannus, uno die morte affecit 85. Sacerdotes Domini, internecione deleri curavit omnes Inculas, Nobiles, Viros, Feminas, Pueros, Lactentes, atque etiam Pecudes; Davidem exuerat opibus, dignatiibus, uxore, patria, vitae indefesso studio insidias struebat. Quid fit? Is singulari Dei providentia solus in speluncam ingreditur, in qua David cum viris suis latebat. Milites Davidis ipsum incitant ad occidendum Saulem, in illum ipsi irruere volunt. Quid vero David, qui a SAMUELE ad Regem unctus? *Absit mihi*, inquit, *a JEHOVA, ut mittam manum meam in eum, qui unctus Domini est.* O quam dissimilis DAVID nostris Rebellibus, Parricidis, et Regicidis. Qualis Nabucodonosor? Idolatra, Violator templi, Religionis Eversor, Persecutor, qui Homines ferro et igne ad Idololatriam cogebat. Quid vero DANIEL, socii ejus, et alii Pii? Baruch Cap. I. *Orate pro vita Nabucodonosoris, et pro vita Balthasar filii ejus.*

Judicent nunc Reges et Principes, judicent omnes, quibus aliquid sanae mentis est, an perditis istis hominibus jure divino et humano licitum fuerit, adversus legitimos et naturales Dominos, qui nullam exercuerunt Tyrannidem, rebellare, concives, cognatos, cum uxoribus et liberis crudeliter trucidare, Magistratus suos immaniter mactare, Vallem Tellinam legitimis Dominis ereptam in Regis Hispaniarum manus tradere. Si sententiam pro Rebellibus et Parricidis, quod Absit! tulerint, provocamus ad JUSTUM ILLUM JUDICEM, qui Orbem judicaturus est. Is judicabit inter nos et illos. Is Religionis colore fucum sibi fieri non patietur. Is Mendacibus, Furibus, Perjuris, Rebellibus, Homicidis, Parricidis istis meritas irrogabit poenas.

Hactenus Responsio Rhaetorum ad causas Volturenorum.



CAP.

CAP. XV.

1620. menſ. Jul. et Aug.

Aliquot. Rhaeticar. Communit. ad recuperandam Vallem Tellinam expeditio, primo aſpectu felix, ſed optato ſucceſſu deſtituta, ob apparatus contrarios Ducis Feriae, et Auſtriacorum, in Vallem Monaſterienſem Rhaeticae ditionis irruptionem. Baro a Tieffenbach captus. Odioſa multa Miniſtris Evangelicis afficta.

Lanienam Evangelicorum Vallis Tellinae motus excepere bellici, quos ſigillatim enarrare non eſt Eccleſiaſticae Hiſtoriae; maxime cum eos ſtudioſe deſcripſerit FORT. SPRECHERUS volumine integro, quod in omnium manibus verſatur. Quum vero a belli fortuna toto illo belli geſti tempore fors Eccleſiae dependerit, cauſaque Religionis continuo rebus ſeculi fuerit Studio implicata, aliter non poſſumus, quam faciem Eccleſiae exponere volentes, ſimul bellicarum actionum, tractationum inde ſecutarum ſeriem ac memoriam, quantum inſtituti noſtri ratio poſtulat, perſequamur.

Prima poſt lanienam Rebellium cura fuit, amicitiam BURMIENSIUM ſibi conciliare, quod viderent, illis in fide Rhaetorum perſeverantibus, ſe nunquam fore tutos, quod Burmio in Vallem facilis ſit incurſus, ab ipſa vero Rhaetia BURMIUM altiſſimis montibus, ſuperatu difficillimis diſterminetur. Miſſi a ROBUSTELLO, qui jam Vallis Tellinae Gubernationem uſurpabat, Burmium duo Deputati, fratres Marcus Antonius et Jacobus VENOSTÆ Groſſublenſes, qui communibus Archipresbyteri CAMILLI FOLIANI, et aliquorum Nobilium, nominatim NICOLAI IMELDI, LUITPRANDI SERMUNDI, JOACHIMI IMELDI, & BALTH. CASOLARII, uſi conſiliis et opera Populum Raetis caetera omni tempore fidelem, ingentium promiſſorum Spe in Societatem Sceleris dicam an Foederis pertraxerunt. Promittebatur illis Regius favor

favor, ab omnibus belli dispendiis exemtio, communis libertas, et si bello quaepiam acquirere contingat, sua quota et rata, ut dicitur. Splendidis his objectis inductum Vulgus consensit, signatusque Tractatus in aede Cathedrali S. S GERVASII & POTRASII ad Altare magnum d. 24. Julii solenniter firmatus fuit; quemque non Robustellus modo, sed et Dux Feria Mediolani Gubernator adprobarunt a).

Hocevibus munimento praestructo, de conciliando sibi Exterorum Principum favore solliciti statim quaqua versum ad Cantones Helvetiae catholicos, ad Sabaudiae Ducem, ad Rom. Pontificem, ad Rectores quoque Venetos Bergomum nuncios mittunt, memoriali suo anteallato instructos, quin ad Italiae Principes litteras exarant, quibus de caede Lutheranorum, excussoque Rhaetorum jugo ut re belle gesta gloriantur. Romam ablegatus P. IGNATIUS Capucinus, habito prius Lugani cum Apostolico apud Helv. Nuntio LUDOVICO SAREGO Adriensi Episcopo colloquio ejusdem commendatitiis Stipatus d. 16 Aug. ad Sanctissimum, qui tunc erat PAULUS V. contendit, eum eo sequentibus JACOBO PARIBELLO, JOANNE ANTONIO PARAVICINO Archipresbytero Sondrii, ac Parocho Caspanensi et ipso PARAVICINO. Minus placebat Pontifici caedes perpetrata, metu nempe, ne ex eo initio Italia bello implicaretur, exardesceretque; illisque factum Zelo hereseos exstirpandae, firmandaeque Religionis Catholicae studio velantibus, violentiam objecit, dicendo: *cur, si res Religionis agebatur, non etiam sedi Apostolicae consilium aperuerint?* Ad quod reponebant: eam viam minus visam esse tutam, quod aliqui Cardinales Gallizantes aut Venetizantes proculdubio rem propalaturi fuissent. Demulcebant praeterea Pontificis animum petendo, nempe in speciem, procuraret Pontifex, ut *Vallis Tellinae Episcopi Curiensis dominio subiiciatur, restituaturve* b) Paullum secutus Pontifex GREGORIUS XV. iisdem de causis motus modo memoratum Paravicinum Archio-Sondriensem ob scriptum adversum Raetorum Dominium injuriose concinnatum Ao. 1622. m. Aug. in vincula coniici curavit. c) Ad Ducem Sabaudiae CAROLUM EMANUELEM missus fuit JO. ABUNDIUS VENOSTA, qui illius Principis favore olim Eporediae in Dominio Pedemontano praefecturam gesserat; sed Princeps eum admittere, aut audire noluit, probe gnarus eorum, quae Valtelini molirentur. Rectores Bergomi, ut ea ANDREAS PARUTA Praetor Brixiae,

a) Quadr. Tom. II. pag. 167. 168. ex Alberti Antich. Borm. Sprech. pag. 130.
b) Sprech. pag. 152. 153. c) Quadr. Tom. III. pag. 287.

xiae, nuncios indignanter exceptos, non aliis quam propensi in Raetos animi indiciis dimiserunt. At tanto magis Valtelinis addictus Dux FERIA Mediolani Gubernator illis et consilio et promta ope aderat, atque rebellium coryphaeis ROBUSTELLO, JO. MARIA PARAVICINO, JO. GUICCIARDO aliisque Dalebii in Monasterio Aquae frigidae haerentibus nervum belli subministrabat, cujus ope illi milites, arma, commeatum caeteraque ad bellum necessaria parabant; ipse enim Gub. Auctor commissorum, nolebat credi, nec sub regiis insignibus rebellibus succurrebat, credens, ea arte aemulorum Austriacae Potentiae invidiam evitare, licet interea arcem Fuentanam praesidio muniri, Ripam lacus Clavennae occupari curaret. Rebelles ejus patrocinio nixi cum conductis militibus, indigenisque ad arcendam externam vim itinera omnia, per quae in Vallem datur ingressus, occupata tenebant. Senatus Venetus intelligens lanienam Valtelinensem multorum suae ditionis ope fuisse patratam, eos omnes gravi interminata poena revocavit. Hinc imminuto eam ob causam rebellium numero MARTINUS MANFREDOTUS Parochus Tirani deposita Veste Sacerdotali militem agebat, paganosque ex vineis ad excubias agendas colligebat. Baptista quoque NOVALLIA Presbyter Cosii jam etiam miles erat. d) Ad peremtorum Evangelicorum aedes diripiendas catervas sicariorum ducebat clericus quidam RIPA, Alphonsi Ripae de sorico filius e) ex quibus Zelum istorum Sacerdotum aestimare licet.

Raeticus Senatus facile gnarus, quorum ope nixi Valtelini agerent, antequam quidquam armis agendum decerneret Austriacorum, ac Ducis Mediol. a quorum duorum ditionibus Raetia paene tota cingitur, animum percipere necessarium judicans, GREGORIUM MEYERUM Consulem Curiensem ad Casparum Comitem ALTOAMISIANUM Comitatus Velcuriani Praefectum mittunt; qui bona reportavit verba, *Austriacos Foedus haereditarium servare cupere* f). Dux Feria respondit: *Se Rebellionis ac lanienae participem non esse. De reliquo ipsos scire Raetos, quam cum Ducatu Mediol. amicitiam coluerint. Interea se bonam vicinitatem non respuere, sed declarare, ad inserviendum Ecclesiae Apostolicae Romanae se ipso quoque Sanguine teneri.* g) Tunc ad Regem Christianiss. et ad IV. Helvetiae civitates Evangelicas, ad Glaronenses, item ac Valesianos litterae exaratae, quibus post notitiam Rebellionis, caedisque

d) Sprech. p. 148. e) Id. p. 133. f) ib. p. 133. g) ej. p. 235. 148.

disque promta auxilia flagitabantur. h) Ab ANDREA PARUTA venetorum Bergomi Provisore FORT. SPRECHERUS t. t. Claoennae Commissarius, ut Raetos Helvetiosque Venetis militantes dimittat petiit. Ast nec responsum rediit i). Ipsa Resp. Veneta nec militem nec auxilia misit, sollicite nempe cavens, Hispani iras provocare: omnis Venetorum erga Raetos opera amicitiae testificationibus absolvebatur k). Sic ut de illis vulgus hoc uteretur proverbio: *Catus amat piscem, sed non vult tangere flumen.* Helvetiae Civitates aequo tardiores erant, nimium deliberando consumentes. A Galliarum Rege, utpote longe dissito, promtum sperare auxilium nec fas erat; maxime quod fama dimanaret STEPHANUM GUEFFERIUM Gallicum legatum cum ALPHONSO CASATO legato Hispano in persona, et cum Helvetiis catholicis per internuncios tractasse, *ut Helvetiis Evangelicis Raetis in auxilium profecturis transitus occludatur*; quod postea ut suo referretur loco patuit. In ea erat ille opinione, quam etiam Capitaneo RODOLPHO à SCHAUENSTEIN Magnatum Raeticorum uni illis diebus in thermis Fabarianis commoranti aperuit, nempe *si sua Raeti sequantur consilia, rem sine ulteriore Sanguinis effusione componi posse* l). Blandiebatur igitur Hispanicis Ministris, sperans rebus in extrema adductis, fore ut ab utraque parte Arbiter deligatur. In quo vero falsus fuit. Ita Raetia ante discrimen tot amicis glorians, nunc omnis consilii inops relinquebatur.

Raeticis Communitatibus plerisque nec deerat animus Vallem Telinam ingrediendi, nec fiducia rebelles subjugandi: sed consilium ab obstaculis multis impediebatur. Ad inferioris Oengadinae ac Monasteriae Vallis limites cum Austriaci militis exercitu excubabat RODOL. PLANTA ad omnem in Raetiam irrumpendi occasionem intentus. In Guttenbergam arcem, quae infra S. LUCII clivum est, inducebantur Praesidiarii: in Drusianae Vallis vicis, Raetigoviam cingentibus passim miles collocabatur. Ex quibus, quae Austriaci in Raetos designarent, facile conjectu erat. Catholicae in Raetia communitates de caede Evangelicorum in Valle Telina in sinu gaudebant; tantumque abest, ut de armis pro rebellium subjugatione cogitarent, ut potius, Proscriptis Hispanizantibus faventes, arma capientibus quovis modo obniterentur. Omnibus his non absterriti Raeticorum Populorum plerique, fere omnes Evangelici sublatis vexillis, ad reducendam sub suam potestatem Vallem, diebus 23. et 25. Julii Clavennam versus ingrediuntur. Erant, ut singulos

h) Sprech. p. 125. i) it. p. 132. k) ib. 133. 141. 146. l) vid. omn. p. 147.

gulos enumerem, *Sexamnini*, *Vallis - Rhenani*, *Foveani*, *Thuscienses*, *Montani*, *Fürstenoviani*, *Ortensteiniani*, *Curienses*, *Rhaetienses*, *Alto - Triniani*, *Flemiani*, *Supra - Saxenses*, *Praegalli*, supra ac infra Portani, *Aceriani*, *Alvonoviani*, *Corvantii*, *Davosiani*, *Coenobiani*, *Castrenses*, denique *Scanaviciani*: Omnes numerum fere *bismillium* conficiebant. Consilium bellicum Clavennae d. 28 Juli habetur. Provisores rei bellicae constituti. JACOBUS SCHMIDIUS a Grüneck Ilantinus, et FORT. SPRECHERUS tunc Clavennae Commissarius. Edictum italico simul ac germanico idiomate proclamatur: *ne quis sub poena capitis Templa spoliare, aut personas Ecclesiasticas offendere ausit; atque ut arma non nisi contra resistentes ac Hostes adhibeantur.*

Dum populi ad Vallem Telinam recuperandam Clavennam convolant, RODOLPHUS PLANTA, cum exercitu Austriaco, cui STEIGERUS & BALDIRONUS Duces erant die 26. Julii in Vallem Monasteriensem facile penetrat; saepius enim repetitis de Foedere haereditario observando, pace ac bona vicina cum Raetis colenda contestationibus, Oengadinos ac Monasterienses limitibus suis invigilantes, Austriaci propemodum consopiverant, ut Raeti negligentius excubias agerent. Advenientibus Austriacis aditum aperuere incolae vici *Monasterii*, a coenobio virginum Monialium ibi loci considente nuncupati, religione Catholici, rem strenue promovente loci Parocho ANDREA LANFRANCO patria Pesclaviense. Procedenti Exercitui incolae, Oengadinis inferioribus mixti ad pagum SYLVA obviam eunt; ubi in prato confligitur. Sed confusa multitudo veterano impar militi, mox loco cessit. Dilabentes reducere, et ordine restituto ad prelium renovandum compellere tentavit BLASIUS ALEXANDER; sed frustra, omnibus fuga salutem quaerentibus. Tunc miles Austriacus omnia primo praedari: post metrocomiam a fano sancta Maria nuncupato, oppidum amplam frequensque, sylvam, ac Val - cavam vicos igne devastat: septem quoque aetate decrepitos, qui fuga sibi consulere non potuerant, interficit *). Incolis, qui Plantano nomen addixe-

*) Lavizzarius Mem. Hist. pag. 173. Eumque gradatim sequens Quadrius Tom. II. pag. 183. addunt: *Ministrum Monasteriensem, quem nominare nesciunt vel nolunt ne in hostium incideret manus, violentas sibimet manus intulisse;* calumnia nunquam excusanda. Evangelicus enim tunc temporis in Valle Monasteriensi Minister JOSEPHUS DORTA patria Scoliensis et Colloquii inferioris Oengadinae Praeses, RODOLPHO PLANTÆ utique infensus, quique in ejus detrimentum Auditores suos sub Vexillo ad Oengadinos infratasnanos Anno 1618. m. Julio deduxerat, (quem ad modum supr. pag. 260. ex Sprechero Hist. Mot. pag. 51. ubi typorum errore *Porta pro Dorta* expressum legitur, jam annotavimus) una cum ceteris incolis fuga

addixerant, admodum paucis, in Patria degere permiſſum. Reliqui vero ad *mille quadringenta & octoginta* capita aſcendentes. Solo patrio relicto primo in Oengadinam proximam feceſſerunt, deinde per Rhaetiam ac Helvetiam Evangelicam palarunt, Tiguri cumprimis aliquamdiu beni multi ſuſtentati ſunt. Poſt dies aliquot, incolae, qui in Valle remanſerant, iisdem legibus, quibus Tirolenſes Caeſari homagium praeſtare juſſi ſunt. Ex Valle Monaſt. RODOLPHUS litteris ad Oengadinos perſcriptis, ſuo ac ſociorum a Tribunalibus Thuſanenſi ac Davoſiano proſcriptorum nomine liberum tranſitum ac *Neutrale* petebat *Judicicium.* Rhaeticus Senatus legatis ac Baldironum ac Plantam miſſis de violato Foedere haereditario, invaſioneque bello non indicto conqueſtus eſt, quibus ille reſpondit: *Aliud ſe non velle, quam ut Plantæ, ſociisque ejus jus adminiſtretur!* Nempe eo res deducta erat, ut Rhaetis vel invitis tranſitum ex Tiroli per Vallem Monaſterium Burmium indeque in Ducatum Mediolanenſem teneret, nihilque aliud deerat, quam ut pro tanto beneficio RODOLPHO PLANTÆ Sociisque ejus concederetur, in adverſarios ejus pro lubitu vindictam exercere.

Cohortium Rhaeticarum, quarum ante meminimus, alique per Vallem *Malenchi*; aliae per fauces *Peſclavienſes*; rurſus aliae per viam *ſecus lacum Clavennae* diverſis itineribus iter ingreſſae, fugatis, qui anguſtias itinerum tenebant, Rebellium praeſidiis in Vallem Telinam feliciter penetrant, Tiranum, ac Sondrium oppida, incolis pene vacua intrant. Sondrii, foemellae quaedam, quae mortis metu Evangelicae confeſſioni renunciaverant, abjectis Roſariis, ac conculcatis imagunculis, illis ad devotionis exercitium dono datis, Rhaetos, quos effuſi ſanguinis ſuorum vindices credebant, laetis plauſibus excipiebant. Sed falſo. Nihil enim minus quam crudelitatis poenas ſumere, Rhaetis propoſitum erat, ſupplicibus omnibus venia dabatur: unum fidelitatis Juramentum, ſalva Religionis libertate exigebatur. Rhaeticarum cohortium manus tercentis millitibus conſtans, quae viam ſecus lacum ingredi deſtinaverat, intelligens, eam ab hoſtibus dirutam eſſe, nocte crepidinem montis

fuga dilapſus in Oengadinam ſalvus pervenit et multos adhuc annos ſuperſtes, in aedibus ſuis ſcolii placida morte diem obiit ſupremum. Sed Lavizzarium in inſectanda Miniſtrorum morte maligne calamum acuere, alio loco luculentius docebo. Nunc lectorem tantum amando ad ANTONII WALISNIERI *oppere Fiſico-Medichc* Tom. I. pag. 351. Edit. Venet. Ao. 1733. Exemplum recentis memoriae occurrit?

montis superans, hostes ad Saxum Corberii incautos ipso diluculo oppressit, fugavit; ex quibus capti duo ultrò fatebantur: *Se Mediolani sub Comitis JOANNIS SERBELLONI legione, nomen dedisse militiæ ad exstirpandos e Valle Telina totaque Rætia Evangelicos.* Profuisset, nec difficile tunc Rætis fuisset etiam Morbenium occupare, quod in eo loco apprime muniti, copias auxiliares, quæ Mediolano Rebellibus submittebantur depellere potuissent. Sed tempus negligentes, mox ab adventante equitatu hostium, post velitationem non levem inde dejecti ac repulsi sunt; ut Trahonam, se contulerint, & cæteris copiarum Raeticarum cohortibus, quæ ibi loci castra habebant, se conjunxerint. TRAHONÆ in aedibus THOMÆ PARAVICINI hominis Evangelici in laniena occisi, ubi hospitium præteritis diebus sumserat Doctor ANTONIUS MARIA PARAVICINUS Rebellium Primipilus, multae litterae, multarum apographa inventa fuere, quae festinanter discedens reliquerat. Inter eas una erat ad JULIUM DE LA TORRE Præpositum Scalae Mediolani *), parata in qua gloriabatur *consilium*

 illud

*) Cum exemplum italicum praesto ad manus non sit, eas exhibeo germanice loquentes, uti conversae Communitatibus transmissae sunt. *Hochwürdiger, Hochgeborner Herr. Es hat endlich die grose und wunderbare Hand und Hülff Gottes das heilsame Werk und Tractat, so Ew. Hochwürden, und Wir seit 17 Jahren, mit unablæsslichen Handlungen zu vollbringen practicirt, zu einem erwünschten End gebracht: Mag dieses billich ein Werk Gottes namsen; ein heiliges und ehrliches Werk; dann obgleich dieses unser Vornehmen 8 Tag zuvor, und ehe Wir unsere Anschläge gehabt, in das Werk und Vollzug gebracht, ist es doch ohne das auf unserem Ort kein einzig Tropfen Bluts vergossen, so leicht und glücklich ist es abgangen, durch Gottes Gnad und Barmherzigkeit. Ich berichte Euch diesmalen; nicht allenklichen wie es mit uns ein Beschaffenheit habe, dann von meinem Sohn, so zu Euch hinab kommt, wird der Herr alles verstohn. Das wenig Pündtnervolk, so auf Malenc gezogen, ist endlich nach langem über den Berg Malenc passirt. Aber wie sie sachend, dass das Kriegsvolk von Sonders dem Berg zuruckind, und Ihnen begegnen wollten, sind sie (die Pündtner) widerum abgezogen, und allerdingen gewichen; haben das Werk allerdingen aufgeben. Was nun die Ketzer betrifft, so sind deren gar wenig übrig geblieben. Etliche bekennen sich, und andere sind zu Cleven, und glaube für gewiss dass dieselbigen sich auch zum Glauben werden bekennen. Zu Sonders schonet man auch denen, so von ihrem Glauben zu den unsrigen sich begebend nicht. Aber ich nehme sie zu Gnaden auff, doch mit dem ausdrucklichen Beding, dass sie aus dem Land weichen, und sich gen Mayland begeben, bis dass wir vergwüssert werden ihrer Bekehrung. Es dunkt mich ein Traum zu seyn, diese Welt also in kurzem bekehrt zu sehen. Mich*

illud quod ante septendecim annos, (tempore exstructionis Arcis Fuentanae) *tractaverunt nunc, tandem feliciter exsecutioni mandatum esse. Sanctum consilium nuncupans et honoratam actionem, cui Deus ita benedixerit, ut nulli Catholici mortui, haeretici omnes aut occisi aut conversi sint. Nunc sibi videri S. LACTANTII tempora rediisse, quibus Gentes convertebantur.* Ibidem Exemplum repertum est scripti hujus tituli: *CONSILIUM MINISTRORUM RHAETO - VENETORUM, ILANTII ANNO MDCXX. die XV. IUNII HABITUM*, in quo Ministris Rhaetiae Evangelicis artes politicae infames, calumniose adfingebantur. Erat autem aliud nihil quam famosi illius, cujus Auctor vulgo GASPAR SCIOPPIUS habebatur, in FRIDERICUM V. Electorem Palatinum recens electum Bohemiæ Regem per Germaniam sub hac rubrica disseminati scripti: *Instructio secretissima Gallo - Britanno - Batava, FRIDERICO QUINTO Comiti Palatino Electori data*, accomodatio. Qua arte adornatum, quove fine postea in vulgus sparsum fuerit, luculentius patebit ipsa inspecta utriusque scripti parallelia, quam En sisto.

CON-

Mich dunken die Zeiten des heil. Lactantii wieder erschienen zu seyn, in welchen die Heiden bekehret wurden. Ich kan und mag nicht genugsam sagen die grosse Freud und unsagliches Frolocken, so jedermanniglich ab dieser Veränderung gehabt, und ab meiner Ankunfft an dieses Ort. Und da bleiben wir hiermit Ew. Hochwürden als deme so zu diesem heil. Werk der fürnehmste Werhzeug ist, ewiglich verobligirt.

Das Fürnehmen wieder Cleffen, und die Einnehmung selbigen Orths ist nicht allein nützlich, sondern über die massen nothwendig, dan durch dasselbige so vergwüssert und versichert man den Pass, dass der Feind nicht mag in das Land herabkommen, noch uns schädigen; und dewegen muss ich das halbe Theil meiner Companey stets zu Bewahrung der Passen aufhalten. Hiedurch so weiteret uns der Feind, weil die Kostung, so zu Erhaltung so vieler Passen aufgewandt werden desto weniger, der Feind aus Furcht dass die unsrigen über die Berg sich begeben und sie schädigen werden sich die ersten ergeben, und ein Accord begehren, und die arme Catholischen, so da ihres Lebens von den Ketzern nicht sicher sind, wird Schutz geschaffen; dem Kriegsmann, so des Raubs begierig wird gewillfahret, In allweg sicht und weisst Iedermann, dass wir solches Werk mit Hilf Ihro Cathol Mayestät zu handen nehmen, und so man für thunlich erachtet das unser Volk, so im Veltlin sich zu anderem unserm Volk vereinbare, mag man es auch thun, und gefallt mir wie auch anderen Häubteren gar wohl.

Mense Julio 1620. *auf der Tell.*

ANTONI MARIA PARAVICIN.

CONSILIUM PRAEDICANTIUM RHÆTO - VENETORUM.

§. I.

Iacta est alea. Ingressi sumus Rubiconem. Tenendum est institutum. Cadere jam de fastigio possumus, descendere non possumus.

§. II.

Tanquam de Praedonibus & Turbatoribus triumphabit, qui nos occiderit. Cautionem igitur discamus ex oppressis a nobis, fortunam ex defunctis.

§. III.

Primo, cavendum ne nostros gravemus impendiis. 2do. Ne de recompensatione desperent. 3tio. Ne casu adverso frangantur. 4to. Ne inter se dissentiant. 5to. Ne nostra potentia illis invidiosa reddatur.

§. IV.

Alias feriemur, a quo minime putabamus.

§. V.

Engadinenses non honoris causa, sed necessitudine compulsi, nos suscipiunt, & sequuntur.

INSTRUCTIO FRIDERICI QUINTI ELECTORIS.

§. II.

Iacta est alea. Transisti Rubiconem. Tenendum est institutum. Cadere jam de fastigio TUA Majestas potest, descendere non potest.

§. III.

Imo tanquam de invasore & Prædone triumphabit quisquis Te occiderit. Cautionem itaque a nobis, fortunam ex defunctis disces.

§. VI.

Primum, ne graventur impendiis. 2do. Ne de recompensatione desperent. 3tio. Ne casu adverso frangantur. 4to. Ne inter se dissentiant. 5to. Ne alio bello implicentur. 6to. Ne illis tua potentia ividiosa reddatur.

§. VII.

Sed quid me diffundo? Ferieris a quo minime putabas.

§. IX.

Primum Bohemi non honoris tui causa, sed necessitate compulsi Te Regem dixisse.

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

§. VI.

Cum vero sint asperi (Engadinenses *) efferi contumaces & inconstantes, etiam atque etiam videndum est, ut blande illos in obsequio retineamus, ne redeant ad ingenium. Sunt enim fulcra & statumina quæ nos sustentant. Terret enim Nos, quod nulla potentia diuturna est, quæ suis viribus nixa non est. Consensus ad hæc nostrorum popularium momentaneus & volubilis est, præsertim cum olfecerint labefactatam eorum libertatem, vindices erunt accerrimi.*

§. VII.

Veremur ad hæc paucos nobis amicos esse; plerosque qui nostram fortunam venerantur, suæ spei & promotionis esse amicos, quibus si non citò, si non ubertim satisfecerimus experiemur illos proditores & sicarios esse. Quotus enim quisque Nos, nostra, non sua caussa

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

§. X.

Cum igitur Bohemi natura sint asperi, efferi, contumaces, & recte facies, si Te nondum Regem esse, nec ipsos tuos subditos arbitreris. Arborem esse cogita, quæ nondum radicibus fixa, suis ipse membris firmatur, in terram depressis, sed quam fulcra et statumina sustentant ex Terra, quorum nonnulla de facili succidi & abrumpi possunt. Perpende nullam esse potentiam diuturnam, quæ suis viribus nixa non est. Tuum Imperium non nisi parentium consensu validum esse potest. At consensus ille momentaneus, volubilisque est. Lutherani et Hussitæ non obscure detestantur Te, Saxonemque exspectant ut suæ libertatis vindicem. Experieris ubi Austriacos timere desierint, ubi tributa exegeris, ubi supplicia decreveris.

§. VIII.

De Amicis, scito paucos tibi esse. Soror, Uxor, Dux Bullionius quidem, cognati frater si colitur, amici sunt. Caeteri fortunam tuam venerantur, suae spei, suae promotionis sunt amici, quibus nisi Tu satisfacias, et cito ac ubertim satisfacias, experieris prodito-

IN-

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

ſequitur? Quotus quisque recedens nobis non maledicit?

§. VIII.

Scimus enim Nos multorum certiſſimas inſidias incurriſſe.

§. IX.

Et Rhætiam ſemper Novercam fuiſſe bonis Viris, nec nobis Mater erit.

§. X.

Hactenus duabus Rebus valuimus prudentiſſima ſimulatione & diſſimulatione, deinde celeritate. Prior autem vim perdidit ſuam. Nullus autem tam fungus vel caudex credit, Nobis credendum eſſe.

§. XI.

Altera igitur utendum erit, celeritate inquam, & ea prævalebimus, ne tempus demus reſpirandi adverſariis noſtris. Itaque audacter pergamus Venetos demereri ſtudeamus. Prorumpamus, ubi non exſpectabimur. Aut omnia, aut nihil Tigridis catulum ſi ra-

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

res et transfugas. Quotus enim quisque Tua non ſua cauſa ſecutus eſt, quotus quisque recedens tibi non maledicit?

§. IX.

Bohemia indigenis Regibus ſemper Noverca fuit, Tibi Extero ne ſpera Matrem fore.

§. XX.

Duabus rebus hactenus valuiſti, prudentiſſima ſimulatione, diſſimulationeque; deinde celeritate. Prior ars jam perdidit vim ſuam. Altera igitur utendum. Noli arbitrari ullum Papiſtam eſſe tam fungum, aut caudicem, ut credat, tibi eſſe credendum.

§. XXII.

Altero igitur ſtratagemate uti perges & prævalebis, celeritate inquam. Hoc vide, ne tempus des reſpirandi. Itaque audacter perge, omnes move, Gallum demereri ſtude, cæteros omnes. Prorumpe ubi non exſpectaberis.

IN-

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

pis, Mater insequetur. Si utrumque irretias, quieta præda frueris.

§. XII.

Rusticos tractabimus verbis humanissimis ac sericis, ut nos Patres Patriæ & Pastores animarum agnoscant. Serio petemus Papæis & Hispanis ne credant, Religionem & Patriam strenue defendant. Pacis ac concordiæ harmoniam ostentabimus ampliter. Interim Papæi non ad desperationem adigendi, nisi simul capi et occidi possint. Nam extrema desperatio sæpius causa victoriæ est. Invenient enim undique suppetias.

§. XIII.

Nec morientur inulti.

XIV.

Hoc igitur faciendum. Adtrahamus pecuniis, sunt enim perdité avari.

§. XV.

Simulando, promovendo, removendo facilé colliduntur. Simu-

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

§. XXIII.

Aut omnia, aut nihil. Tigridis catulum. Si rapis Mater insequetur. Si utrumque irretias, quieta præda frueris.

§. XXIV.

Cæsarem verbis tractabis humanissimis, ac plane sericis Petas, ut Jesuitis ne credat, tamque ob causam Soceri tui Britanni. Legatum subornasti, ac pacis concordiaque spem verbis ampliter ostentare rogasti. Verum hic considera quod diximus §. VII. non esse ad desperationem Austriacos redigendos, nisi simul capi & occidi possint. Nam extrema desperatio sæpé est causa Victoriæ. Invenient sibi hostem undicunque.

§. XXV.

Nec morientur inulti.

§. XXVI.

Bassas maximé pecuniis conciliabis.

§. XXVII.

Subdes autem eos simulando, promovendo, & removendo. Si-

IN-

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

lando; ne propositum nostrum subolfaciant.

§. XVI.

Removendi sunt audaces, Refractarii, libertatis & Patriae amantiores: gratiosi enim sunt vulgo & magnanimi habentur, ideoque ad commotiones ciendas idonei.

§. XVII.

Breviter: Securitas nostra consistit in submissione et pusillanimitate adversantium.

§. XVIII.

Itaque eos in ordinem redigamus cito dum ferrum in igne: postea occasio erit calva.

§. XIX.

Hic litem intendamus et divexemus citando, disputando, vociferando, illos calumniis petamus. quæ enim libent, licent. Alios, discordes faciamus. Qui vero exacto & alto ingenio sunt, technis et versutiis irretiamus, Patria eiiciamus, deiiciamus, occidamus. Cautissime tamen id fiat, ne per nos; sed per oratores Rhætiæ factum appareat.

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

mulando nimirum summam securitatem & confidentiam ut nemo propositum tuum subodorari possit.

§. XXVIII.

Removendi sunt audaces alterius Religionis Homines libertatis amantiores, audaces & temerarii cavendi, quia gratiosi vulgo & magnanimi habentur.

§. XXVIII.

At Regum securitas in submissione, pusillanimitate subditorum consistit.

§. XXVII.

Itaque eos in ordinem redige.

§. XXIX.

Modus amovendi alius, alios per accusatores, ut litem intendant civilem, ut calumniis varie petant vexentque. Nunquam inter discordes deerunt occasiones. Tu fere discordias, et pugnas, quia amantes sunt libertatis. Eos qui exacto altoque ingenio, eos omnibus technis & versutiis persequere. Exemplum nuper in Batavia auditum.

IN-

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

§. XX.

Et sic quodlibet periculum, quod nostris cervicibus imminere videtur, facile terminabimus.

§. XXI.

Spicas eminentes decutiemus. 1mo. Episcopum, Abbates, Prælatos, Ministros contradicentes. 2do. Politicos Hispanizantes, alios committamus inter se, ut invicem se consumant. Hos extollamus, illos reprimamus, & sic facile, & acute conteruntur. Nisi enim secemus, secabimur. Oppressis illis, nil mali timendum. Senatus erit noster. Rusticos popularemque potestatem nemine advertente in nostra potestate habemus.

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

Et sané, Barnevaltium vix totis viribus connixi Mauritius, socerque tuus occiderunt: quod tamen necessarium esset. Sed hoc actum cautissime & prudentissime ut per ipsos ordines occideretur.

§. XXX.

Omne periculum in Regno Tuo, tibi imminet a Proceribus. Hos eliminandi, deiiciendi, aut etiam e medio tollendi, hunc modum tene.

§. XXXI.

Tuum erit, 1mo. Aggredi Dominos, hoc est, Comites et Barones. 2do. Nobiles, 3zo. Civitatenses jure suo privare. Domini erunt fere e medio auferendi. Nec mirare: Documentum Regium est, spicas eminentes decutere. Nisi feces, secabere. Inter se ut contendant, ac comittantur effice, sicque aliquos tolle. Florentibus Proceribus precario regnabis. Ubi Senatus fuerit tuorum humorum, tandem Rusticos & pauperes, tanquam popularis & tribunitiæ potestatis civibus æquabis, & sine labore sicut desiderat cor tuum absolute dominaberis. Uno verbo; Morte vel Exsilio 300. Virorum, Procerum Regnum tuum in tuto collocabis & stabilies. IN-

INSTRUCTIO PRÆDICANT.

§. XXII.

Et ut uno verbo dicam exitio, exilio & morte 300. Virorum, Res nostra in tuto erit. Nostro nutu domi, forisque, divina humana pendent, ni præclaram hanc occasionem negligamus.

§. XXIII.

Simus comes & blandi Rusticis, bibamus ludamus cum illis, mores eorum discamus imitari, sicut volucrum voces Aucupes. Et si non totam Curiam inaurare possumus, saltem qui in eminentia sunt, sint nostri, nullis impendiis parcentes. Reliquos direptioni exponamus.

§. XXIV.

Non offendemus ea re Magistratum. Obærati Cives spe prædæ mutuas operas Nobis tradent.

INSTRUCTIO FRIDERICI V.

§. XXXI.

Nunc praeclara occasio se offert.

§. XXXIII.

Comitibus comis eris & blandus; ludes & potabis cum illis Mores eorum sic disces. Cum urbium legatis de eorum commodis age, & quia totas Curias inaurare non potes, Syndicos, Secretarios, et qui authoritate præ cæteris pollent, tuos facies: nullis impendiis parces. Hoc svadeo ut opulentas urbes Noribergam, Ulmam, cæteras, in tuam redigas potestatem. Nam eorum opibus firmiter te communire poteris. Imitare Julium Cæsarem, aliosque, qui complures urbes prædæ causa diripuere. Non offendes ea re Principes & Nobilitatem, si & illis bolum aliquem in fauces inieceris. Egentes & obærati cives spe spoliorum illecti, lubentissime tibi mutuas operas tradent. Comites, aliosque Nobiles in ordinem redige.

INSTRUCTIO PRÆDICANT.	INSTRUCTIO FRIDERICI V.
§. XXV.	§. XXXIV.
Haec Monita e media arte Politica depromta, in usum & actiones feliciter transferatis volumus Reliqua pro re nata, ubi tempus, causaque poscet, mature deliberabimus. Valete & fortiter agite.	Hic autem desino, & hæc Monita, e media arte politica depromta, ut alta mente recondas, in usum & actiones tuas feliciter transferas velim. Reliqua pro re nata, ut tempus, causaque poscent, lubens, uti possum, uti debeo, fideliter communicabo.

Hactenus Consilium.

Istius Consilii Exemplum cum indepti essent Proscripti seu vero Hispanizantes Raeti, ceu genuinum spargebant passim, et singulariter unus cujus nomini mallem non pepercisset studio ANHORNIUS *) Communitates Raetiae obequitabat, passim in diversoriis ac plateis aut ubicunque duos inveniebat colloquentes Instructionem Praedicantium sugillabat, promebat, in quemvis Paragraphum prolixam glossam despumabat, Ministrorum Personas, ac Consilia multis conviciis proscindebat. Ajebat, convocante STEPHANO GABRIELE Synodi Evangelicae Cancellario, die 15. Junii, currentis Anni 1620. nonnullos Ministros Ilianti congregatos dictam Instructionem ibidem concinnasse, ac ex eadem congregatione, cuivis Decano Exemplar unum transmissum fuisse, adnexa cum significatione qua monebatur, illud cum caeteris symmisticis communicare. Exemplari affirmabat Epistolium adnexum fuisse Gabrielis manu exaratum, in hæc verba:

Salvete Fratres! Cum Patria nostra nulla alia ratione salva esse possit, nisi ut reluctantes tandem de medio tollantur, conclusum est inter Nos et Politicos nostros conjunctis viribus Episcopatum & Civitatem Curiensem funditus delere; deinde omnes in Raetia Papistas, si nolint Religionem nostram profiteri. Habetis quae scire vultis. Vos interim viriliter agite. Deus adsit piis conatibus. Subscr. Vester quem nostis. Inscript.

*) MScrt. cap. XXXVII.

*ſcript. Rev. Domino Nicolao Antonio *), Miniſtro Verbi Dei apud Scamvicenſes.*

Hoc Epiſtolium una cum Inſtructione Miniſtrorum dicebat per expreſſum dum ad STEPHANUM BUOLIUM Eccleſiaſten Davoſianum transmittebantur; nuncium interceptum, litteras extradare coactum, fuiſſe. Talibus figmentis Miniſtrorum, Hiſpano minus faventium apud ſuos exiſtimationem imminutum ibant; evenit enim calumniantibus audacter, ut ſemper aliquid hæreat. Aſt ubi is rumor in vulgus emanavit, non modo Miniſtri in genere de injuria ſibi inmerentibus illata, quæſti ſunt; revocando ſuis in memoriam quem in modum non Ilianti, ſed Malanſii tertii Fœderis vico, exeunte menſe Junio Synodum ordinariam celebraverint, ſic ut nulla fuerit neceſſitas, qua compulſi Iliantum ſe conferre debuerint. Synodi autem eo anno habitae acta cuivis legenda offerrebant, in quibus de Rebus Politiam ſpectantibus nec mentio quidem. Ipſe GABRIEL idoneis teſtibus evincebat, die illa Junii 15. qua Conſilium illud initum, ac Epiſtolium conſcriptum dicebatur, minime domi ſuæ Ilianti, verum peregre fuiſſe. Quin poſt aliquot hebdomadas præſentibus legionibus Helveticis ac Raeticis ipſum illud Autographon quod circumferebatur ſibi ob oculos ſiſti petiit. Quod ubi per illas obtinuit, adlatis aliis manus propriæ ſcriptionibus omnibus ad oculum demonſtravit, non ſuam, ſed alienæ manus eſſe ſcripturam, quæ ſibi adfingatur. Inquiſitum in Scripti Epiſtolii fuit Auctorem: Sed certi nihil potuit exquiri: præter hoc: Durante adhuc Tribunali Cenſorio Davoſiano ſub porta qua in Arcem Epiſcopalem Curiæ adſcenditur ſcedulam illam repertam, Curiæ in manibus ſuſpectarum perſonarum viſam, facta demum Rebellione Vallis Tellinae aperte in vulgus ſparſam fuiſſe. Sole ſic clarius patuit Rumores illos ac Scripta, deſignata violentia ac ſanguinaria Miniſtris Evangelicis, horumque amicis adſcribentia, a Rebellibus conficta, & a Hiſpanizantibus Raetis in vulgus ſparſa fuiſſe, ut fuco ſimplicibus obducto, atrocitas patratae ſtragis tegeretur.

 Videns

*) Subintellige VULPIO. In metrocomia quippe Scamvicenſium, ad Div. Petri fanum, Miniſtrum agebat NICOLAUS ANTONIUS VULPIUS, patruelis ac homonymus Nicolai Paſtoris Vettonii in Oengadina. Ille poſt Rebellionem Vallis Telinæ. occupata ab armis Auſtriacis patria, in Angliam ſe contulit, ubi et extremum diem obiit.

Videns Dux Feria Rebelles Vallis Telinae sibi relictos impares esse Raetorum viribus nec audere hos adspicere in acie, igitur suas ille Equitum ac peditum turmas Rebellium catervis adjunxit et in Vallem inmisit. Horum adventu conspecto multi Raetorum, videntes se vana spe auxilii Gallici, Veneti, ac Helvetici, lactari, a sinistris quoque in dies adlatis rumoribus occupatae Vallis Monasteriensis, & copiarum Austriacarum, limites Raeticos cingentium fracti, omissa Vallis Telinae recuperandae cura ad sua reverti volebant. At repulerunt consilii impetum tres Fœderum Præsides, JO. SIM. FLORINUS, LUCIUS BELINUS, et JO. PETRUS GULERUS, qui illis diebus Trahonam venerant, animum firmantes nova spe auxilii Grysei, Helvetici, ac Veneti; ad quos omnes novæ litteræ, missæ sunt promtum auxilium efflagitantes. Sed spes semper vana. Veneti enim, a quibus quinquaginta aureorum millia mutuo petebant triumviri publico nomine, nec responsum dederunt. Ad perducendos Papistas Grysei Fœderis in auxilium, ipse PAULUS FLORINUS catholicus & ipse, ac multæ inter illos existimationis profectus est, unitaque ope Gregorii Gugelbergii tantum effecerat, ut Desertini jam in Vallem leguntinam usque, & leguntini aliqui in Vallem S. Petri venirent. Ibi vero Proscripti, omni nisu ne proficiscerentur, obnitebantur. Perlegebantur illis litteræ GIOERII ad Leguntinos, d. 1. Aug. exaratæ, in quibus narrabat: *Verum quidem esse, quod miles Rhaeticus in Vallem Telinam ingressus sit, sed eundem non procul a Dalebio ab equitatu extero & Voltureniis circumdatum fuisse, atque sexcentos ex Rhætis cecidisse. Exhortabatur proinde illos, ne se in hoc periculum coniicerent: præsertim cum Voltureni se offerant cum Catholicis Rhætis vivere, & mori velle.* Addebat præterea, *Rhætos indignabundos Clavennam reversos viginti-duos sacerdotes catholicos ibi occidisse.* Ostendebantur ac explicabantur illis Rebellium ad eos litteræ manu Robustelli exaratae, quibus verba Gioerii confirmabantur, adjectis sexcentis aliis calumniis atque illusionibus *). Talibus mendaciis deceptus credulus popellus novo odio contra

*) En illos germanice loquentes, quo idiomate perlegebantur & explicabantur. Inscrip. *Hochgeachte Herren Catholische Haubtleuth der Lobl. III. Pündten. Aus was Meynung dieses unser Vatterland, die Waffen an die Hand zu nehmen bewegt, habt Ihr zuvor die ausdrückliche Ursach, durch der gestrengen Herren Ritter* Robustello *an die Ehrs. Cathol. Gemeinden überlifferten Brieffen weitläuffiger verstanden. das nemlich allein auf das End hin zu Schirmung und Errettung unsers Catholischen Glaubens angesehen ist: also erstaunen und ver-*

contra confœderatos Evangelicos sanguinem pro recuperatione communium ditionum effundentes, repletus, ad sua reversus est. Nunquam

major

verwundern wir uns, das unter denen so dier euers Orths sich ins Veltlin wider unser Vornehmen zu streiten begeben, und somlicher rechtmässiger streitung und Erwehrung so viel zuspringen, die doch samt uns eben denjenigen Glauben bekennend, umb welches willen Wir uns zur Wehr zu stellen, zu leben und zu sterben uns gemeinlich entschlossen haben. Darum wöllen Wir auch das man in der that sehe gespüre und probire, das Wir mit Euch Herren Catholischen nicht ein einzigen Zank, Stos, noch Hader haben. Es sind in unsere Hand durch Krieg gefangen worden zeigere dieses Briefs, die Wir Euch Herren, und den ihren, hiemit zu, frey und sicherlich überschicken, bittende, Sie wollen mit so viel gleichförmigen guten Willen und Werken uns begegnen, und Euch von den Wiedersächern unsers Glaubens nicht überreden, noch einbilden lassen, das das unsers Orths auch kein andere Endschaft Meynung noch Nutzen gerichtet: Sondern alleinig den Glauben berührt. Hiemit wollend Ihr samtlich gewahrnet und gebeten seyn, das Ihr mit einschickung der Catholischen nicht zu unsern schaden fahren, und wenden. Die Wiedersächer thun solches auf einen schein, doch auf zwey End hin; namlich bey uns die Freyheit unsers gewissens hinzunehmen, und Euch die Catholischen mit solchen kräftigen Mittlen zu berauben, und die Regierung der Gesatzen ihrem eigenem gutdunken und fürnehmen zu richten. Also werden Sie die Professori und Bekenner des Catholischen Glaubens vorzu allenklichen vertilgen, und ausrotten. Derohalben wolle unser Herr Gott Euch erleuchten, das ihr möget erkennen und gespühren, das dies Ihr wahrhaft - und boshafftiges - End und Zweck seye; und werden Sie von uns alsdan dankbarliche Verständnis emphahen; und hiemit auch protestirend und vergwisseren das Sie ja von uns an unterschiedlichen Orthen und Enden, strenge Endschafften zu erwarten und zu emphangen haben. So Ihr Euch dieser unser Vermeinung nicht vergnügen oder ersättigen lasset, die gebührlich und rechtmässig ist, wollen Wir mit dieser Zulegung Anordnung geben, das die Wiedersächer samt ihren Mithafften so sich in diesem Land erzeigen und finden lassen, je länger, je mehr verfolget werden, dieweil Sie die Kirchen geplündert, die heiligen Tabernakel zerbrochen, die Gottes und seiner Heiligen Bildnussen und Gemähld zerstört, und dermassen unsern Catholischen allein seeligmachenden Glauben, und Glaubensgenossen, alle ungebührliche Insolenzen geübt, und gebraucht, das nicht allein alle weltliche Oberkeiten sonder auch der höchste Gott bestätiget und verhängt, das zu Errettung und Beschützung des Glaubens, Wir nicht mehr dulden noch vertragen mögen.

Geben zu Morbegnio d. 29 Julii. / 8 Aug. 1620.

Der Hochgeachten Herren

getreuweste Diener, und im Nahmen aller, eben der obgemeldte Ritter Robustello.

major in Raetorum animis confusio fuit, quam illius Expeditionis tempore Hispanizantes, quorum opera tota scena instruebatur, quibusque & integrae Communitates, & multi passim particulares favebant, Expeditionem legionum in Vallem Telinam aperte redibant, ajentes Venetam esse Seditionem, eo tendentem ut Patriae bonum procurantes, (se met innuebant) opprimantur. *Alii* dicebant: Evangelicos Raetos strage fidei sociorum irritatos, in Vallem Telinam haud alio fine, quam ad sumendam de occisoribus vindictam profectos esse: jam vero prudentis non esse hac in parte cum illis concurrere, eosve adiuvare. *Alios* foci domestici angebat cura: Certus enim ferebat rumor omnes Raetiae limites, sigillatim, clivi D. Lucii, Raetigojae, Superioris ac inferioris Oengadinae, Pesclavii, Clavennae, Mesauci, ab Hostibus obsideri *); et hi clamabant dementiae esse extra patriam, amissa, sed incerta

*) Rem ipsis juvat ANHORNII testis occulati verbis enarrare. *Graub. Krieg.* Cap. XXIV. *den* $\frac{12}{23}$ *Julii, kame Zeitung aus Brettigäuw in die Herrschaft Meyenfeld, das sich in Montafun bey den Alpen denen zum Closter im Brettigow Volk zurucke, das Viech zu rauben, seye auch schon was Viech himweg getrieben worden. Hierauf ward im ganzen Prettigow sturm geläutet, und luff man den Alpen zu. Als der Feind den Wiederstand gesehen, ist er wiederum zuruckgezogen. Als diese Zeitung den* $\frac{12}{23}$ *Julii in die Herrschaft Meyenfeld kommen, hat man alsobald in allen Kirchen sturm geläutet, und ausgerüfft: In d' Wehr, in d' Wehr, in d' Wehr; der Feind ist an den Gränzen: Da luffen die Herrschaftsleuth, was Spiess und Stangen tragen möchte, der Steig zu; und als wir auf der Steig kommen, traffen Wir einen Botten von Landek an, mit Nahmen* Eustachius Engelberger; *den hielt man auf, begehrt die Brief von Ihme. Da gab er einen Brief von Ihme, dessen Ueberschrift war gestellt an den Landshauptm.* Joseph von Capaul von Flims, *dieser Zeit zu Pfeffers im Bad. Die Unterschrift:* Fabius Prævost, *in aller (Landsverwisenen) Namen. Der lautet von Wort zu Wort, also:*

Wohlgeachter Herr!

Dessen Schreiben vom 7den dies, hab ich jetzt zu recht empfangen, durch einen eignen Botten von Feldkirch, und auch den Innhalt vernommen. Was anbelangt das Schreiben an Herr Molina *so die Herren aufghebt haben* *), *wan es sorglich hätte seyn sollen, und aber gerne hätten Wir gesehen, das man hätte die Herren avisirt, in welcher gestalt unsere Sachen allhie beschlossen sind, damit Sie an unsern Seiten nicht zweifflen. Dan Wir mit Gottes Hilff nicht mehr ermanglen wollen, und unserm Versprechen nachkommen, also wolle der Herr verschaffen, und unsere Gespahnen avisiren, das Sie mit ihren*

*) Quas dedimus Supr. Cap. XII. pag. 284.

incerta quaerere, aras et focos, uxores, ac liberos cariſſima pignora, Hoſtium praedationibus expoſita derelinquere. Denique *Alii* Plebem ajebant ex Vallis Telinae poſſeſſione nullam percipere utilitatem; tali ratione res tractari, ut omne emolumentum ad Magnates redeat. Si ergo reditibus Praefectuarum fruantur, aequum eſſe ut nunc ſuis impenſis Vallem recuperent. Poſt illud tempus, a quo Vallis Tellina in Raetiae poteſtatem venit, nunquam fuiſſe Raetis pacem concordiam; ambitu, factionibus, odiis, ac inteſtinis bellis omnes ordines infectos, turbatos eſſe; Praeſtare ergo Raetis Valle illa carere, quam tanto cum diſpendio, malisque eam acquirere, & poſſidere. Sic dum legionibus in Valletina diſperſis nemo ſuccurrit, dubiae interea illae haerent, num Tigurinis, ac Bernenſibus in auxilium venturis, per Helvetiorum catholicorum ditiones, tranſitus concedatur; paulatim milites dilapſi ſunt: quotquot denique in Valle Raeti adhuc erant die Sabbati quae Auguſti XV. erat, Sondrio per Vallem Malenchi exceſſerunt. Eodem vero adhuc die Hieronymus Piementellus Ducis Feriae conſobrinus, cum quin-

ihren Sachen fortfahren, und ſich nicht laſſen mancquiren, und aufhalten: Wie auch Ihnen zu Wiſſen das Wir hier im Anzug ſind; ungezweiffelt unſere Sachen mit Gottes Hilff wohl verrichten —— die Langſamkeit kan der Herr wohl gedenken. Wo die Urſach gſyn iſt — In Montafun iſt die Sach ſchon verrichtet, wird der Herr Vetter ſchon wiſſen, das zu Feldkirch ſchon allbereit 1000 Mann ankommen ſind, welche nun gegen Montafun und in die Herrſchafft Vadutz einquartirt ſind. — Der Fändlinen die im Engadin ankommen, haben Wir wenig acht: werden mit Schanden müſſen abziehen ihr Landſchaft zu behüten. Wollen auch die Herren keinen Accord annehmen, und in welcher Geſtalt das ſeyn möchte, ohne unſer Wiſſen, entgegen ſich die Herren verſehen auf unſer Seiten ganz und gar nichts annehmen, ohne zuvor Euch zu aviſiren. Ia, ſagen Wir, wan das dazu kommen thäte (wie dan geſchehen möche) wan unſere Feind ſächen, das Sie müſten untertruckt ſeyn. Was weiter neues ſich zutragen möcht, wölle uns der Herr berichten. Ebenmäſſig wöllen Wir nichts ermanglen. Datum Landeck *den 10. Julii 1620. Geleſen und verbrandt.*

Als dieſer Brieff dem Landvolk vorgeleſen worden, iſt es ſehr eiferig worden, und hat man von Stund an, noch auf dieſen Abend angefangen die alte Anno 1499. gemachte, und aber zerfallene Schantz an der Steig wieder aufzuwerffen, und ein Gegenwehr zu rüſten. Es kam auch noch Morgends viel Volks ab anderen Orthen auf die Steig, halffen ſchanzen und die Steig verwahren. Es ſchickten auch die Räth ein Copey dieſes Schreibens zu Chur für die Häupter der III. Pündten, durch welche es in gem. III. Pündten, und in das Schweitzerland gekommen iſt. Conf. Sprech. pag. 132. 133.

quingentis circiter militibus Ripam Mezolae & Novatum occupavit. Deserta a Raetis Vallis Telinae oppida ac Pagos prisci coloni intrarunt, & Hispanorum auxilio transitus, ac loca praesidiis idonea communiverunt. Hoc commodum Rebelles ac Hostes, ab intestinis Raetorum odiis; tantum discordes Raeti detrimentum reportarunt, operam nempe inanem luserunt.

Cum paullo ante notaverimus Raetigojos Majaevillanosque a rumore ferente Militem Austriacum limitibus Raetigojae ac Clivi S. Lucii imminere ad arma fuisse excitos, eodemque svasore Raetorum multos propere ex Valle Telina pedem retulisse, aequum est originem ac causam illius rumoris explicemus, quum ille concernat Illustrem Baronem Moravum FRIDERICUM a TIEFFENBACH primariorum Pragae Directorum unum, qui studiis FRIDERICI V. Palatini Electoris nuper electi Bohemiae Regis litans, rebus Austriacae Domus cumprimis in Moravia obstiterat, ab aliquot vero hebdomadibus in thermis Fabariensibus valetudinis recuperandae gratia quod utroque crure contractus esset, hærebat (*m*). Intentus in hunc virum RAITNOVERUS Archid. LEOPOLDI summus militiae Dux, unitaque opera Guttenbergicus Praefectus, apud Comitatus Saranetum Praefectum JODOCUM HELMLINUM Lucernalem tantum effecere, ut hic, Dominis Helvetiis non Salutatis, die $\frac{12}{23}$ Julii missis quadraginta Musquetariis, Servos Baronis compræhensos, ipsum vero Baronem manibus tergo alligatis, e thermis, Sarunetum in Praetoriam arcem deduci curaverit. Condicta die selecti Archiducis Milites ex Alsatia nuper Guttenbergam inducti, ad locum Schollberg, qui a Raetiae limite haud procul distat, ubi Rhenus ponte pensili jungitur, festino pede Baronem excepturi se conferunt. Hinc qui ex Raetiae terris militum insolitam conspexere catervam, facile in opinionem devenere, eam nonnisi opportunam occasionem irrumpendi in Raetiam praestolari; haecque suspicio rumori ansam dedit, qui repente per Raetiam & in ipsam Vallem Telinam dimanavit. Ad Baronem caeterum quod attinet, FRIDOLINUS TRYMPIUS Glaronensium Werdenbergae Praefectus, audita illius captura, Werdenbergicos ac Vartovianos suos celeriter excitos, navigium ad Schollberg, qui portus Glaronensibus subest, custodire jubet, Baronisque abductionem prohibere; et quia metus erat, ne armati, supra portum una cum captivo, Rhenum

(*m*) Conf. Supr. pag. 279.

Rhenum terras Majaevillanas alluentem trajiciant, ejusdem monitu etiam, Raeti tum divum D. Lucii, tum Rheni littus ad Schollbergam usque, numeroſo ac forti praeſidio munierunt, ne pacto ullo fines Raeticos pertingerent. Re viſa inopinata HELMLINUS Baronem diſcrimini comittere dubitans, in arcem ſuam reduxit: milites Guttenbergam re infecta reverſi ſunt. Devolvitur negotium ad ſuperiores, qui ſunt VII. antiquiores Helvetiae Cantones, Tigurum, Lucerna, Urania, Suitia, Subſylvania, Tugium, & Glarona. Poſt diſceptationem non levem Tigurini, Glaronenſes, Uraniique a Praefecto Baronem obtinent Tigurum abducendum, quem ſtatim ad oppidum rivanum (*Wallenſtad*) deduci curant ubi in Petri Bſchatenii aedibus a XL. viris, vici *Lacben* ad diem usque 27 Julii cuſtodiebatur. Sed Tigurinorum legatis illic prandium diutius paullo protrahentibus, Navis Lucernenſis appellit, quae Baronem jam in navi Tigurinos exſpectantem denuo comprehenſum in oppidum reducunt, & diligenti cuſtodia tenent. Media nocte ſtrepitus in oppido auditur, cujus cognoſcendi ergo cuſtodes omnes foras currunt, ſolo cauponis famulo poſt ſe relicto. Hunc Baro enixe orat, ut ſe ſalvum præſtet, cum metuat a revertentibus cuſtodibus mala morte perimi eique florenos centum promte exſolvit. Famulus accepta pecunia ſocios, qui equum in omnem eventum paratum teneant conducit, ipſe Baronem humeris ſublatum per moeniorum quandam rupturam, deinde per foſſas alto limo & aqua Stagnantes feliciter transportat, tunc Equo impoſitum viam ſecus lacum progredi jubet. Hac via Baro Fluminium pervenit ad Montem Reuſchiberg ubi eam colonus Equo acceptum in proximo Stabulo abdit, Equum in paſcua dimittit. Diluculo Mater Parochi Wallenſtadienſis cannabim Stabulo importatura Baronem aſpicit, is enim nerois contractis movere ſe non poterat; viſum Wallenſtadii denunciat. Adfuere quidem XL. Muſquetarii Glaronenſes Baronem abducturi, ſed quia locus Territorii Fluminienſis, erat, Sarunetum Præfectus apud Paganos illos effecit, ut comprehenſum armata manu ad Schollbergam deduxerint, ubi parato Auſtriacorum navigio impoſitus, & a militibus illic exſpectantibus in arcem Guttenbergam deductus fuit. Dici nequit quanta ex hujus Capitis captura apud Auſtriacos lætitia. Ex arcibus Valducio, & Guttenberga, nec non Velcurio tormentorum frequentiſſimae exploſiones audiebantur, quaſi victoria maximi nominis reportata; licet ſine impendio non fuerit, quum antecedente nocte dum Baronem praeſtolantes milites equum in Rheno quaerunt, tres Corporales, (Militia utor vocabulo)

aquis hausti interierunt. Ipse Baro haud diu post vinculis constrictus Oeniponta deductus est. Friderico deinde Palatino post cladem Pragensem non Bohemiae Regno modo sed haereditariis quoque ipsius terris ejecto, Austriaci graves de ejus amicis poenas sumserunt. Nemo ignorat horrendam executionem die XXI. Junii, Ao. MDCXXI. Pragae editam. Ejusdem Anni, die XXVII. Maii, Oeniponte, in erecto ei tragoediae Theatro BARO noster gladio percussus est, quam ille mortem, patienter ac devote, preces fundens adiit; quamvis ob tympanorum strepitum, quae dicebat & precabatur, non poterant exaudiri.

E diverticulo in viam venientes, Superstites a clade Valtelinensi paullisper contemplemur. Hi passim per Raetiae Evangelicos contribules palabant; aliqui Sancto-Gallum, plures Tigurum se contulerunt; ubi miseri exsules advenientes christiano affecta & effectu suscepti sunt *). Ecclesiae Ministerium perscriptis ad Bernenses, Basilieenses, ac

*) *Beschreibung des Veltliner Mords Zürich 1620. Die Nahmen deren so sich dieser Zeit in wohlermeldter Stadt Zürich befinden: sind diese:*

Von TYRAN.

Andreas Lazaron, Herrn Michael Lazaronen seel. Sohn.

Ab der TELL.

Scipio Besta, Herrn Antonii Besta seel. Sohn.
Maria Gatti, und ihr Sohn,

Von SONDERS.

Antonellus Grottus: Johannes und Steffanus seine Söhn.
Catharina Grotta, Hans Mariæ Grotti Tochter.
Catharina Padoana: Lucia ihr Tochter.
Paulina Padoana: Petrus Jacobus ihr Sohn und Franciscina, ihr Baas.
Antonius Tempinus: Martha sein Schwester; samt einer andern Schwester.
Johannis Tempini Hausfrau.
Lucia Tentora samt ihrer Tochter.
Mathæus Zanolus.
Catharina Friga.
Johannes Mingardinus, Herr Andreas Mengardini, gewesenen Canzlers Sohn.
Fabius (non Fellosius ut germ.) Herrn Julii seel Sohn.
Fellosius Marlianicus Herrn Doctors Viviani Sohn.
Cæsar und Thomas Paravicini Herrn Hans Baptisten seel. Sohn.

Ab dem BERG SONDERS.

Catharina, Mathia, Elisabetha, die Mossinen: samt der Elisabethen, Schwester.
Laurentii Ronki Tochter.
Marta Vicentina.

Von

ac Scaphusianos Symmystas Apostolico more intercessoriis solamen miseris expetiit, & afflicto eorem statui condignum obtinuit. Eleemosina

Zz 2

Von BERBENN.

Anna und Margaritha Paravicinæ von Capelli Herrn Octavii seel. Töchtern.

Von CASPAN und TRAHONA.

Paullus Malacrida: Elisabetha sein Hausfrau: Clara und Lucretia seine Töchter: Plinius sein Sohn: Ursula sein Schwiger.

Narcissa Paravicina von Capelli: Lactantius, Nicolaus, Rodoricus, ihre Söhn: Alexandra und Margaritha ihre Töchter. Lucia ihre Magd.

Franciscus Paravicinus: Magdalena seine Hausfrau: Baptista, Bartolomæus, Francius seine Söhn: Anna, Hyppolita, Elisabetha ihre Töchter; Anna sein Magd.

Julia, Hans Andres Facionen Hausfrau. Theodor ihr Sohn, Lucretia ihr Tochter.

Joh. Baptista Paravicinus della Donna: Catharina sein Hausfrau. Lydia, Leonora, Elisabetha seine Töchtern.

Vincentius Vicedomini: Febronia sein Hausfrau. Baptista und Petrus seine Söhn.

Malacrida de Malacrida: Laura sein Hausfrau. Laura und Elisabeta seine Töchter, Bartolomæs sein Vetter: Elisabetha sein Schwieger.

Catharina Herrn Francisci Paravicin Davids seel. Hausfrau. Johannes Antonius und Nicolaus ihre Söhn. Veronica ihr Tochter.

Martha, Herrn Hans Peter Paravicin seel. Hausfrau. Paravicinus, Johannes Baptista, Francius und Nicolaus ihre Söhn. Ursula und Elisabetha ihre Töchter; samt der Magd.

Susanna, Herrn Bartolomme Paravicinen, so im Veltlin bliben Hausfrau. Paravicinus und Franciscus ihre Söhn.

Lucretia Paravicina. Anna ihr Tochter.

Antonia, Herrn Baltasar Claus Christens, gewesenen Pfarrers zu Berbenn seel. Hausfrau. Magdalena ihr Tochter.

Lucretia, Herrn Josua Restæ seel. gewesenen Pfarrers zu Caspan Hausfrau, Eleonora, Judith und Lucretia, ihre Töchter.

Thomas Paravicinus della Donna: Claudia sein Hausfrau, Hippolita und Ludovica ihre Töchter.

Venturinus Paravicin. Clara seine Hausfrau, Conrad sein Sohn. Ludovica sein Tochter.

Joh. Antoni Castelli: Anna sein Hausfrau, Paullus sein Sohn, Sara sein Tochter

Sulpitia Paravicina, Herrn Hans Baptista Paravicini della Donna Hausfrau.

Barthol. Paravicinus della Donna. Elisabet sein Hausfrau. Vincentius, Philippus und Joh. Andreas seine Söhn.

Magdalena Herrn Paravicini de Paravicinis Hausfrau. Petr. Paullus, und Bartholomæus seine Söhn.

Lucretia, Herrn Celii Malacrida Hausfrau.

Juditha Sartorelli, und Magdalena ihr Schwester.

Veronica, Herrn Bartholomæ Malacrida seel. Tochter. Laura ihr Baas.

Johannina, Herrn Hans Planschen seel. Wittib. Joh. Baptista ihr Sohn, Barbara ihr Tochter.

Paullus Malacrida, Herrn Hans Baptisten Sohn.

Paullus Malacrida, Hrn. Constantins Sohn

Vincentius Paravicinus, Herrn Cornelii Sohn.

Sadoletus de Sadoleti.

Von

mosina quae prae foribus IV. Templorum Parochialium Turici, Dominica die xx. Aug. Anno MDCXX. collecta fuit ad florenos 1620. ascendebat. Oppidum Vitoduranum *quadringentos* florenos submisit. Quod major exsulantium pars germanicae linguae expers esset, a Senatu & Ministerio ad tempus aliquod, concessum fuit suos publice habere coetus, cui Minister erat VINCENTIUS PARAVICINUS Bartholomaei filius Caspanensis. Huic coetui etiam aggregati sunt exsules Monasterienses, quorum aliquis numerus eo confugerat, eorundem cum volturenis beneficiorum tum corporalium tum spiritualium aliquamdiu particeps. Italica vocabatur Ecclesia. Primum ei Sermonem Sacrum Pastor Paravicinus in coenaculo Diversorii quod *Aquilæ Rubræ* insignia gerit, & prope Templum Cathedrale situm est, die 3. Sept. in consolatoria CHRISTI verba. *Math.* XI. 28 habuit: *alterum.* d. 10. Sept. *in Act.* VII. 54. in Auditorio Hyberno: *Tertium* in *Luc.* IV. 28. in Auditorio aestivo &c. A Deputatis tam Ecclesiastici quam Politici ordinis, in Hypo-

Von MELL.

Nicolaus Grecus, Herrn Hans Baptisten seel. Sohn.

Von DUBIN.

Joh. Antonius Testorellus, sein Frau und Tochter.

Des Lombardinen von Sant Fidelen Hausfrau, sein Sohn, Magdalena und Daria seine Töchter.

Diese jezt erzehlte, ehrliche, auch mehrentheils adeliche vvohlgeachte Leuth, sind vvie. obgedacht von Hochermeldter Stadt und Kirchen Zürich aufgenommen, und nicht allein aufgenommen und bis dato beherberget, sondern auch beneben vielen andern. zu und von reisenden armen Veltlinern, mit Handreichung je nach Discretion der Personen, mildiglich succurrirt vvorden: darzu sie dann auch, vvie gleichfalls die Lobl. Städt Bern, Basel und Schaffhausen, eine namhafte Summa Gelds, auf der Herren Predicanten vorhergehende treue Erinnerung, nach Gevvohnheit der ersten apostolischen Kirchen, ein Collect oder Steuer haben aufnehmen lassen, die sie ebener Gestallt nach altem apostolischem Brauch, etlich aufrichtigen, ehrlichen und redlichen Männeren von geistlichem und vveltlichem Stand, auszuspenden befohlen. Daran sie recht than, und eben das than, vvas Gottes Sohn, der Heyland der Welt, zu thun ausdrücklich befohlen, mit angehenkter Verheissung, das es an jenem Tag solle vergolten vverden. Welches hie von des schlimmen Kelchkriegs *Scribenten vvegen, auch hat sollen angemeldt vverden, der die Hochgedachten Loblichen Städt und Ständ, um dieser mitleidenden Gutthätigkeit vvillen, vvelche dieser klägliche Zustand des edlen Thals Veltlin, und der Einvvohneren desselben als ihrer Mitgliedern in Christo, herzlich bejammert hat, hat lästern und stumpfieren dörffen.*

Hypocausto Collegii Canonicorum die xiii. Octobr. congregatis, exsulanti Ecclesiae Italicae volturena Monasteriensi chorus Templi Praedicatorum, ita dicti quod ante Ref. Dominicanorum esset, & nunc etiam ad Spiritum S. dicitur, sub quibusdam conditionibus ad exercitium S. concessus est, Senatu approbante. Conditiones hae erant.

I. *Sacrum lingua italica exercitium non perpetuum institui, sed tamdiu duraturum quam senatui necessarius videbitur.*

II. *Solis diebus Dominicis, non aliis, italicas licere habere conciones, & in Dominicis, non ea hora, qua in Ecclesiis Sacra habentur germanica.*

III. *Nec Sacramenta, nec Matrimoniorum consecrationem alibi licere administrare, quam in ordinariis concionibus gemanicis.*

IV. *Quod si contingat ut alius præter ordinarium Pastorem cupiat concionem ad coetum habere, non liceat nisi prævia venia ab Antistite Ecclesiæ impetrata.*

V. *Præter solam memoratam concionem diebus sacris habendam, in rebus divinum cultum concernentibus nil prorsus agere, tentareve licere absque Ampliss. Senatus consensu. Item Preces, ante & post concionem ad liturgiam Ecclesiæ Tigurinæ efformandas, ac recitandas esse.*

Anno sequenti MDCXXI. M. Decembri Ecclesia Italica a Ministerio sequentia sibi dari petiit.

I. Ut duorum Ministrorum dispensatione Exsules Vallis Telinæ & Clavennæ cibo spirituali alantur.

II. Ut plures conciones in Septimana habere liceat.

III. Ut quatuor Seniores, Inspectoresve, duos nempe ex Volturenis, & duos ex Clavennatibus eligere possint, qui pauperum curam gerant, aliisque rebus provideant.

IV. *Ut ante coenae Dominicae participationem italicam audire concionem permittatur.*

V. *Ut peculiarem liceat Templi habere custodem.*

VI. *Ut diem Ieiunii admittatur celebrare.*

Articulos hos Ecclesiae Antistes Jo. Iac. BREITINGERUS, d. 16. Decbr. Examinatorum Collegio dijudicandos proposuit, a quo conclusum fuit in sequentia.

Primus Art. *Admissus est ea lege, ut Ministrum utrumque absque sumtibus vel onere Amplmi. Magtus. & Collegii majoris ipsi alant.*

Quoad 2dum. *Permissum duas in Septimana habere conciones, adnexa monela, ut linguae germanicae gnaros, quantocyus fieri potest, ad conciones germ. mittant, quo receptæ linguæ asvesiant.*

Tertius. *Quia Novationem quandam redolet, ex qua cum temporis progressu Ecclesiæ quodpiam incommodum nasci posset, prorsus negatus est, & ipsi ad Seniores Consistorii Matrimonialis remissi.*

Ad 4tum. *Svadetur, ut concio præparatoria habeatur Dominica Antecedenti, & actio cum reliquis communicantibus celebretur.*

Ad 5tum. *Non posse illis concedi habere qui Templum aperiat, claudatve, quod id juris ad Nosocomium adtigmum spectet: sed permitti observatorem, qui cavillantes coerceat.*

6tum. *Unanimiter admissum est.*

Nempe id curae ad oculos prudentes Ecclesiae & Reip. Proceres habebant, ut Itali quantocyus linguae germanicae studio incumbant, & sacra cum tota Ecclesia celebrent. Duravit exercitium italice annos tres. Pastori partim Magistratus, partim Collegium Carolinum stipendium pependit, quibus remunerator sit secundum promissionem *o dicaios Midapodotes*.

CAP.



CAP. XVI.

§. I. 1620. Aug. & Sept.

Raetis junctae copiae Tigurinorum ac Bernensium Rebelles subjugare conantur, obnitentibus in ipsa Raetia Hispanizantibus; Venetis vero subsidii loco bona verba mittentibus. Ministri Evang. Alexius & à Porta capiuntur. Bernates æquo celerius festini Tirani ab Hispanis cæduntur. Re infecta exercitus in Raetiam remeat.

D*um Romae deliberatur, periisse saguntum* ab olim in diverbium abiit, & hac quoque vice novo exemplo comprobatum est. Enimvero Raetiae Legionibus jam egressis, Telinaque Valle cum Burmii Comitatu a Rebellibus ac eorum tutoribus Hispanis denuo occupatis munitisque, post repetitas saepius efflagitationes demum tandem Tigurini ac Bernates auxiliares copias confoederatis mittere decreverunt. Sed & nova heic impedimenta. Copiis Bernensibus iter jam ingressis Quinque Pagi Catholici ad oppidum Mellingam transitum praecludere moliebantur. Mille quingenti milites in ipso oppido, quadringenti alii ex Praefecturis transalpinis accersiti in Comitatu Uznacensi ad vim si necesse foret repellendam collocati erant. Ea re intellecta Bernates suis jam profectis Septem cohortes submiserunt viam aperturas, ac Lenzburgo jam bellica tormenta majora advehebantur sic, ut omnia conflictum spectare viderentur, cum Legatorum a Glaronensibus, Basiliensibus, ac Scaphusianis confestim missorum opera transacta res est; Bernatibusque iter non per Mellingam, sed per Vindonissam dictum; quod hi absque mora ingressi sunt, cohortibus septem ad sua remeantibus. Constabat Bernensium excercitus cohortibus septem, i. e. militibus bis mille & centum, quibus NICOLAUS à MYLLENEN fortis utique Heros Dux datus erat. His Tigurum venientibus, Tigurini quoque tres cohortes

cohortes ex ſuis, ſeu mille milites, Chiliarcho JO. JAC. STEINERO adjunxerunt. Sed proficiſcentibus cum tranſitum negaret Praefectus in Suitia, & incolas campanis paſſim locorum impulſis conclamaret, per Toggium Comitatum, Vallem Duriam, iter ſumi oportuit, quo ſuper Gambſium jugam inſtituto per Werdenbergam tandem in Sarunetum Comitatum appulerunt. Repellere & heic easdem conabatur Praefectus HELMLINUS excitatis ad arma in contrarium capeſſenda ſubditis: Sed his mandata ſurdis auribus excipientibus, adſunt Raetorum legati nunciantes, ni confoederatas cohortes viam ire ſinat, ſigno protinus dato e Raetia populos adventaturos, qui viam aperiant. Sic abque impedimento Helveticae cohortes Ponte telonii qui ſuper Rhenum eſt, cum jubilo ſuperato die 19 Aug. in Dominium Majaevillanum Raeticae Ditionis advenerunt, ubi diem unum quievere. Die Veneris, quae Auguſti 21. erat, Tigurini per Raetigojam, Davoſianamque tellurem & jugum Scalettae; Bernenſes vero per Curiam, Thoſanam, & Vallem Rheni inſtituto itinere, deinde ſuperato monte Speluceuſi per Clavennam ac Bregalliam in Oengadinam Superiorem uterque ſalvi acceſſerunt Archidux Leopoldus earum adventu audito vehementer excanduiſſe, hisque verbis: **das haben mir die fünf Catholiſche Ort nicht verſprochen,** pileum capiti detractum terrae illiſiſſe dicitur.

Interea Deſertinis ac Leguntinis qui mendaciis Rebellium, ac Hiſpanizantium ab expeditione in Vallem Telinam, ut ſupra innuimus detenti erant etiam Meſaucii a Gioërio exciti ſe adjunxerant, junctimque oppidum Iliantum ingreſſi tormenta bellica majora ſeptem, quae ibi erant cum omni apparatu bellico ſub ſua poteſtate eſſe jubebant, cogitantes hac via Populos Raeticos ad novum contra Venetizantes, (ſic loquebantur) Tribunal Cenſorium conſtituendum permovere; quare vi interminata non Griſaei modo Foederis catholicos omnes, ſed & ejus Foederis Evangelicos pleroſque volentes nolentes in conſilii Societatem pertraxerant. Quod cum cognoverunt Duo Foedera, Cathedrale, ac X. Juriſd. e Curia Legatos Iliantium mittunt illos hortantes poſitis tandem odiis ad ditiones amiſſas recuperandas vires ſuas Helvetiorum reliquorumque Raetorum copiis jam collectis adjungere. Ad quae, Griſaei, *ſe certas ac firmas* ajunt *a legatis Monarcharum, imo & ab ipſis ſubditis, Volturenis, habere promiſſiones, ſibi omnia absque ſanguinis effuſione reſtitui. Procurare ſe nunc abrogationem reſciſſionemque omnium a Thoſanenſi ac Davoſiano Tribunalibus Actorum, &*

cum

cum illa damnorum perpeſſorum aeſtimationem. Aliam Symbolam ad Rebellium oppugnationem dare recuſarunt. Excipiendi tamen ejus Foederis Evangelici. *Foveani* enim ab illis fuere impediti quominus voluntarios centum Moſchettarios mitterent. *Thoſanenſes*, *Montani*, *Sexamnini*, *ac Rhenani*, Clavennam quendam numerum in præſidium miſere; quo a X. Jurisdictionibus etiam *Corvantii & Alvonovani* miſſi fuere. Soli *Majævillani* pro limitibus ſuis cuſtodiendis relicti ſunt.

Copiae Bernenſium emenſo per Praegalliam itinere, Auguſti die ultima Tigurinis in Oengadina Superiore infra fontem Merulam caſtra metatis ſe conjunxerunt. Iſtis Duce JOHANNE GULERO comites ſe adjungunt *quinque* Foederis X. Jurisd. nempe, *Davoſianorum*, *Cœnobianorum*, *Caſtrenſium*, *Acerianorum*, *ac Scanavicenſium* cohortes, in totum Octingenti; duconti etiam *Oengadinenſium inferiorum*, & ducenti *Monaſterienſium* milites: Sic ut Exercitus Helvetico - Raetici numerus ad *quatuormille & ducentos* aſcenderit *). Hic per Caſſanam altiſſimum Scamſſienſium jugum, Luvinium Burmienſis Comitatus contermini Vallem ipſis Kal. Septembr. ingreſſus eſt, ubi deſerta omnia reperit, quod metu militis incolae omnes in Sylvis ſe abdidiſſent. Hi cum viderunt a milite vim nemini inferri, prodibant quaerentes: *Num Religionis ſibi relinquatur libertas?* quod audientes affirmari in genua prolapſi veniam petebant; eaque facile conceſſa fidem Raetis jurabant, Altera die Exercitus in Vallem Pedenucis progreſſus circa Templum a D. Martino nuncupatum vallo feſtino opere conſtructo, ac intra illud mille quingentis Hiſpanis, quibus JO. MEDICEUS Florentinus juſſa dabat conſpectis eos aggreſſus multa clade affectos loco cedere;

*) BALLARINUS numeravit *ſeptem mille & quingentos* Fel. Progr. pag. 17. Folianus Archip. Bormienſis in Mem. MS. *novem mille:* ALBERTI Nobilis Burm. in Hiſt. MS. *duodecim mille*, Teſte Quadrio Tom. II. pag. 207. Tanta diſcordantia incertitudinem ac falſitatem ſupputationis illorum evidenter indicante, ac ſi conſulto de numero multiplicando certarent. Digni quibus applicetur Pyrgopolinicis cum Artotrogo Paraſito ſuo fabula Plautina:

PYR. *Ecquid meminiſti? Memini* centum *in Cilicia*
et Quinquaginta centum *Sycolatronidæ.*
Triginta Sardi, Sexaginta *Macedones*, *ſunt homines*
tu quos occidiſti uno die.
PYR. *Quanta iſt hæc Hominum ſumma eſt?*
ART. Septem millia. PYR. *Tantum eſſe oportet, recte rationem tenes.*
ART. *At nullos habeo Scriptos, ſed memini tantum.*

ac in castrum Tiranum ad reliquas cohortes Hispanas remeare coegit. Dum alii alios ut in strage fit occidunt, etiam BARTHOLOMÆUS FLORINUS sacerdos e grege qui una cum Hispanis intra Vallum excubias agebat, venientesque Raetos Helvetiosque, stentorea voce Haereticos inclamabat, a militum uno detruncatur. Septembris, die tertia, quae Jovis erat, miles Raeticus ac Helveticus metrocomiam Burmium omni incola vacuum intrat, ibique inediam, quam antecedenti die perpessus erat, abundanti cibo, largaque potatione explet. Vicum illum aedificiis splendidum non modo opulenti incolunt cives perplures: Sed & eo ceu in locum tutum totius Comitatus incolae omnem fere commeatum deportaverant. Noctem secutam Tigurini cum Bernatibus extra vicum sub diu in excubiis egerunt: Soli Raeti (si certa tradat WASERUS) totam noctem oberrarunt exquirendo, diripiendo. Sed prae caeteris Monasterienses ob recentem Patriae ab Austriaciis direptae ac devastatae memoriam irritatiores, rapiendo, claustra ac cistas effringendo ingeniosos se exhibuisse, multaquae praeda onustos equos clitellarios suis in Raetiam misisse dicebantur. Auditi etiam sunt nefarii quidam, (nil enim dissimulare decet) de Poculo uno argenteo, nec non de Imagine Crucifixi pariter argentea e quopiam sacello sublatis, inter se gloriari; cujus facti notitia Duces vehementer in iram conjecit; ut Preconis voce non modo Edictum proclamari curaverint: *ne quis militum sub Capitis poena ullam domum rapina tentare, aut e Templis quidquam surripere audeat*, sed & prae omnium Templorum, sacellorumque foribus custodes stare voluerint. Tangi haec oportuit, quod haud diu post sparsis tum germanico tum italico idiomate libellis licentia haec militum mille figmentis ac mendaciis aucta, ex aggerataque traducta sit *).

Cogi-

*) Libelli *Germ.* titulus est Kelchkrieg, seu plenius: Kurzer und wahrhaftiger Bericht des Kelchkriegs, so von den Calvinischen Pündtneren, und Zwinglischen Zürcheren und Berneren im Veltlin vollbracht worden 1620. Altdorfii Uranior. in 4to. editus. *Italici: Relazione dell' empia sceleragine de i Bernesi, e Zurigani, e Griggioni Eretici, nella loro passata in Valtelina. Milano, nella Regia Ducal Corte per M. Malatesta.* 1620. Dicitur in illis præter alia: „Hæreticos Sacerdoti Florino in oppido Burmii deprehenso virilia abscidisse, „tunc ligno crassissimo collo illigato in flumen præcipitem dedisse, altaria „diruisse, baptisteria subvertisse, equos in Templa deduxisse, & aqua lustrali „potavisse, calceos oleo Sacro inunxisse &c „ quæ omni veritatis colore & humanitatis sensu destituta, ac ad invidiam conflandam ferventibus odiis inventa

nemo

Cogitantes tunc Exercitus Duces, non cum Volturenis Raetorum rebellibus modo, ſed cum Hiſpani Monarcharum Europae potentiſſimi copiis rem ſibi fore, confederatorum ac primo quidem loco Venetorum, de quorum auxilio PETRUS VICUS Venetorum Legatus Raeticis Comitiis ante copiarum Helveticarum adventum certam ſpem fecerat (*a*) promtam opem poſtulare & expediens & neceſſarium duxerunt. Id opus HERCULI SALICEO & CONSTANTINO PLANTA demandatum; qui die ſtatim 4ta Sept. per Gabiam montem, Vallemque Camonicam viae ſe dederunt. Federati Belgii ordines antequam Rebellio prorupit amiciſſimas ad Raetos dederant litteras, quibus ad concordiam, ac fortitudinem, utque vicinis amicis Venetis foedere ſe jungant, exhortabantur. Ad hos igitur & ad Britanniae Regem, nec non ad Unionem Proteſtantium Germaniae litterae exarantur quibus conſilium & auxilium petebant; quae JOANNI à PORTA, & GASPARI ALEXIO Miniſtrorum Caſtrenſium in Exercitu officio gerentibus deferendae traduntur, quique etiam ſine mora iter inde ingreſſi ſunt. Tunc tentare etiam Vallistelinenſium animos, eosque benigno modo ad fidem revocare invitareque Duces ſtatuerunt. Ad Volturenos itaque fratres duo bonae famae viri Gabriel, & Jo. Ant. de Zuccola gente & ipſi Valtelini cum publicis litteris Bormio miſſi ſunt, quibus *venia præteritorum ſi ad obedientiam redeant ac liberum religionis exercitium promittebatur* Tantum vero abeſt eas Populo explicare datum ſit, ut potius a Rebellium coryphaeis in Vincula conjecti, Joannes Antonius etiam torturae ſubjectus, uterque pecuniae ſumma non exigua mulctati ſunt. Cum igitur a Venetis nuncius non veniret, ulterioris morae pertaeſus exercitus d. 9. Sept. in Vallem Telinam movit, dejectisque paſſim locorum

nemo non prudens omni tempore vidit, ac Stupeas a Quadrio Vol. II. p. 207. potuiſſe repeti. Veri amantibus ſe probant Sprecheri verba dicentis: *Nefarios aliquos milites ex Templis contra mandata Ducum aliqua ſurripuiſſe, verum eſt: e contra falſiſſima alia in ſcripto a malevolis publicato* modo memorata. *Egomet Burmienſes aliquos catholicos, qui ibi ſemper fuerunt diligenter interrogavi, qui hæc vera eſſe negarunt.* Hiſt. Mot. pag. 158. 159. Libelli famoſi refutati ſunt ſcripto ſequenti titulo edito: Gründliche Wiederlegung eines Ehrrührigen Pasquils, und unmenſchlichen Läſterſchrift, ſo neulicher Zeit unter dem Titul Kelchkrieg wieder die loblichen Städt und Ständ Zürich, Bern, und Pündt, wie auch etliche particular Perſonen in offenen Truck ausgangen. Ao. 1621.

(*a*) Spr. pag. 133.

hostibus, qui intineribus insidebant prope ad Tiranum usque feliciter pervenit. Ibi Nuncius ab Andrea Paruta Venetorum Bergomi Provisore missus referebat: *duas circiter Hispanorum legiones, nec non aliquas cohortes italicas, insupra & Pimentellum cum Equitatu Vallem Tellinam ingressos, Tiranumque petere, eodemque etiam tormenta bellica majora ex Ducatu Mediol. devehi, adeoque oppidum jam munitum absque tormentis bellicis majoribus capi non posse.* Vera illum referre multi dubitabant, quod Nuncio (Nic. Barbulio nomen erat) cum Robustello familiaritatem intercedere notum esset. Morae itaque impatiens Exercitus Hostem aggredi statuit, Tiranumque petentibus convenit debere Bernates viam incedere regiam, Tigurinos partem inferiorem secus Abduam, Raetos vero callium magis peritos montem tenere, omnes prope fanum D. Gothardi una supra castrum Tirani lapide subsistere, indeque viribus conjunctis oppidum Tiranum adoriri.

Bernensibus festinantibus, & celerius quam providos decet viam procedentibus ob viam veniunt Equites Hispani, eosque ut propius ad moenia ducant lacessunt; in vineis quippe post muros qui illic locorum ad duorum ac trium Virorum altitudinem assurgunt Hispani se absconditerant, qui proin a pedestribus Helvetiis nullo modo observari potuerunt; in aliquibus locis etiam vites inciderant murosque complanaverant, ut cursus ac pugna Equitatus liberior esset. Heic locorum, Bernatum alii svadebant recedere, ac reliquarum etiam cohortium adventum exspectare. Sed eos audire renuit Dux de Mylenen ajens: instare jam Tempus quo se defendant, ac viriliter agant. Ita pedem ultra Vallem dictam clausam promoventes in Hostem omni nisu feruntur; Hostis vero pede relato intra Vallum redecit. Tam angusta ibi via est, ut vix quinque capiat armatos: tuncque qui in insidiis stabant provolantes murorum angustiis clausos cingunt: alii ex Vallo tormenta majora exonerant sic ut momento 200. fortissimi Viri Bernenses ceciderint, & circ. 50. Sauciati sint. Momento inquam ultimi enim ordinum quid de Duce ac commilitibus qui praeibant factum sit citius non sciverunt quam Hoste sibi quoque imminere conspecto. Nempe undiquaque cinctis, ac telis omnium expositis nec locus ad elabendum, nec modus ad defendendum fuit. Dux de Mylenen de deditione interpellatus respondit: Se velle in armis mori. Sic & ipse, cum reliquis Bernensium Capitaneis, uno Bindero. Excepto confossus est. Aliqui

Abdua

Abdua abſorpti, Multi tranarunt, ac per proximum Pontem ad Tigurinos remearunt. Alii ſuperato monte Albiola Peſclavium evaſerunt.

Tigurini, ſuorum audita caede, pariter & Raeti acie bene formata adſunt, disjectos a clade Bernates in ordines ſuos recipiunt, ac Hoſtes denuo aggreſſi ex campis & aggeribus fugant. Pugnatum eſt a decima Antemeridiana ad quartam quintamve usque poſt meridiem. Alii 10. horas continuas numerant. Iam in oppido trepidatio, cum maxime inter Volturenos. ROBUSTELLUS & FRANC. VENOSTA ſarcinis convaſatis jam fugam moliebantur. SIMON VENOSTA Corypheorum unus per medios oppidi vicos hortando ad fugam currebat Hiſpani omnem apparatum bellicum ex Praetorio, ubi aſſervabatur, efferri curaverant: plerique quoque Equites, & Peditum duae cohortes jam viam progrediebantur. Aſt Helvetiis, Raetisque jam et pulvis & globuli tormentarii dificiebant; nec Scalae, nec alia ad oppugnationem neceſſaria aderant, feſſi denique longo certamine de receſſu deliberarunt. Igitur poſtquam Mylineum, caeterosque ſuos tum Capitaneos, tum milites inhumaſſent, aſſumtis ſecum Sauciis lento gradu verſus Mazzium iter ingrediuntur. Aliquantulum progreſſi ſubſiſtunt, viſuri num oppido quis egredi eosve inſequi audeat. Sed nemo comparuit. Hoc prelio nobilitata eſt dies $\frac{1}{11}$ Sept. Redeuntes, Groſſubti aedibus ROBUSTELLI, & Groſii aedibus Marci Ant. Venoſtae ignes ſubiecerunt, quo totae conflagrarunt. Die Dominica, quae XIII. Sept. numerabatur deliberatum fuit, Burmii ſe communire, ac majora auxilia acceſſere: Sed cum nec a Venetis, nec a Gallo ulla in tempore venirent, milites vero pulveris, globorum, funicolorumque tormentariorum penuria laborarent, dilabi coeperunt. Conabantur quidem Tigurini, Monaſterienſes, ac Davoſiani militem ſiſtere, ſed laborem videntes fruſtraneum, igitur & ipſi poſtridie in Luviniam Vallem, & ſecuta die, Menſis XIVta. in Superiorem Oengadinam appulerunt. Raeti ad domus ſuas abierunt. Helvetii poſitis Scamffii, Zuzii, Maduleinae, ac Campovaſti caſtris, Dominorum ſuorum exſpectare mandata voluere Menſe Septembri exeunte in Oengadinam venerunt a Senatu Turicenſi miſſi Proconſul BRAUNIUS, & CONRADUS GREBELIUS geſta exploraturi: hique revertentes litteris d. 23. Sept. ſt. v. Davoſio ex itinere datis, ſuos in Dominium Majaevillanum demigrare jubent, Cohortibus diſcedentibus ob adfectum auxiliumque praeſtitum, publico nomine ANTH. TRAVERSIUS Judex Sup. Oeng. FORT. JUVALTA, VICTOR TRAVERSIUS, LAUR. WIE-

WIEZELIUS, PETRUS CONRADINUS à PLANTA, aliique Proceres solennes ac impensas gratias egerunt.

HERCULES à SALICE Venetias adpulit morbo correptus; audito deinde de clade Tirani, infectisque rebus Bormio discessione exercitus nuncio, tantopere indulsit dolori, ut mox inibi d. 27. Septembr. extremum diem clauserit, (*aa*) a Serenissimo Senatu magnifica pompa d. 20. Novbr. publice elatus, singulari aestimationis ac observantiae documento, cum Evangelicam profiteretur Religionem *). Corpus illius rite conditum postea SOLIUM transportatum, & Tumbae sepulcrali Gentilitiae illatum est, ubi conquiescit. (*bb*)

Epi-

(*aa*) Sprech. pag. 168.

*) Vir erat (teste SPRECHERO l. c.) in litteris ac rebus politicis insigniter versatus, & eloquio potens. Moriens fidem in Deum, amorem in Patriam testatus amicitiam cum Helvetiis, & Venetis impense commendavit. Nomini illius observantiam testaturus CASP. WASERUS Turicensis Theologus, hos edidit Ao. 1611. hendeca Syllabos.

HERCULES A SALIS,

As es ille charus.

Drachmae nummulus ille gloriosus
quem femellula reppeRisse fertur
Verrens anxia contubernium omne
fulgens est Hominis typus fidelis
toto pectore poenitentis. Assis
hujus instar, erat genus misellum
humanum undique perditum, putrentis
peccati in lue. Venit illibata
natus Virgine, CHRISTUS ut fideles
Suos quaereret & bearet, ipsi
Pater quos dederat benignus: horum
postquam crimina Solus innocenti
crucis morte piasset. E fideli,
hoc cum sis grege, nobilis Satrapa
HERCULES, radiate Sol potentum
Rhaetorum: fatearis est necesse
Quod si ES quoque tu ASsis ILLE CHARUS
quem quaerit, vocat, adtrahit, beatque
CHRISTUS; qui hactenus es secutus illum
fide firma, animoque penitenti?

(*bb*) Romainmotier Hist. Milit. de Suisse. Tom. II. pag. 270.

Epitaphium ei positum hanc monstrat inscriptionem *).

PATRIA NULLA SOLO, PATRIA SOLA POLO

HERCULES A SALIS RHÆTUS EQUES AURATUS

PLURIBUS IN PATRIA PUBLICIS MUNERIBUS

ET AD GALLIÆ REGEM

SERENISSIM. VENETUM PRINCIPEM

ET CONFOEDERATOS HELVETIOS

LEGATIONIBUS CUM LAUDE FUNCTUS.

RUENTE RHÆT. REP. AD INCLINATOS LIBERTATIS

PROPUGNATORES VENIT ORATOR, INCLINATIS REBUS

SUBSIDIUM QUÆRENS PATRIÆ.

COELESTI PATRIA DONATUS

OBIIT ANNO MDCXX. XVII. SEPTEMB.

Duo Ministri Evangelici JO. à PORTA & GASPAR ALEXIUS commissum fideliter exsecuturi, congregatis Aroviae legatis Tetrapolitanis Raetiae labascentis statum praesentes enixe commendarunt, abque iisdem ad FRIDERICUM neoelectum Bohemiae Regem, ad Unionem Protestantium, & ad Belgii foed. ordines commendari petierunt. Sed non obtinuerunt; excusantibus legatis, dicendo: Raetiam inter se discordare, sic ut respuant alii auxilium, quod summa contentione alii efflagitant. Addebant, exiguam ad modum esse spem cujuspiam auxilii a Prot. Germ. obtinendi, cum Palatini res in summo discrimine versentur, ac tum populi, tum pecuniarum maxime sit indigus ipse. Privati tamen commendatitiis illos comitati sunt. Basileæ commorantes, ac cum quibus e re videbatur consilia miscentes a quodam W. (nescio Walthero

*) Eam exhibet etiam TANJOLA in App. ad Basil. Sep. pag. 79.

Walthero an Wolfgango) RATICH olim Capucino, tunc quidem temporis ordine deserto Marchionis Bada-Durlacensis Consiliario, sed discessum ab Ecclesia Reformata cogitante, agniti, utque gratiam suorum rursus iniret, Austriacis indicati fuisse dicuntur *); quae suspicio confirmata fuit ex eo, quod ille haud diu post Brundrutum se recipiens ab Episcopo WILH. RINCKIO de Baldensteina benignissime exceptus fuit. Quidquid ejus sit, Brisacum venientes, ac parum in diversorio morati Magistratus jussu die $\frac{14}{24}$ Sept. comprehenduntur. Videntes quae secum designentur, cuidam una accumbenti Argentoratensi, haud dubie Evangelico, antequam sibi lictores manus injiciant, litteras ac Scripta quae habebant furtim commendant, qui etiam summa fide effecit ut ad loca destinata pervenerint. Custodiebantur captivi in castello separati ab omni aditu prohibiti: utrique S. Bibliorum liber, qui ipsis summae utique consolatione fuit, datus; victus etiam ad necessitatem, sed quem secuta liberatione propriis impensis solvere debuerunt. Inde, sufficienti cum custodia, curru publici cursoris, secretissime Oeniponta deducti sunt, ubi post duorum dierum institutum examen una domo, sed diversis cubiculis Septimanas sex custoditi sunt, iisque exactis in carcerem publicum deducti; in quo ad medium usque Decembrem Anni MDCXXII. inter multa ludibria, cruciatus, ac mortis angores detenti fuere. Turicensis Senatus a Magistratu Brisaci, ab Archid. LEOPOLDO, a Consiliariis Oenipontanis duorum integerrimorum Virorum, quibus aliud crimini dari non poterat quam quod ad Patriam juvandam quaevis licita media tentaverint liberationem saepius, enixe, at frustra petiit. Raetica Synodus Evangelica, simulque in ejus gratiam etiam Turicense Pastorum ac Professorum Collegium datis ad Eccles. Ref. Belgicarum Directores intercessoriis ut per Potentissimos ordines captivorum dimissio impetretur flagitarunt, sed irrito semper labore: malevolis Raetiae apud Oenipontanos praevalentibus. Nec dubium eos fuisse supplicio reservatos; nisi ipsius Curiensis Episcopi precibus, in redemtionem Ducis BALDIRONI Curiae a Raetigoiis detenti, Anno demum MDCXXII. exeunte liberatio data esset, ut suo exponetur loco.

Post

*) Ni fallar hic ipse est, quem MORHOFFIUS novam latinae linguae docendae methodum tradidisse docet. Polyhist. Part. I. Lib. II. Cap. X. pag. m. 451. Sq.

Post Copiarum Helvetico Raeticarum discessum Voltureni Deo grati ac devoti videri volentes, diem XI. Septembris Divis PROTO ac HYACINTO Sacram, qua cladem Bernates passi erant, festam esse voluere, mandantes eam in victoriae partae memoriam quotannis celebrari. Concilium Tridentinum, & Calendarium Gregorianum publicata. Indulgentiis, aliisque Romani Pontificis edictis, quae Raeti hactenus recipere recusarant plena vis addicta. Ecclesiastici novo Zelo incensi Templa in quibus Evangelici Sacra sua exercuerant & coemiteria, ubi sepeliebantur resacrare instituerunt; eorumque jussu Sondrii, Berbenni, Caspani, Trahonae &c. Luthetanorum cadavera sepulcris extrahebantur, comburebantur, cineres in aquas disiiciebantur. Berbenni etiam exhumata negligebantur, & a canibus lacerabantur (*b*). In semet etiam, defaecati jam catholici saeviebant, nempe in praeda dividenda convenire nescientes. Cancellarius Trahonae Prosper Paravicinus cum famulo, a Jo. Iac. Paravicino aliisque interfectus est. Germanum fratrem Horatium Doctor Jo. Iac. Paribellus Sclopeto transverberavit. Inter exterum militem etiam & incolas diffidia frequentia erant. Grassabatur per omnem Vallem contagiosa cephalalgia, quae cum maxime in Tertiario Tirani saeviit; cujus originem medici metui ex strepitu armorum conceptu adscribebant (*c*).

(*b*) Sprech. pag. 171. Quadr. Tom. II. pag. 231.
(*c*) Sprech. pag. 172. & 182.

---

§. II. 1620. Octobr. ---- Decembr.

Hispanizantes Raetiae auro Hisp. audinti quinque cohortes ex V. Pagis Cathol. Helvetiae in Raetiam accessunt. Eorum in Raetia acta. Guefferus in Rhaetiam accersitur. Foedus Grisaeum Deputatos Mediolanum legat cum Duce Feria tractaturos.

Hispanizantes Raeti felicem copiarum ad subigendos rebelles in Vallem Telinam profectarum successum metuentes, varia ad

earum conatum frangendum miscebant consilia. Tunc Lugani commorans Apostolicus apud Helvetios nuncius LUDOVICUS SAREGUS Adriensis Episcopus litteris ad Desertinum Abbatem SEB. CASTELBERGIUM sub d. 17. Aug. 1620. exaratis *Nunc tempus esse* ajebat *Vesperas siculas cum Ministris Lutheranis, quem ad modum ipse cum Praelatis ac Sacerdotibus catholicis voluerunt* (vulgatae erant calumniae) *celebrandi. Nam cum major Raetorum Hæreticorum pars nunc in Valle Telina sit. Catholicis facile esse eos qui in regione sunt occidere: ac debere ad id faciendum Abbatem catholicos exhortari, ut semel regio ab hac peste liberetur. Sed require, ut negotium majori promtitudine, celeritate, ordine, ac animo perficiatur.* Ipse GUEFFERIUS, quod stupeas, litteris ad eund. Abbatem Desertinum d. ult. Aug. Salodoro exaratis *Vocem ac famam certam esse* scribebat *quod si catholici Raeti etiam in Vallem Telinam proficiscantur ac Raetis Evangelicis se jungant, fore ut ab Hæreticis omnes jugulentur; ac ni Tiguri ac Bernates a Raetis sua regione amandentur, in re Raetica nihil perfici posse.* De eo etiam quaerebatur, *quod Helvetii catholici contra quam promiserant Bernensibus, Tigurinisque transitum permiserint* (*a*). Ad scopum consequendum Hispanizantium Primicerii rem hoc modo adorti sunt. Litteris a JO. SIM. FLORINO Foederis Grisei Judice Provinciali subscriptis, Foederisque Sigillo munitis, Salodorum ad GUEFFERIUM Galliae Regis & Uraniam ad CASATUM Hispaniae Regis legatos profecti JACOBUS TUSCANUS Vallis Misaucinae Vicarius & Canonicus Curiensis, LUCIUS à MONTE, & JO. GIOERIUS ad vim Haereticorum Raetorum eisque associatorum Turicensium, Bernensiiumque repellendam (eorum verba sunt) militem petebant. Vulgus commovebant producta famosa illa *Prædicantium Instructione, litterisque* adnexis, multaque de Raetorum Evangelicorum in Romano - catholicos insolentia blaterando, tanta ut illos his *septem Templa* vi & per nefas ademisse, jactarent, & hujus furfuris alia. Legatus Hispanus rebus suis intentus pro alendis quinque cohortibus nummos promtus enumerat, sed auspiciis quinque Pagorum catholicorum. Consilio ipse Guefferius adsensus est; sumtus non erogavit. Cohortes hae conscriptae, numero mille & quingenti milites Duce Illustri inter Uranios Viro JOANNE CONRADO à BEROLDINGEN d. ult. Augusti. 11. Sept. Desertinam, appellunt; indeque Ilantium descendunt ubi totos 15. dies

(*a*) Spr. p. 143. & 192. Anh. pag. 224. la Valteline p. 232. sq.

dies moras trahunt: Aeventu horum Grisaei animosiores redditi Evangelicos ejus Foederis ad suum nutum vivere jubent, passimque vagando diripiendoque multa licentiose agunt. Praepostero acti zelo STEPHANI GABRIELIS Ilantini Ecclesiastae aedes ingressi vestes, resque pretiosiores auferunt, supellectilem librariam omnem vulcano tradient foribus patibulum, illique Gabrielem suspensum depingunt. Clamabant: Talem se fabulam cum omnibus Praedicantibus ludere velle. Et cum rerum status talis esset, ut quod vellent possent, auditis ejus generis minis plerique Ecclesiarum illius Foederis Ministri, periculum evitaturi in alias Raetiae partes concedunt. Tunc reclusis Tabulariis Scripta protracta, omniaque pervoluta; denique tormenta bellica sub oppidi Portam instructa sunt. His conspectis, Evangelici jam in se cudi fabam non suspicabantur, sed metuebant; maxime cum illis diebus in manus incideret cujusdam NICOLAI BROCCI Calanchensis ad fratrem in Patria viventem, Epistola, quae totum drama absque involucro exponebat*). Eam

*) Eae sic Sonant. *Lieber Bruder, mein Grus &c. Wüsse das Wir mit unserm Fähnlj gesund sind zu Kästris. Die anderen Fähnlj unsers Pundts sind in die umliegenden Flecken zertheilt mit einem Regiment Schweitzer; nemlich die Fähnlj ob dem Wald, darunter sind 300. Soldaten. Wüsse auch das mit unserm und noch 2. anderen Fähnlinen und mit 2. Stucken grosses Geschützes Wir auf Thusis zurucken werden: die anderen werden mit den übrigen grossen Stücken und Mörsel auf Chur ziehen: zwey Fähnlj werden zu Ilanz verbleiben. Also das Ich achte es werde ein Blutbad der* Lutheranern *abgeben. Der* Guler, *und andere Fürnehmste der drey Pündten seind abwesend aus dem Vatterland, und lassend Ihr fahrend was sie mögend hinwegführen Der* Planta *zeucht mit 4000. guter Soldaten wieder das Ober Engadin, und ist die Sag, das in 10. bis 15. Tagen 12000. Mann zusamen stossen werden. Ich achte dafür es werde ein Theil des Volks auf* Masox; *darum wollest die Freund warnen. Die Zürcher und Berner ziehen alle Tag nach Haus, und ist die Red das sich schier keine mehr in unserm Land befinden. Die* Spanier *und* Veltliner *besteigen die Spitz der Gebirg, nicht anders dann die Jäger. Ich hätte viel zu schreiben: aber jetzund unterlasse Ichs. Ich will bey'm ersten Heimkommen. Schicke gen* Luggaris *um mein Büchs und Pistolen. Den 25. Sept. Ao. 1620.*

Subscr.

NICOLAUS BROCCUS.

Eam ob causam Magistratus Thosanensis, & sexaminus ad Foedus X. Jurisdictionum monitorias exararunt, tendentes cavere ne uno secum discrimine involvantur *).

Die $\frac{10}{21}$ Sept. frequens Raeticorum Oratorum Curiae Senatus habetur, coram quo una cum aliquot aliis se sistens GEORGIUS de GEORGIIS nomine Vexillorum Foederis Grisei petebat. *1mo. Omnia Manifesta, Scripta calumniosa, ac Pasquilla ab utraque Parte edita, simulque etiam Instrumentum Articulorum Anno 1619. juratorum aboleri, igniqne tradi, ac provideri ne dehinc ulla ejus generis Scripta amplius edantur. 2do. Regis Galliæ Legatum in Raetiam revocari, ac Foedus cum illo Rege sancitum sancte observari. 3tio. Proscriptis Judicium Neutrale assignari, quod causas revideat, dirimat. 4to. Literas, scriptaque alia cujuscunque valoris, Sententias, ac Protocollo, ex quibus Judicia formata fuere, Vexillis extradari, & ni id fiat vim adhiberi. 5to. Omnes Corypheos ac incentores Seditionum pro merito puniri.*

In tanti momenti re Oratores excellentem prudentia & litteris virum, olire in Accademia Patavina Rectorem, THOMAM de SCHAUENSTEIN, Baronem in Haldenstein consulvere **), qui omnem vertentis causae cognitionem, judiciumque novem viris, quorum tres catholici, tres Evangelici, tres vero Helvetii esse deberent comittendum. Sique inter hos minus conveniat Dominum de VICO Christianissimi olim apud Raetos Legatum in partes vocandum, ei arbitrium deferendum, ejusque judicio standum esse svadebat. Placuit pacis amantioribus consilium, delectique ex Grisaeis fuere Foederis Praeses de MONTALTA, Praefectus CASP. à SCHAUENSTEINA; ex Cathedralibus JO. LUCIUS GUGELBERGIUS, & FORT. à JUVALTIS; ex tertii denique Foederis FORT. SPRECHERUS notus Historicus & GUB. POLETA Alvanovanus: dumquae

*) Præter alia his verbis exprimunt: *Unter dem Schein ein unpartheisch Gericht zu suchen, seind sie gesinnet den* Evangelischen *ein Bad zu überthun. Darumb ist unser Meinung das die* Evangelischen *sich sollen der Stadt Chur bemächtigen, damit die Römisch – Catholischen darein nicht nisten, und allda etwas ungereimtes anfangen.* dat. d. 16. Aug. 1620.

**) Eximini hujus Viri polymatueian, dexteriatatemque celebrat WASERI Anagrammatismus, Ao. 1611. editus, quem hic adponimus.

THO-

dumquae cognoſcendae cauſae incumbunt de induciis conventum. Sed quidquid illi conſulerent, militum vulgus conditiones abnuit, ac ni ſibi promte petita dentur & Senatui . & Populis Raetiae diverſum ſentientibus vim audacter interminabatur, ſimulque a Curienſibus intra urbem admitti poſtulabat; quod vero a Curienſibus legatis aſſa voce denegatum. Haec conſilia cum palato Griſaeorum non ſatisfecerent, ipſimet tempori ac viribus praeſentibus fidentes rem aggreſſi, Novas litteras Foederales, quibus priſca Reipubl. Statuta convellebantur, ac Religionis Evang. jura reſtringebantur reliquis Communitatibus obtrudere conantur. Quid quod Vallem Telinam ac Burmium a Hiſpano ſibi (ut quioem credebant) reſtituenda, ſoli ſuo Foederi aperte arrogare audebant *), & ne deſignatis effectus deeſſet, vi adhibita Communitates compellere

THOMAS A SCHAUENSTEIN.

Anagr. *Huc ſtat Mas ſine nævo.*

Illuſtriſſime Vir, celebriori
SCHAVVENSTEINIADUM create ſtirpe:
Si quem divitiae beant potentes;
Si quem cerae generis beant vetuſtae
Quem dotes animi beant politae
is naevo ſine repputatur eſſe
certe Tu Sine mi putaris eſſe
cui tot divitias potentiores
tot ceras generis vetuſtiores
tot dotes Animi politiores
Copiae *Keras* illud erogavit
Dona

Dona caetera praeteribo: Mentis
quam ſunt, obſecro, magna & alta dona
Quod audis Polyglottus expolitus;
Poeta, Hiſtoricusque perperitus;
nec non Philoſophus pereruditus;
Doctor Juris & utriusque Scitus
Haec ob munera tot Scientiarum
Hæc ob dona tot elegantiarum
fauſto Numine Præſides Verendi
Patavinæ Academiæ efferendæ
Rectorem ſibi Te creare, amare
tantæ laudi habuere, tamquam raræ.
O ter maxima, optima illa dona!
Quis ſi quiSquam alius putatur eſſe:
MAS NAEVO SINE, tu puteris eſſe.

*) *Schreiben der VIII. Fähndli, an die Stadt Chur, IV. Dörffer und Herrſchafft Meyenfeld.*

Fromme

compellere in animum inducunt; sumtisque secum duobus tormentis bellicis majoribus & Quinque pagicorum cohortibus die $\frac{16}{27}$ Sep in planitiem descendunt Amisii prope Curiam, Richenovii, Taminii, Raetii, ac Bonadulcii castra metantur, indeque urbe Curia occupata in Quatuor-Pagos ac Majaevillanum Dominium demigrare cogitantes. Id praesentientes Raetigoii, aliique obtinuere a Proconsule Tig. BRÆMIO & GREBELIO illis diebus ad cohortes suas in Oengadinam Superiorem missis

Fromme, Fürsichtige. &c.

Ihr werdet nunmehr genugsam berichtet seyn worden, was massen es unserm grawen Pundt geliebt und gefallen nochmahlen zu Besserung unsers leyden stands, zu pflanzung des allgemeinen Friedens, Ruh und Einigkeit, zu Eroberung unserer und unserer Unterthanen Landen, zu erhaltung unserer eigenen Freyheiten und Herrlichkeiten unsere Fähnli zu lupfen, und uns laut dem alten Pundsbrieff unsers Punds wiederum zu vereinigen und zu erneueren auch etliche Articul gestellet, und von den Mehren schier einhellig angenommen, wie Ihr zu seiner Zeit werdet verstandiget werden. Dieweil Wir aber unsers Orts nicht gesinnet uns von Euch geliebten Pundsgenossen zu söndern, söndern vielmehr auch nach allen ehrlichen und gebührlichen Mittlen zu trachten, wie Wir als obgesagt. Sammethaft möchten zu einem und ewigen Frieden gelangen, den arbeitseligen und elenden Stand verbesseren, die Guten schützen, auch alle Lasterhafte nach Gebühr abstraffen. So ist dan unser freundlich Ersuchen, Bitten und Vermahnen, das Ihr angänz in Angesicht dessen namlich dies 16. Octobr. *auch mit Eweren Fahnen und einer Anzahl Volks mit vollmächtigem Gewalt zu uns verfügen, damit man diesen langwierrigen Streitigkeiten ein Endschaft machen, und fürterlich ab den Kosten kommen mögen. Wir protestiren auch wieder alle Saumselige, und Ursächer alles Unheils und Unglücks; wegen des Kostens der hierdurch auflauffen möchte, solchen bey Ihnen zu suchen; und fehrner* (NB.) *das Wir allein nach Mittlen trachten wollen wie Wir das Land Veltlin für unsern Pund durch Gottes Gnade erholen, und die Unterthanen zu gebührlicher Gehorsame bringen mögen, und in künftigen Zeiten mit Euch werden tagen, noch anders zu handlen, söndern als der älteste Pundt unsern Sachen selbs provediren, und Vorsehung thun, und uns von Euch separiren und absönderen.*

Geben Ober Ems den 12. Octobr. Ao. 1620.

E. G. L. P. G. Land Richter, Oberster, Haubt-und Befehlsleut der VIII. Fähnli des Obern grauen Punds, allhie versamlet.

missis, eas in Dominium Majaev. evocari, ad auxilia praesto futuras: quae etiam mandato obsequentes statim iter ingressae superato Scalettae jugo, prima die Davosium, altera Fiderisium, tertia Crucium, quarta denique quae $\frac{29}{10}$ Octobris erat, Dominium Majaevillanum adtigerunt; ubi Bernates apud Ciceríanos, Igiensesque; Tigurini vero Malansii ac Majaevillae sua castra posuerunt simulque & clivum D. LUCII custodiebant. Erant vero Grisaei ac quinquepagici, hospites ubi locorum subsederant valde ingrati; rapto enim vivebant: insupra Evangelicis summopere injurii. Ultro omittimus injurias militum in Religionem reformatam voces, a solita debachandi libidine profectas; cum vero quaedam jam typis evulgata reperiantur, unum alterumve exemplum adponamus necesse est. Alto - Trinii cohortis Lucernensis Capitaneus FLEKKENSTEINIUS Evangelicis ibi loci congregatis in faciem dixit: Wir wollen die kätzerisch Religion erstlich in Pündten, darnach in der ganzen Eidgenoßschaft ausreuten: darzu verhilft uns der König in Hispania. Tamini cohortium Duces GEORGIO CAZINO ejus Ecclesiae Pastori, ac Eccl. Foederis Grisaei Decano in eundem sensum: Jetz ist es Zeit er müsse bald seinen kätzerischen Mantel abthun, und Meß lesen. Ibidem loci milites per fenestram Templum ingressi, clepsiydra ablata suggestum ac Pluteum humano (sit venia verbis) excremento obleverunt, Patibulo Templi foribus inciso, cui a dextera haec se verba legenda offerebant: Die Lutherischen und Zwinglischen Kätzer gehören alle an den Galgen. Ad finistram vero haec: Sie gehören nicht mehr an den Galgen, sondern mit Leib und Seel in den Abgrund der Höllen. Foribus dicti CAZINI sequetes Rythmi inscripti visebantur:

Zürich, Bern, und Basel,
Der faul kätzerisch Fasel
Samt der Schaffhuser Zechgesellen
Brennen all im Grund der Höllen. (*b*)

Helvetii pro Comitis Badenae d. $\frac{14}{24}$ Sept. congregati Raeticarum rerum statu in considerationem tracto suis utriusque partis cohortibus ad proxima

(*b*) Anh. p. 124. sq.

proxima usque Comitia instante M. Octobri habenda Armistitium intimarunt; quod & religiose sevatum. Conceptos Grisæorum articulos qui cognoscere cupit, infra subjectos legere potest: Articulos vide sub fine Capitis.

Dum se Raeti vexant, Archidux LEOPOLDUS militi Austriaco, qui in finibus Raetigoviae & clivi D. LUCII dispositus stabat, adhuc selectos mille viros a Salisburgensi Archiepiscopo PARIDE LADRONO impetratos addidit, quorum pars oenotrii in Oengadine collimitio collocata. Tunc ne contentioni desit causa Sylvam in Aquella territorii Oengadinensis abs Tyrolensibus caedi jubet, operariis dato custode milite Salisburgensi. Eam sui territorii violationem ferre nolentes Celinenses ac Remussiani Sylvae Domini, armati excurrentes operarios depulerunt, & aggeres Austriacorum occuparunt. Hinc sumta occasione, Archidux datis ad III. Foed. quaerulis litteris rupti foederis haereditarii Raetos arguebat: ad quas Grisaei responderunt: Sibi *cum inferioribus Oengadinis hominibus semper tumultuosis nihil commune esse, nec se adversus Austriacam vim, ullam illis opem laturos;* inque super petierunt *captivos duos Ministros* ALEXIUM & à PORTA *super rebus Raeticis examinari, confessorumque sibi exemplum transmitti* *). Uno verbo

*) QUADRIUS odio Religionis percitus, duos Ministros tormentis adactos, calumniator oeniponte esse confessos: *Evangelicis Raetis propositum fuisse Primi ordinis homines catholicos interimere, tunc ad fidei abnegationem vulgus compellere, vel si id renuat ad exilium perpetuum, eaque ratione totam Vallem Telinam reformare.* Vol. II. pag. 233 234. His respondeat ipse à PORTA, litteris jam olim ab ANHORNIO editis in Raet. Wiederg. pag. 115 sq. *Ich kan Euch* (ad Eccl. suam Cizerianam Scribebat) *nicht verhalten, das Ich ein strenges Wesen gehabt, und allezeit in Gefangenschaft, in Krankheit, zwischen Leben, peinlicher Marter, und Todesschrecken gestanden, dan armselige, unwahrhafte, untreue Leuth unsers Vatterlandes,* hieher *an die fürstl.* Räth *wieder mich greuliche,* erschröckliche *Sachen geschrieben, anderst nicht, als wen der Satan allerdingen ledig alles Gift über mich ausgegossen* hätte, *der dan ein Mörder und Lügner ist von Anfang. Ich bin von Ihnen ganz ernstlich als ein Blutvergiesser, Aufrührer, abgesagter Feind des Hauses Oesterreich, Hurer, Ungerechter &c. an das Folterseil, und in den Tod gefordert worden. Die Herren Fürstlichen* Räth haben *mir solches alles fürgelesen, aber auch darumb durch den sonderbahren* Schirm *Gottes anderst nicht als mit Gefangenschaft geplagt. Es wäre aber kein Wunder wan mir auf solche Klagpuncten, schon alle Adern und Bein aus dem Leib weren gerissen worden. — Und ob Ich schon alle Stund Strick, Stöck, Ketten und andere Sachen vor Augen gehabt*

verbo, ita consilia actaque sua Grisaei instituebant, ut e re Hispani, Austriacique fore judicabant.

Medetam his malis allaturae Communitates duorum Foederum, Cathedralis & X. Jurisd. invitationi Grisaeorum pariturae Oratores suos ineunte Novembre Curiam mittunt; qui animos ad pacem praeparare cogitantes primo omnia Tribunalium censorium Regem Christianissimum ejusque Ministros spectantia Thosanae ac Davosii habitorum Acta abolent, tunc publica fide STEPH. GUEFFERIUM Salodoro accessunt; qui spe utriusque partis Raetos sibi obsequentes habendi statim advenit, ac d. VI. Nov. Curiae effusis laetitiae signis exceptus est. Quatuor dies post, etiam Helvetiorum legati XIII. ab omnibus Pagis singuli adsunt, compositionem tentaturi. Sed conatu frustraneo expertusque demum est GUEFFERIUS omnem operae quam Hispano commodaverat fructum ad solum Hispanum redire, se penitus deluso. Uti enim tractationi initium daturus proposuit: *Deliberationes instituendas communi Trium Foederum consilio haberi debere*, Grisaei BEROLDINGERI consilio stantes, *Oengadinos inferiores ac Monasterienses* ceu tumultuosos Foedere exclusos volebant (e re nempe Hispani erat duas hos ditiones ob transitum, a reliquo Corpore avulsas Austriacae ditioni adiicere) idem & de *Davosianis ac Raetigoiis* (quos sciebant ab Archiduce titulo subditorum jure belli subigendos designatos esse) licet non ita aperte innuebant. Grisaeorum desiderio Cantonum catholicorum legati ad unum omnes favebant. Petunt duo Foedera Raetiorum discidia abs Gallico Legato unita Helvetiorum ope Curiae componi. Grisaei non Curiam, sed Iliantum volunt cogitantes ad consilia in sui favorem inflectenda maturandaque. Sui, ac Helvetici militis praesentiam multum conferre posse. Pertinaciae Duo Foedera cedunt, &

gehabt, auch allerley Schmach und Todesschrecken empfunden, hab ich doch solches alles durch die Krafft des lebendigen Gottes nicht mit verzagtem sondern freudigem Hertzen überwunden. —— Ich bin jezt in die 35. Wochen gefangen, und hab den Tod alle Stund vor Augen gehabt, und mich keines längern Lebens versehen, sonderlich weil ich mein Essen und Trinken, Abend und Morgends auf einem solchen Platz einnehmen müssen, auf welchem schon zuvor unterschiedliche Personen sind hingerichtet worden. Glaubend mir, Ich kans Euch erzehlen was für einen strengen und herben Kampf der sterbende Mensch bestehen muss; da dan mir kein menschlicher Trost grösser war, als ein gutes Gewissen. Dat. 12. *Mai* 1621.

Ilantium concurritur. Aſt duobus antequam GUEFFERIUS cum Helvetiis & Raetis Duorum Foederum Deputatis Ilantium appelleret, diebus Griſaei; JO. ANT. GIOERIUM, ſub praetextu filiis Canc. Mich. Lazzaroni in ſtrage Vallis Telinae occiſi, abeundi ex Valle libertatem procurandi, re vera autem Duci Feriae deſignata Guefferi aperiendi, ſuſpenſionem armorum, ac Soli ſuo Foederi Vallis Telinae reſtitutionem obtinendi cauſa Mediolanum ablegarunt, quid quid Guefferius indignaretur. Erat enim ut judicioſe SPRECHERUS Stratagematum Hiſpanicorum unum hoc: Gallici legati negotiationem interrumpere, Raetosque ſibi ſupplices reddere (*c*). GIOVERIUS poſt tres Septimanas, una cum POMPEJO PLANTA, FABIO à PRÆPOSITIS, ac JOANNE LEONE (qui ex Valle Monaſterii inſcio Baldirono Mediolanum eodem tempore ſe contulerant) Ilantium revertens Ducis FERIÆ litteras reportavit, quibus *Suſpenſionem armorum Griſæis*, quin *etiam duobus aliis Foederibus, ſi petant, promittebat, aſſerens ſe Valtelinis non alium in finem quam ad tutandam Religionem catholicam auxilia tuliſſe. Quare ſi hæreſis ex Valle profligetur, & Volturenis eorum quae zelo Religionis acti patrarunt condonatio detur, facile rem componi poſſe.* Miti hoc reſponſo, Feria Raetos ad ſe allicere, omnemque Guefferii operam eludere intendit: Sed neutri Raetorum parti placuit. Nam Griſaei a Pagis Catholicis qui in corpore Helvetico numero Superiores ſunt, id ſibi favoris ſperabant conferri, ut in Societatem, titulo Cantonis adſciſcerentur, ſibi denique ſolis, utpote nomini Hiſpano addictis Vallem Telinam reſtitui Duo vero Foedera, Legati Gallici, Helvetiorumque confoederatorum ope rem omnem aequioribus conditionibus tranſigi credebant. Armorum ſuſpenſionem & Duo Foedera acceptarunt; Scripto noluerunt reſpondere: Sed Griſæi litteris ad Ducem datis, quibus ob GIOERIUM benigne auditum gratias agebant, legatosque Mediolanum mittere velle innuebant, eorum voluntatem ſignificarunt.

Talis cum inſideret Griſaeis mens, nihil GUEFFERIUS proficiebat, quicquid etiam conaretur. Nullo quippe modo adduci potuere ut Oengadinos inferiores, Monaſterienſesque ad habendas deliberationes admittunt; illi praeterea ut Duo Foedera magis irritarent, & a concordia ineunda alienarent. Articulos ante conceptos novis & odioſes augebant, quosque ſpe Griſaeos lucrandi Guefferius Evangelicis omni niſu

(*c*) pag. 175.

nisu obtrudere conabatur. Hujusmodi fere erant. *Debere Episcopo ac Capitulo Curiensi omnia praetensa jura antiqua restitui: Ecclesiasticos Foro Politico eximi: Res matrimoniales illis solis dirimendas relinqui;* juxta alios, reditus Ecclesiasticorum in eorum favorem compositos, concernentes. Sed eos Duorum Foederum legati recipere constanter recusarunt. Quod cum pulcre videret Guefferius, omissis aliis unum hunc urgebat quem *Neutralitatis* vocabat Articulum: Legem sanciri contendens, qua firmaretur: *Pro quiete Raetiae, salva illius libertate, non licere cum ullo alio Principe, absque Regis Galliæ consilio ac voluntate ullum foedus inire.* Ast hoc erat to mega illud krinomenon, cujus vel mentione Grisaei offendebantur, & in quo proposito profusis Beroldingeri lagitionibus confirmabantur, quas ille a Joachimo Pundtenero Alfonsi Casati interpraete erogandas obtinebat (*d*). Animose in se Guefferio, ejusque commendato Neutralitatis Articulo opposuit; in contrarium contendens: nunquam catholicam, quam & Guefferi profitebatur religionem plantari, & publicam quietem in Raetia stabiliri posse, nisi a Raetico corpore exclusis Oengadinis infer. Monasteriensibusque. Ast quia Religionis tantum nomine uterque utebatur, Guefferius eo titulo sibi palpum obtrudi noluit Regis sui indignatione in contrarium allegata.

Interea a Guefferio, Helvetiis Raeticisque legatis Articuli quidam confecti sunt, animos Ecclesiasticorum, ac Grisaeorum conciliaturi. Hi erant. *Ut ubi in aliqua Paroecia major pars est Evangelica, ibi Evangelici*, vice versa, *ubi major fuerit pars catholica, ibi catholici reditibus Ecclesiarum fruantur. De reliquo in Religione neminem impediri. Pacta inter aliquas Communitates, ceu Cazii, & Almenii, firma esse debere. Controversiam in quatuor Pagis ob Templa, & reditus Eccles.* Rodolpho à Schavensteina & Gregorio Gugelbergio *dirimendam comitti. Omissa*, Guefferii Consilio, *Venetorum mentione omnes nundinationes probibitae.* Quae omnia ut perpetuo observarentur, Rex Galliae, Helvetiorum XIII. Cantones, ac Valesiani, Vades ac Executores nominati, quibus propterea litterae restinulatoriae a Raetis dari debebant.

(*d*) Sprech. p. 177.

His Articulis qui tamen ad rei summam parum faciebant a legatis ex voto Duorum Foederum conceptis, procurante GUEFFERIO Decem Jurisdictionum Foedus, Engadini inferiores, ac Monasterienses in consilium vocati sunt: quo in congressu acris disceptatio; Grisaeis exprobrantibus quod Seditionum auctores fuerint: aliis vero Hispanismum, litterarum Foederalium imminutionem, in recuperandis terris rebellibus tergiversationes, ac negligentiam Grisaeis obiicientibus. Interim Duorum Foederum Legati in Neutralitatis Articulum reservata Communitatum approbatione consenserunt. De reliquis controversiis valebat sententia earum Discussionem omnem Legato Guefferio & Deputatis Helveticis comittendam: cui, Duo Foedera etiam, hac cum explicatione, ut res Politicae ab omnibus, quae Religionem concernunt pari ex utraque Religione Jus dicentium numero judicentur, assensae sunt. Et jam etiam quaerebatur: *Num Guefferii suffragium pro unico vel pluribus censendum esset?* Sic tandem discessum Ilantio ut res videretur composita; nempe ut de suffragiis Legati Gallici, inter ipsum, & Deputatos Helveticos conveniretur. Sed videbatur tantum: enimvero Grisaei haud multos post congressum solutum dies formam Compromissi faciendi Ilantio ad Duo Foedera Curiam mittunt, qua Neutralitatis articulum longe a se repellunt, in reliquis antiquam adhuc cantilenam repetunt, contra Foedus decem Jurisd. iterum quaedam excipiunt, se legatos suos Mediolanum mittere velle significant, atque Duo Foedera, praesertim Cathedrale ad communem Societatem invitant. Exarsit tunc ira GUEFFERIUS, praeter alia: paucorum Grisaeorum pervicaciam mortis multarum myriadum causam fore, despumans. Duo Foedera Guefferii verbis fidentes, nec Legatos Mediolanum mittere voluerunt, & Griseos ne mittant operose dehortati sunt: non finiebat enim GUEFFERIUS, inculcare, *a Rege suo sibi in negotio Raetico plenam datam esse potestatem; adprobatoque semel a Raetis Neutralitatis Articulo, se statim Mediolanum profecturum, a Duce Feria Vallis Telinae restitutionem petiturum, sique dilationes interponat, Regis sui nomine bellum denunciaturum.* Haud secus ac fulgura e pelvi haec curantes Grisaei, qui ad tractandum cum Duce FERIA Mediolanum se conferant delegerunt JACOBUM BALIELEM, LUCIUM à MONTE, CASP. SCHMIDIUM à Grüneck, CASP. à SCHAUENSTEIN, GEORGIUM de GEORGIIS, & JO. ANTON à GIOVERIIS; qui die XVIII. Decembr. iter ingressi sunt. Spe itaque compositionis evanescente etiam Helvetiorum legati ante natalitia festa domum redierunt. Bernensium Legatus SAMUEL

MUEL JENNERUS Dominorum obtendens mandatum, quidquid Tigurini ac Raeti diverium flagitarent, Rei publicae suae cohortes secum in patriam abduxit. Cohortes Quinque - Pagicorum Articulis Grisaeorum de Religione vigorem constare volentes, Jesuitas tres, & Capucinos duos ex Helvetica accersiverunt; qui ineunte Anno MDCXXI. in Raetiam appulere, & sua castra sequebantur. GUEFFERIUS se a Hispano delusum videns, misso confestim in Galliam Interpræte suo JO. PAULO, Regem de rerum statu edocuit, eoque Raetorum causam enixe commendavit.



ARTICUL

Der Fänhlinen des Obern Grauen Punds, welche Sie für die anderen zwey Pündten ausgeschrieben haben d. 17. Octobr. MDCXX.

WIR LAND-RICHTER, HAUBT- UND BEFEHLS-LEUTH, AUCH ALLE GEMEINE LAND- UND KRIEGS - LEUTH, der Ehrenfæhnlinen aller Hochgerichten und Gmeinden des obern grauen Punds, bekennen und thun kund jedermænniglich, das Wir auf heut dato aus empfangenem habenden und vollmæchtigen Gewallt an statt und in Nahmen aller des obgesagten alten Obern Punds in Rhætia, diese hernachfolgende ehrliche, lobliche und heilsame Puncten und Articul, mit und von unseren gemeldten Ehrenfæhnlinen offentlich vorgehalten, gemehret, angenommen, gutgeheissen, und für alle künftige ewige Zeiten abgeredt, und aufgericht haben steiff und fest zu halten und vollziehen in unserm Lobl. Pundt, in folgender Gestalt.

Alldieweilen manniglichen wohlbekand ist, wie nachdem das allgemeine Vatterland unserer drey Pündten aus Gnaden Gottes lange Zeit in gutem bestændigem Frieden und Einigkeit gelebt, aber seit etlichen Iahren

Iahren her, nachdem die Venedischen Practiken eingerissen, leyder, so viel verderbliche Zweytrachten, Empörungen, abscheuliche Aufruhren, und allerhand Unglück, Iammer und Elend entstanden, sind dadurch nicht allein sonderbahre freye Pundsleuth und Unterthanen, sondern ganze Gemeinden auf das æusserste geschædiget, die liebe Gerechtigkeit unterdruckt, die kostliche Freyheit sehr geschwæchet, alle gute Policey ausgelöscht, Geistliches und Weltliches alles verwirrt, das arme Vatterland, etlich sonderbare Personen zum Raub worden, muthwilliger Weiß ausgefressen und ausgehungeret, viel Potentaten dadurch beleidiget, das Land Veltlin derowegen Anlaß genommen zu rebellieren, ja die Freyheit des ganzen Vatterlands auf dem letsten Triff gestanden, und allein diesem schwebenden Uebel vorzukommen, haben Wir alle und jede zuvor genamsete Gmeinden im Nahmen der H. Dreyfaltigkeit, auf folgende Puncten uns miteinanderen vertragen, und zusamen verbunden, wie folget.

I. *Haben Wir zum theil, die den 28. Sept. verschines auf dem freyen Feld zu Thusis, zum theil die de 3. Octobr. und theils d. 7. Ejusd. auf dem freyen Feld zu Schams, zu Gott, der H. Dreyfaltigkeit, mit aufgestützten Fingern zusamengelobt und geschworen, mit Nahmen das Wir die Leibsfreyheit unsers Lobl. Grauen Punds Pundsbrief, mit Leib, Gut und Blut schützen und schirmen wollen, wie der Buchstabe des Pundsbrief ausweiset *).*

II. *Das Wir in unserm jetzigen und künftigen Geschæften, dem Mehren unsers Punds allezeit steiff und ungeweigert geleben und folgen wollen, vorbehalten was Glaubenssachen betrift, soll der Glaub jedem frey seyn; und werden Wir weiter zu erhaltung eines bestændigen guten Bundsgenössischen Friedens, zu Vermeidung aller Zweytrachten, es seye in geistlichen - oder politischen - Sachen, haben Wir uns unter dem obgemeldten Eydschwur in nachfolgende Weis und Gestalt vereinbaret und verbunden.*

III.

*) Eorum argumentum dat SPRECH. Hist. Mot. Pag. 170. 171. & cum sint homogenei istis quos nativa lingua exhibemus, nil restat de illis observandum.

III. Alldieweil im Pundsbrief von Religionssachen nichts vermeldet wird, in Ansehung das dazumahl alles gemeinlich Römisch-Catholischer Religion gewesen: seither aber die Evangelische Religion auch eingewachsen in unser drey Pündten Land, so haben Wir uns erklært, daß die zwey genamsete Religionen allein und keine andere, in unserm Obern Grauen Pundt, als nemlich die Catholisch-Römische, und die Evangelisch-Reformirte, in dieser Form und Gestalt jedem frey und ungehindert seyn sollen; das nemlich in jederer Pfarrkirchen solle das Mehr gelten, und die Pfrunden, Kirchen, und was darzu gehört und gestiftet worden, soll derselben dienen und allein zugehören die das Mehr haben; und so jemand in derselben Gemeind der andern Religion wære, mag der oder dieselben zum Kirchgang und zu den H. Sacramenten, der H. Tauff und H. Nachtmahl frey und ungehindert gehn wo ihme gefællig ist.

Vor diese zwey Puncten hin soll ein jeder in seiner Gmeind und Kirchhöri allem diesem zu gehorsammen schuldig seyn; vorbehalten so ein Catholischer an einem Evangelischen Orth wohnte, soll er auch mögen die von der Catholischer Kirchen gebottene Feyrtagen feyren. Item in diesen obgemeldten Religions-Articlen haben Wir der Kirchöri und Nachbarschaft Catz ihr Freyheit und Satzung vorbehalten, weil dieselben von den Appellaz-Herren unsers Lobl. Punds erlanget.

IV. Es sollen auch alle aufgerichte und gethane Gelübde und Eyden, so bis dato in unserm Obern Pund, es seyn von Stadt, Gmeinden, Kirchhören oder Landschaften, so der Religions-Freyheit den obgemeldten zwey Puncten, als des Kirchgangs, und Emphahung des H. Abendmahls, und der H. Tauffe zuwieder wæren, allerdings aufgehebt, annullirt und kraftlos seyn; und sich ins künftige Niemand deren noch anderen der Religions-Freyheit zuwieder keiner Gestalt melden, wiederum aufrichten; denen von Catzis wie vorgemeldt ihr Freyheit vorbehalten.

V. So aber deren gefunden wurden die in keintweder Ort, wie sich einem Christen gezimmet, zur Kirchen, zum Wort Gottes, und zu den H. Sacramenten giengen, den oder dieselbe soll oder mag jede Kirchhöri oder Gemeind nach der Gebühr abstraffen.

VI.

VI. *Es soll auch im freyen Willen und Wahl stahn einer jeden Gmeind und Kirchen, einen Nachbarn anzunehmen, oder nicht.*

VII. *Damit aber die zwey Religionen nicht nur mit Worten, sondern auch an ihm selbsten und mit der That und Werken liber und frey seye, auch vollkommenlich geubt und exercirt von manniglichem werde, ist geordnet worden, das eine jede besondere Person, auch eine jede Gmeind ihre Religion könne und möge pflanzen und förderen, es seye mit stifften oder mit stifften lassen, von Fremden oder Heimschen allermæniglich, Kirchenpfrunden, Iahrzeiten, Clöster und Schulen, jede einer Religion und Religionsgenossen der anderen an seine Einkommen und Gülten ohne Schaden und Nachtheil: und sollen zu solchen Schulen, Collegia und Kirchendienst, keine Orden und Nation nicht ausgeschlossen seyn, sie seyen Mönchen, Priester oder Jesuiten; sondern dieselben sicher und ohngehindert in unserm Pund ihr Amt auswarten mögen. Gleichfalls mögen die Evangelischer Religion, welcher Nation sie wollen auch haben. Iedoch daß die Personen zu beyden Theilen nicht verrucht und verleumdet seyen, die hierinn gemeldte Satzungen, weder mit Schelten noch Tadlen, noch in kein Weis noch Weg nicht überschreiten. Und so hie zuvor und andern nachgehenden Puncten, Abscheiden und Articklen zuwieder aufgericht wæren, sollen selbige fuhrohin kraftlos, tod und ab seyn, und derer nicht mehr gedacht, noch aufgericht werden.*

VIII. *Es sollen auch die Geistlichen sowohl der einen als der andern Religion, sich ihres geistlichen Stands vergnugen und des weltlichen Regiments sich bey'm wenigsten nichts annehmen; auch zu keiner Gmeind oder Versammlung gemeiner Landen, weder heimlich noch offentlich rathen, mehren, och mindern mögen; sondern allein ihrem geistlichen Beruff abwarten, bey Verliehrung ihrer Pfrunden, ihres Stands, Habs und Guts, Leibs und Lebens, nach Gestaltsame der Sache. Und sollen solche Uebertretter unverzuglich von der Oberkeit da sie wohnhaft seynd, abgestraft werden, wie obsteht. Und im Fahl selbige Oberkeit hinlæssig seyn wurde, sollen sie von dem ganzen Pund gebüst werden. Wann der gantze Pund solche œfftere Uebertretter*

tretter übersehen wurde, so sollen selbige dem Vogel in der Luft erlaubt seyn, und ihre Haab und Gut denen so sie entleiben zugeeignet werden: vorbehalten des Hochwürdigen Bistums zu Chur, und des Gottshaus Dissentis Freyheiten und Gerechtigkeiten; bey welchen sie jederzeit sollen geschützet und geschirmet werden. Es soll auch Ihro Fürstl. Gnaden Bischoff zu Chur, in seine gewohnliche Residenz beruffen und eingesezt werden.

IX. Dieweil die Aufruhren und Straffgerichte zu Thusis, Zitzers, und Davos, von bosha[f]ten, partheyischen Leuthen gestifftet worden sind, auch alle leidige Zustæand ihren Ursprung daher genommen haben, so wollen und erkennen Wir selbige: nichtig und kraftlos, tod und ab, für jetz und in alle Ewigkeit, alle und jede Geschichten, Erkantnissen, Urtheile, Articul und Satzungen, Ordnungen, mund- oder schriftlich, in Druck, allda Anno MDCXVIII. XIX. XX. *ergangen und aufgericht, Insonderheit aber alles was wider Ihro Kœnigl. Maj. von Frankreich und Navarra Ansehen, Dignitæt, Pündnussen und Reversbrief, wieder Ihro Ambassadeur Dollmetscher geschehen ist, und erkennt in Kræften die Urthlen vom Straffgericht zu Chur Anno* MDCXIX. *ergangen. Wir wollen auch allen, so in selbigen Strafgerichten zu Thusis und auf Davos wieder Recht geschædiget worden sind, ihre Recht für ihre Schaden zu suchen, wieder alle und jede Anstiffter und Redlisührer derselben; allezeit den Ehrs. Gmeinden vorbehalten.*

X. Und dieweil alle diese verderbte Unordnungen von den schandlichen, bösen Venedischen Practiquen herfliessen, so wollen Wir, daß alle Anstifter, Redlifuhrer und Thæter derselben, nach ihrem Verdienen sollen abgestafft werden; und sollen dieselben Venedischen Practiquen in Ewigkeit aufgehebt und verbotten seyn, bey Verliehrung Leibs und Lebens, Ehr und Gut.

XI. Wir wollen das die Erbeinigung von unsern frommen Altfordern mit dem Hohen Haus Oesterreich, desgleichen die Pündniß und Revers mit dem Allerchristl. Kœnig in Frankreich und Navarra, auch alle andere Lobl. Pündnissen, so Wir mit den

Lobl. Orthen der Eydgenoßschaft und dem Land Wallis aufgerichtet haben, gelobt und geschworen, bey ihren Buchstaben, steiff und fest, und ungeweigert zu verbleiben. Es soll auch Ihro Kænigl. Maj. Ambassadeur zu seiner gewöhnlichen Residenz wiederum beruft, und in derselben erhalten, geschutzt und geschirmet werden; mit Geding, das Ihro Kænigl. Maj. auch halte, was es seye geschworen laut der Pundniß.

XII. *Alle Aufruhren sollen führohin jedermann in Ewigkeit verbotten seyn, bey Verliehrung Leibs und Lebens, Ehr und Gut, allen und jeden Personen so daran Schuld tragen thæten. Es sollen auch die Gemeinden, so in einem oder dem anderen Puncten diesem zuwider handlen wurden, aus dem Pundsbrief ausgeschlossen und von den anderen Gemeinden mit ganzem Gewallt unter das Ioch gebracht werden, und alle die Kostungen die dardurch anlauffen möchten, sollen sie schuldig seyn abzutragen. Es soll auch keine Gmeind noch sonderbare Person befugt seyn, auf die Ehrs. Gmeinden unsers Punds zu gahn, zu reiten, noch einiche Sachen mundlich noch schriftlich gelangen zu lassen, ohne Vorwissen, Willen und Befelch des Mehrentheils der Ræthen und Gemeinden unsers Punds, bey obgemeldter Buß.*

XIII. *Und damit Gottes gerechter Zorn gestillet, und Wir unsere Lobl. Freyheit und das werthe Vatterland mit Fried und Ruh geniessen und besitzen mögen, so sollen in künftige Zeit alle Practiques aufgehebt und verbotten seyn, laut dem Kesselbrieff so unsere liebe Altforderen Anno 1570. aufgerichtet: Welches Wir auf ein neues in Kræften erkennen, also das in unserem Pund und in allen Gmeinden furohin Gericht und Rath, wie auch alle und jede groß und kleine Aemter, Gott geb was sie zu besetzen haben, sollen ohne einiche Practiques erwehlt werden, jedermanniglich nach jeder Gmeind und des Punds guten Satzungen und Ordnungen, gut Gericht und Recht gehalten, und den Unterthanen ihre Statuten wie sie ausweisen, steiff und unverschrt von den ordentlichen Amtsleuthen ihren Mithafteren; desgleichen bey allen und jeden Bey- und Pundstagen gehalten werden.*

XIV. *Es sollen auch alle und jede, wer dieselben seyn möchten, die diesem zuwieder handlen wurden von ihren Gmeinden, oder im Fahl sie uneinig seyn wurden, vor dem Pund ihrer Aemteren entsezt, nach gestaltsame des Frefels noch weiter an Ehr und Gut, oder Leib und Leben gestraft werden.*

XV. *Wir sollen alle Mittel, Steeg und Weg suchen, durch vvelche das abgefallene Veltlin und Grafschaft Worms vviederum mit Gottes Beystand erobert vverden, und vvo von Nöthen seyn vvurde desvvegen in Frankreich, in die Lobl. Eydgenoßschaft, auch gen Meyland und andere Orth zu schicken, nachdeme die Nothdurft erfordern vvurde, vvollen Wir es zugegeben haben. Man soll auch unverzogenlich Anordnung geben die Grafschaft Cleffen vor feindlichem Ueberfall zu bevvahren.*

XVI. *Es soll in künftiger Zeit kein Person, vver doch dieselbe seye an kein Gmeind noch Gericht befugt seyn, vveder mit Worten noch mit Werken, in kein Weiß noch Weeg diesen Articklen in einichen Puncten zu vviederstreben noch darvvieder handlen, bey Verliehrung Leibs und Lebens, Ehr und Guts, allen besondern Personen, und Ausschliessung aus dem Pundsbrieff der oder denen vviederstrebenden Gmeinden.*

XVII. *Letzlich vvollen Wir uns vorbehalten haben, diese unsere Punds-Articul vveiter zu verbesseren, mit Beystand und Rath unsrer Pundsanvervvandten Ihro Königl. Majestæt in Frankreich, und der Lobl. Eydgenoßschaft Abgesandten. Und zu vvahrem Urkund haben Wir diese unsere Punds-Articul mit unserm Hochermeldtem Obern Punds-Secret Insigel vervvahret.*

Actum *im freyen Feld zu* Embs, *in unserm Lobl. Pundt. Mitvvochen, den* 11. *Octobr. nach CHRISTI unsers Heylands Geburt, gezehlt* 1620.

§. III.

Ministrorum Evangelicorum Conventus his diebus Filissurii habitus.

Dum haec in castris & curia tractantur, Evangelici Ecclesiarum Raeticarum Ministri, nonnulli suorum Colloquiorum (ita classes Provinciales vocantur) jussu, alii vero proprio motu impulsi FILISSURII convenerunt; ubi Ecclesiae, Patriaequae juvandae amore, sequentia constituerunt, quae heic totidem verbis adponimus.

„ Primo. *Dominus* GEORGIUS SALUCIUS *comparuit, petens ut defen-„ sione sua audita approbataque si pie approbanda fuerit, acci-„ piatur, & agnoscatur pro fratre, Verbi Dei Ministro, & „ Synodi membro.*

„ Veneranda Congregatio, accusationibus, responsis Domini „ GEORGII, testimoniis quorundam fratrum de pio ipsius in re Ecclesiæ „ CHRISTI studio, & auditis, examinatis, consideratis, statuit hunc in „ modum: Si Dominus GEORGIUS polliceatur data manu, se in „ posterum una cum reliquis fratribus, fideliter & pie omnem suam „ operam, studium, & industriam in Ecclesia CHRISTI laborante, in „ Patria periclitante, sananda, juvanda collaturum, fratres omnes se-„ positis odiis, vindictis, defensurum piis in rebus; si hoc polliceatur, „ agnoscit atque accipit pro fratre, vero Dei servo.

„ Dominus GEORGIUS statim hanc fidem lubens dedit, veniam „ deprecatus: ac proinde uno ore frater est declaratus.

„ Secundo. Clamant Rebelles Vallis Telinae, & Pontificii in Pa-„ tria nostra: *Ministros causam esse omnium malorum; politi-„ cum gladium sibi arripuisse; consilium iniisse de Pontificiis „ omnibus e medio tollendis.*

„ Veneranda Congregatio hac in re ista statuit: 1mo. Ut ipsi „ Ministri nos non accusemus, neve apud Populum traducamus. „ 2do. Ut quaetamur apud populum de Vocibus istis seu maledictis;

„ deinde

„ deinde adhortemur, ac diligentissime moneamus ne in assentiendo „ nimium properent, alteram aurem reis reservent. 3tio. Si vero „ quidam Ministri gladium politicum arripuerint, turbas & Seditiones „ excitaverint, id factum significemus non solum sine mandato, sed „ etiam contra mandatum Vener. Synodi. 4to. Adhortemur Populum „ nostrum ut Ministros illos, quos tales norunt, accusent legitime, „ & audiant antequam condemnent; sicque intelligant Nos non erro- „ res, aut male facta defendere, sed defensionem & Responsionem „ permittendam justum judicare. Sic si aliquis aliquem ex Ministris „ Nobis audientibus errorum accuset & arguat, quaeremus: An ea, „ quae profert comprobare & demonstrare possit? Si affirmaverit, in- „ stemus ut ea praesentibus Politicis, si fieri potest, Magistratum ge- „ rentibus proferat, & asseveret. Sin minus: iste Accusator graviter „ reprehendatur. 5to. Instemus, ut Ministris accusatis aut accusandis „ fides publica concedatur, ut secure ac tuto ad Judicium legitimum „ accedere, responsionem atque causam suam peragere possint. 6to. „ Si in posterum Judicium aliquod constituatur, in quo Ministri accu- „ santur, & respondere tenentur, e re esse judicamus, ut quidam no- „ mine Ven. Synodi intersint, tanquam testes Veritatis, accusationes „ audiant & responsiones, deinde ad Synodum referant: ipsi praeterea „ nihil agant. Ut commendemus nostris Communitatibus duos nostros „ D. D. fratres vinctos *): Mandatumque Domino SCHWARZIO ut „ D. D. Tigurinis ac Bernensibus & aliis litteras perscribat, quibus „ praedictos fratres vinctos commendet. Eidem impositum, ut gratias „ agat pro Christiana caritate in nostros Exsules exhibita, ac in pos- „ terum eos commendet. Praedicti fratres commendentur Communi- „ tatibus Evangelicis, Curiae, per Dominum GEORGIUM SALUCIUM „ & HARTMANNUM SUUARZIUM.

De ARTICULIS GRISÆAR. LEGIONUM AD COMMUNITATES.

„ De Lege atava Ven. SYNODUS ita statuit. Nostra vocatione „ & officio acquiescendum omnino judicamus. 2do. Officium autem „ nostrum & vocationem ita explicamus quod sit, non solum Sacra- „ menta administrare, afflictos consolari, Verbum Dei pure, in sug- „ gestu

*) ALEXIUM, & à PORTA.

„ gestu & extra suggestum proponere, sed etiam errores, etiam trans-
„ gressiones mandatorum Dei aperire ac damnare, ab iis dehortari,
„ in omnibus ad Ecclesiam & Patriam pertinentibus Sententiam pie
„ dicere: a Populo, seu Magistratu petere, si quae e re Ecclesiae
„ videbuntur. In Judiciis autem interesse tanquam Judices, & sedere
„ tanquam Actores, adeoque politico uti gladio nostrum officium
„ esse non judicamus. 3tio. Si qui Ministri transgrediantur, ut legi-
„ time judicentur; non autem cuivis etiam nequissimo trucidandi
„ obiiciantur.

„ Ad Artic. III. & IV. Vener. Synodus statuit esse improban-
„ dos, damnandos, ut qui minantur ruinam nostris Ecclesiis. Anti-
„ quas autem constitutiones urgendas. Idem statuit & de VIImo.
„ Articulo.

„ Uno ore decernimus, ut Auditores nostros tempestive & in-
„ tempestive adhortemur ad piam Pacem, ut sepositis odiis, vindic-
„ tis, ac factionibus se uniant, ac concordiae vinculo se colligent
„ in Patria graviter laborante juvanda non unaquaeque Communitas
„ separatim, sed omnes simul collatis sententiis & consiliis conveniant
„ praesertim in recuperatione amissorum.

„ Eligantur quidam specialiter ut Legatis Communitatum Curiae
„ congregatis hanc nostram piam ad monitionem proponant; deinde
„ etiam apud eosdem Legatos instent, ut inquirant in Auctores litte-
„ rarum de occidendis Pontificiis, quae dicuntur inventae, & a Mi-
„ nistris conscriptae. Veneranda Synodus ut est innoxia, ita etiam
„ vult haberi.



§. IV.

§. IV. 1621. Jan. & Febr.

Tractatio Mediolani a Legatis Fœderis Grisaei cum Duce Feria inita.

Legati Grisaeorum Mediolanum delati a Feria Duce benigne fueri excepti. Ibidem & BEROLDINGERUS erat & MAXIMILIANUS MORUS, ALPHONSI CASATI Hispani apud Helvetios Legati ordinarii Secretarius, vir rerum Raeticarum peritus. Inter varios, quos Feriae Dux cum Raetorum Deputatis caecidit Sermones, mentione calamitatum Raeticarum & lanienae Volturenae iniecta, is rotunde fatebatur, ac juramento interposito confirmabat, non nisi GUEFFERIO cui Raeti tantum tribuerent, Auctore ac consentiente, lanienam patratam, ac hostilia alia peracta esse: habereque Raetos cui ea referre debeant *). Quod

*) *Der* Duca di Feria *hat Anno. 1621. zu etwelchen Pündnerischen Gesandten öffentlich diese Wort geredet:* " *Ihr, Ihr selbst habt dem* Gueffier *zu viel* „ *vertraut, dan Ich hab Brieffe von Ihme, darinnen er bekennet, er habe* „ *den Mord und Rebellion in dem* Veltlin *angestiftet.* „ *Als nun Herr Landrichter* Schmid *Ihme solches Schreibens eine Abschrift zu geben begehret, hat der* Duca, *die Hand auf die Brust legende gesagt:* " *glaubt es, dann deme* „ *ist es wahrhaftig also, so wahr Ich ein ehrlicher* Cavallier *bin.* „ Haec cum ipsi GEFFERIO a Raetiæ Proceribus exprobrarentur, negabat omnia „ astutiam esse Hispanicam inquiens Gallicos Ministros (Legatos) Raetis exosos reddere. Sed ex abundantia cordis mox ipse rem prodidit. En circumstantias. *Als gemeine III. Pündten die Mayl. Capitulation mit dem* Duca di Feria *zerschlagen, und sich entschlossen des Veltlins mit gewehrter Hand zu bemächtigen, und deswegen noch Anno 1621. einen kostbaren Aufbruch gethan, und ihren Zug auf Wurms genommen, welches Geschäft, so bald der französische* Ambassadeur Gueffier, *welcher neben dem französischen Dienst auch ein Päbstlicher* Spion *ware, dessen inne worden, und das gemeine III. Pündten Willens wären neben der Weltlichen Jurisdiction auch die Evangelische Religion in dem Veltlin durch die Waffen widerum einzuführen, hat er sich darob so sehr entrüstet, das er zu Chur auf dem Hoff in des Herrn Domprobsten Behausung, gegen zwey vornehme ehrliche Pundsleuthen mit solchen Worten herausgebrochen:* Les Grisons veulent de la guerre, par la mort de Dieu, Je leur en feray avoir tout leur Saoul, tant que de terre. Je leur ay fait perdre la Valteline: Je leur feray aussi perdre leur propre Païs. *Zu Deutsch*

Quod ad ſe, ſi adhuc dies octo auxilia Volturenis mittere diſtuliſſet, nihil ex tota re factum fuiſſet, quod intra illud temporis ſpatium mandatum a Rege ſuo adlatum ſit, quo jubebatur a negotio Volturenenſi abſtinere. Tractatum tunc de Pace fuit, reſervataque Communitatum ratificatione Capitulatio XXV. Articulis comprehenſa hujus tenoris erat. “ Nomine Hiſpaniarum Catholici Regis a Duce FERIA „ Mediolani Gubernatore cum Foedere Griſeo, & duorum Foederum „ Communitatibus quae intra unius Menſis Spatium Articulos recipient, „ his conditionibus Pax declaratur Perpetua; nempe *Pax & Amicitia* „ *inter dictas duas Partes vigeat, quibusquevis duodenis annis renove-* „ *tur. Commeatas ac coommercia libera ſunto: Hiſpaniarum Rex pro* „ *ſuarum Ditionum defenſione liberum per Raetiam tranſitum habeat;* „ *iis tamen legibus, quae cum Helvetiis catholicis obſervantur. Raeti* „ *Hiſpano ſexmille Virorum in ſuis terris conſcriptionem permittent.* „ *Hiſpanus cuilibet Foederi mille quingentos Ducatones pendat: Raetis* „ *in caſu neceſſitatis auxilia mittat, ſuisque impenſis alat. Studioſos* „ *Raetos nonnullos Mediolani aut Papiae alat. Reſtituitur Vallis Teli-* „ *na ac Bormii Comitatus, Secundum omnia jura quae ante Rebellionem* „ *habebant, ſola Religionis cauſa excepta, ſed iis tantum Communitati-* „ *bus, quae Articulos amplectentur. Fontalitia Burmii Tirani, ac* „ *Morbenii*

Deutſch: “ *Ihr Pündtner wollet Krieg haben. Ich will Euch Krieg genug* „ *geben ſo weit die Welt iſt. Ich hab gemacht das Ihr das Veltlin verloh-* „ *ren: Ich will auch machen das Ihr Euer Vatterland verliehren ſollet.* „ *Und mit deme hat er aus Zorn den Hut auf den Boden geworffen und mit Füſſen getretten. Als nun auf ſolche Wort und Wüten des Herrn* Gueffiers *die beyde Pundsleuth erſchrocken, hat Ihme der eine in das Angeſicht geſagt:* „ *HERR! Wann Ihr das ſo Ihr geredt gethan habt, und das übrige zu* „ *thun und in das Werk zu richten geſinnet, ſo ſeyd Ihr ein Verräther Eures* „ *Königs, und gemeiner drey Pündten* „ Ex Summar. *Begriff der Franz. Handl. in Pündten von Anno* 1602. *bis* 1640. *pag.* 8. *ſq.* Plura de factis Guefferii in hunc Senſum dat Auctor Tractatus *La Valteline* pag. 224. 229. 231. ſq. 246. 252. ad 255. Notante SPRECHERO Hiſt. Mot. pag. 147. Tractatus Ao 1624. dictante Guefferio in Gallia impreſſus eſt, in quo dicitur inter alia; *Regem Galliæ non impediviſſe, quin Hiſpanus catholicis Volturenis ſuccurreret: Sed invaſionem & occupationem Vallis Telinæ non approbaſſe.* Anhornius *Graub. Krieg.* Cap. XXXIV. addit. *Man hat auch in des* POMPEII PLANTA *Brief an ſeinen Bruder Hauptmann* RUDOLF PLANTA *geſunden, das der Herr* Gueffier *gern ſähe, das der Gubernator zu Mayland den Pündnern den Paſs abſchuge: darauf angänz (den* 5. *Febr.* 1618. *) der Paſs abgeſchlagen worden.*

„ *Morbenii stabunt adhuc duos annos: Castella ad ripam, ac Pesclavii*
„ *per quinque Annos. Claves fortalitiorum dabuntur officialibus Regiis.*
„ *Præsidiarii non Raetorum Judicibus, sed Superioribus suis, abs Hi-*
„ *spano denominandis parebunt. Ad ratificationem Raetis unius Mensis*
„ *spatium dabatur: Dux intra* VI. *Mensium terminum ratificationem*
„ *a Rege promittebat. Utrinque reservata Foedera cum Pontifice, cum*
„ *Cæsare, cum Galliarum Rege, cum Helvetiis, ac Valesianis*

Circa RELIGIONEM Hi erant Articuli.

Artic. II. *Ut pateat Ducem haud alio fine arma suae Maj. Catholicæ in Vallem Telinam intulisse, quam ad succurrendum pressis in Religione, declaratur nomine supradictæ Maj. Regionem Vallis Telinæ, Comitatum Burmii, ac Novatum cum omnibus pertinentiis in Comitatu Clavennæ sitis, absque ulla mora secundum omnia jura ac possessionem, quam ante* (Rebellionem) *habebant Foederi Griseo, ac reliquis duobus Foederibus, seu earum Communitatibus quæ istos Articulos ratos habebunt his tamen conditionibus.*

Art. III. *Quandoquidem Religionis prætextu impulsi quidam seditiosi Acatholico - Apostolico - Romani tot innovationum ac malorum causa exstitere; igitur ut omnes Catholici Principes adquiescere, & incolæ Vallis Telinæ, nec non duorum Foederum qui his Articulis adsentientur tuto ac quiete vivere possint, vult sua MAJESTAS in præfata Valle Telina nullum ulli alii Religioni in æternum permitti Religionis exercitium, præterquam soli illi, quam Mater Ecclesiarum veram, catholicam, & Apostolicam declaraverit. Et ne deinceps ullum evenire queat scandalum, nulli Acatholico permittitur in dicta Valle continuo habitare, exceptis Raetorum officialibus cum ipsorum familiis durante officii tempore. Nulli præterea Ministro seu Prædicanti alterius Religionis liceat Vallem Telinam ingredi; & si comperiatur, comprehendatur, exsilioque mulctetur.*

Art. IV. *Moderno Episcopo, ejusque successoribus liceat in dicta Valle libere ac non impedite Ecclesiasticam Jurisdictionem, secundum*

dum omnes consvetudines ac Jura, quæ illis ut Episcopis legitime competunt, exercere.

Art. V. *Regio Vallis Telinæ, & Magistratus qui illi præfuturi erunt in omnibus Exercitium Religionis, & reverentiam erga sacra, non vero potestatem secularem spectantibus, Matri Catholicæ Apostolicæ Ecclesiæ, Ejusque Capiti, supremo Pontifici, successoribusque Ejus debitam exhibebunt observantiam. Curabunt igitur canones Concilii Tridentini, & Calendarium novum rite observari; teneanturque omnes qui Magistratus gerunt cuicunque fuerit Episcopo pro Jurisdictionis suæ Ecclesiasticæ conservatione quandocunque petierit, opem præstare, nec unquam cuiquam profugo Apostatae, cujuscunque Religionis fuerit, moram, habitationemve in Valle permittant, liceat præterea Ecclesiasticis cujusvis Ordinis in Valle Telina, ac Comitatu Burmii Monasteria exstruere, Collegia, Scholas, aliave ad sacrum cultum pertinentia fundare, & prædicare nempe cum Superiorum Ecclesiasticorum, penes quos ea facultas stat, permissu. Omnia Bona quæ Ecclesiis Romano-Catholicis, Conventibus, Monasteriis, pertinebant, iisdem restituantur, ut suis reditibus ac censibus dehinc frui possint.*

Art. VI. *Officiales Raetorum nunc temporis extra Vallem Telinam ac Comitatum Burmii viventes, qui in nominatis Terris bona seu fundos habent, nec non acatholici omnes, possint ac debeant Io a sua vendere, aut erga alia Bona extra dictas terras commutare, absque impedimento aut gravamine. Liceat iisdem Acatholicis ter in Anno, in Valle Telina & Burmii commorari, ut intra tempus illud sua Bona colere reditus exigere, aliorsum transportare, necessariaque alia peragere possint. Ne vero confusio, aut scandalum in Religionis rebus nasci possit, declaratur non licere dictis Acatholicis ad nominata peragenda diutius quam duos menses singulis annis commorari, qui in distictas tres Partes subdividantur, idque absque familia. Solis Nobilibus permissum duos ad summum servos secum habere. Quando in locum venerint, ubi commorari volunt, loci Consuli se praesentent, ut norit ille omnes, & quamdiu commorentur, ne ultra tempus condictum degere*

degere possint; Quamdiu morabuntur Acatholici, nullum ipsis Religionis permittitur exercitium nec publice, nec privatum Cavebunt præterea scandalum dare, aut libros Catholicæ Romanæ Religioni adversos secum habere. Si secus agere comperiantur, stet in arbitrio Iudicum cum illis procedere.

Art. VII. *Ad Rei publicae conservationem, ex more talibus in casibus consveto, cultus erga Deum, caritatis testificandæ gratia, denique ad totius Vallis quietem. Domini Foederis Grisaei caeteræque Communitates quae hos Articulos acceptabunt, ad Votum Domini Ducis Amnestiam promittunt, sic ut comissa: anteacta omnia, citra omne comissorum discrimen, Omnibus, absque status aut sexus distinctione, Vallis Telinæ, Comitatus Burmii, occupatarumque terrarum reliquarum Hominibus, omnia remittant, condonent; ita ut eorum nulla dehinc amplius memoria fiat, nec ullo unquam tempora in dicta facinora inquiratur; procedaturve. Et si aliqui illorum extra Vallem Telinam, ac Burmii Comitatum habitare velint, liceat ipsis quandocunque voluerint in Vallem libere venire, suos fructus extrahere, agere & uti pari jure ac modo, ac si in Valle, vel Comitatu habitarent.*

Act. MEDIOLANI. *die* VI. *Febr. Anno MDCXXI.*

Grisaei Legati a Duce FERIA liberaliter habiti, diuiteque viatico instructi eodem adhuc Februarii mense domum redierunt. Catholicae illius Foederis Communitates audito Restitutionis in pristina jura articulo, exclusionem Evangelicae Religionis lubentes admittebant; solum cupiuissent Pleraeque Fortalitia destrui, & Præsidia tolli. Communitates Evangelicæ in exclusionem suae Religionis consentire nolebant: Sed quod dum conventus habebant milite Quinque - Pagico armato cingerentur, in contrarium hiscere non audebant. Mox Ilantium venit Hispanicus Legatus SCARAMUCCIA VICECOMES multo auro argentoque ad mercandam Populorum benevolentiam instructus, qui Grisæis copiose largitus est, insuperque octo vexilla Grisaea suis sumtibus alebat. Ipse in arce Raetiae - imae haerens, in Cathedralibus ac singulariter Curiensibus demulcendis & in Foederis Societatem pelliciendis pluri-

plurimum studii ac operae impendebat. POMPEJUS quoque PLANTA nunc etiam in Raetiam reversus, in Turre Riedberga habitabat omnem daturus, ut Articuli a Grisæis pacti, a cæteris quoque Raetiae Communitatibus rati habeantur. Supra - Saxensis, Vatziensis, ac Ortensteiniana Communitates Foederis Cathedralis, quarum incolae fere omnes Romano - catholici, Grisaeorum contribulium exemplum sequentes Pacta Mediolanensia probabant.



CAP. XVII.

1621. Febr. Mart.

Tractatio Mediol. repellitur. Pompejus Planta trucidatur. Cohortes V. Pagor. Helvetiæ in Patriam expelluntur.

Non supra mensem JO. PAULLUS Guefferii Interpres itineri in Galliam perficiendo insumsit. Redux, litteras Regis LUDOVICI XIII. quem Ambiani convenerat, referabat, quibus propensam erga Raetos voluntatem, testabatur auxilia promta, & terrarum amissarum restitutionem, si omni cum Hispano amicitiae renuncient, pollicebatur, declarando, fuisse propositum, ei fini assequendo Helvetiorum Raetorumque in Gallia collonellum Generalem FRANCISCUM BASSOMPETRAM ut Legatum extraordinarium in Raetiam mittendi, sed nunc rebus maxime exigentibus, mutato consilio, eundem in Hispaniam pro Vallis Telinae restitutione obtinenda mittere decrevisse. Eam restitutionem omnes Italiae Principes cumprimis vero Sabaudiae Dux CAROLUS EMANUEL, & Venetiarum Respublica, tum in aula Gallica, tum apud Romanum Pontificem urgebant, quod viderent quamdiu Hispanus Vallem Telinam sub sua potestate teneret, Arbiter Italiae esset, cui jam nec singuli, nec conjuncti resistere possent (e).

Magnifica

(e) Sprech. p. 179. la Valteline p. 272.

Magnifica Regis Christianissimi promissa extollens GUEFFERIUS passim locorum curabat promulgari *). JOHANNES quoque BAPTISTA LEONELLUS Venetorum Tiguri Legatus amicis in Raetia ut Hispanico Tractatui se opponant, scripserat. His motae Raetiæ Communitates pleraeque, & cum primis Evangelicae. Hispano ob exclusum Valle Telina suae Religionis exercitium, & addictam solis Grisaeis restitutionem infensae, Regis

*) Scriptum passim disseminatum hujus erat tituli & argumenti.

INFORMAZIONE alli Honorati Communi delle Tre Leghe di quello che sua Maj. Christianissima ha risoluto di far in beneficio & libertà delle dette Commune Tre Leghe Grise.

Che il Rè vuole intraprendere & abbracciare le cose di Signori Grisoni & della Valtellina, ne in modo nissuno abbandonarli.

Che sua Maj. ha di nuovo risoluto di mandar in Spagna il Signore di Bassompierre Ambassadore estraordinario per la restitutione di essa Val Telina, & per dichiararne le sue intentioni a sua Maj. Catholica: le quali in tanto sono state significate al suo Ambassadore residente in Parigi.

Che sua Maj. mandarà qui un altro Ambassadore Estraordinario, il quale era pronto di partire con Somma notabile di denari & promesse di soccorso alla Leghe & Communi contra quelli che vorrebbono violentarli di accettare dannose & vergogniose Alleanze, o altri Trattati.

Che ogn'uno si maraviglia alla Corte di Francia, che li Signori Grisoni vogliono prestare l'orrechia, & sottometersi al giogo Spagnuolo, il quale le privarà intieramente della loro libertà.

Che, se vogliono, puono ancora liberarsene & restar Padroni come prima rennandosi insieme & credendo alli buoni consigli di S. M. Christianissima, & delli loro altri antiqui Amici, e Confederati, i quali non li abbandoneranno se vogliono agiutarsi medesimi.

Che se faranno altrimente, rendendosi cosi facili alle fattioni straniere, senza mantenere quella fermezza, coraggio, & buona fede che hanno sempre havuta i loro Antecessori, è impossibile di salvarli della loro ultima ruina.

In tanto il Signore Ambassadore di Francia protesta contra tutto quello che s'e trattato a Milano da quelli soli Deputati della liga Grisa poiche l'hanno fatto contra la volontà & protesta delle due altre leghe. In che hanno violato la fede giurata alla Carta di Legha, & per essere questo trattato, & i loro Articoli troppo contrarii alla libertà delle Trè Leghe, & ancho all'Allianza del Rè suo Signore.

In Coira. L'Anno MDCXXI. a li — Febrajo. Vid. & Valteline, p. 236. sq

Regis verbis ſuam quoque vim ineſſe putantes faciles ſe GUEFFERIO praebuerunt, deque Griſaeis in ordinem redigendis conſilia agitata. Tempus hoc maxime opportunum viſum eſt inimicis POMPEII PLANTA Hiſpanicae factionis luminis & columinis, qui hactenus ſe vel audaciſſimis formidabilem praebuerat, nunc vero Riedbergae, caſtro ſolitario haerebat, tantum hoſtem e medio tollendi. Is, quod juxta cum aliis, Lanienae Vallis Telinae Auctor extitiſſet, occupandique Vallem Monaſterienſem, eamque devaſtandi Baldirono & militi Auſtriaco Dux comesque fuiſſet, tum vulgi, maxime Evangelicorum, tum multorum privatorum odia in caput ſuum accerſiverat. Nam & necem JENAZIO viro animi & conſilii pleno juraſſe fama erat, & BLASII ALEXANDRI qui ejus impulſu a Tribunali Cenſorio Curienſi Ao. MDCXIX. proſcriptus fuerat, caput 200. coronatis licitatus erat, ob quod impactum crimen Miniſteriali Blaſius munere dejectus fuit, id quod hunc vehementer urebat. Is GALLUM *im Ried*, pluresque Patriae amantes ſpelucae opprimere ac trucidare tentaſſe, occupatæque Monaſtica Valle, propria manu tribus aedibus NICOLAI CAROLI ab alto balcono ignem ſubjeciſſe dicebatur. Is tertio ante fatalem die nempe $\frac{11}{21}$ Febr. Evangelici concionatoris ſuggeſtum ex aede ſacra Almenii, (qua utriusque Religionis aſſedae communi utebantur) in locum morticiniis deſtinatum transportari, & eo loco ubi ſacer codex adponebatur, funem poni juſſerat, facto indigno, & contumeliae pleniſſimo cumque filios ſuos Conſtantiae Romano-catholicis ſacerdotibus erudiendos tradidiſſet, & Religionis Ev. Hoſtis & Patriae Proditor, ex Thoſanenſium nempe & Davoſianorum Tribunalium judicio proclamabatur, & habebatur. A tanto hoſte ergo ſemet liberare volentes iſti, eisque ſe adjungentes quindecim alii Monaſterienſes, ulciſcendae Patriae ſtudium obtendentes conquiſitis omni feſtinatione totidem Equis, Crucio Raetigojae ſub crepuſculo diſcedentes, totam noctem iter facientes, ſub diluculum diei $\frac{14}{25}$ Febr. Riedbergam adveniunt, ubi extorta e famuli manibus ſecuri, portas tres infringunt, Pompejumque inſolito fragore excitatum, veſte longa indutum, gladiumque manu tenentem ſed quo vim arcere non tentavit, in cubiculo inventum ſecuri detruncant: indeque celeri fuga via qua venerant, prope Quinque-Pagicorum cohortes, quae Amiſii caſtra habebant, per Curiam urbem, quaſi re bene geſta, laetabundi revertuntur. Quod patrandae huic caedi ſocii fuerint JENAZIUS, & BLASIUS ALEXANDER ambo olim Miniſtri Evangelici, totum jam

jam S. Ordinem, & absque discrimine Evangelii Ministros Homicidii reos agere, impressisque foliis infamare non puduit iniqui judicii homines, *) quibus tamen a nemine commodata fides, cum nossent omnes, utrumque illorum, nuntio Ministerio Ecclesiae misso, seculum ac militiam a bene multo jam tempore sequi; quos etiam nemesis secuta est, ut suo narrabitur loco.

Caeterum ut ad duo Foedera redeamus, discriminis res erat plenissimi Grisaeos adoriri favore exteroque auxilio potentes, ut potius quamdiu Quinque-Pagicorum cohortes in Raetia erant, timere habebant aut vi ad probandos Mediolanenses Articulos adigi, vel oppressi immani caede exscindi. Cumque Cathedrales etiam Communitates Ortensteiniana, Supra Saxenses, ac Vaziensem in Grisaeorum Sententiam inclinasse viderent, antequam plures in eandem abirent, a GUERFERIO animati Oengadini interiores, ac Monasterienses primi sublatis vexillis insurgunt, ajendo: *nolle se exspectare donec a Hispanis ac Hispanizantibus in lectis trucidentur*, *verum dum tempus est malo se praevenire velle*; ac Zuzium numero quingentorum Globus veniens, litteris ad reliquas Communitates perscriptis consilium significat, communiaque auxilia postulat **). Quinque-Pagici tanta Evangelicorum Popu-

*) Titutus est: *Blutige Sanftmuth der Calvinischen Predicanten. Wahrhafte Relation aus einer glaubwürdigen Person Sendschreiben, so den 6 Martii, dies 1621. datiert, was massen der Edel und Gestrenge Herr* Pompejus à Planta *von drey Predicanten, und anderen Calvinischen Mördersbrüdern in Engadein, in seinem Schloss unversehens überfallen, unchristlicher Weis zu Tod geschlagen, und jämmerlich zerfleischt worden. gedruckt im Iahr 1621.*

Non major est æquitas Quadrii. Tom. II. pag. 237. & Lavizzarii p. 219. Scribentium: *Biaggio Alessandro, Gio. Giannazzi, con alcuni altri Predicanti — trucidarono Pompeo Planta.*

**) Circulares littere sic sonabant:

Articul die man mit vertröstung göttlicher Hülf erkriegen will, gestellt den $\frac{11}{23}$ *Martii Ao. 1621*

1. *Die Freyheit des Vatterlands aufhalten, schützen und schirmen.*

2. Beyde

Populorum offensione cognita, maluissent Ducem FERIA in legibus ferendis se Raetis aequiorem ac moderatiorem praebuisset: humanissimis proin d. 9. Martii e Lucerna exaratis, ne intra praefixum Mensis spatium ratificationem exigeret, verum tantisper praestolaretur dum communi etiam reliquorum Pagorum consilio operaque discordes Raetorum animos componerent, svadebant. At ibant interea vires adversantium crescendo; nam Globo antememorato se CONSTANTINO PLANTA Duce ducenti Superiores Oengadini ac superato Albula monte supra centum Berguniani adjunxere; hisque numero prope nongenti, Martii 30ma. per angustias Viae Murensis, quae Vaziensium est noctu in Tomiliascam penetrarunt, ubi eis se Silienses statim aggregarunt. Grisaei ac Quinque-Pagici quamprimum de eorum adventu inaudiuerunt, itinera ac transitus omnes Vallis Rheni, Sexamnensium, Thosanae, Cazii, Raetii, occuparunt, ad Oengadinos excipiendos instructi: at

2. *Beyde Religionen, Evangelische und Catholische in diesen Landen, wie bishero frey lassen.*

3. *Sich vom Pundsbrief auch im geringsten nicht treiben lassen.*

4. *Der Königl. Majestat aus Frankreich den ewigen Fieden, und lobliche lang hergebrarhte Vereinigung steiff, stets und unzerbrüchlich halten, in allem und durchaus.*

5. *Die Erb Einigung mit dem Hochlobl. Haus Oesterreich ebenmässig halten.*

6. *In gleicher Gestalt auch die Pündnissen gegen alle und jede Orthe der Lobl. Eydgenosschaft, mit denen man in Pündnis stath.*

7. *Was dann die übrige Confinanten anbelangt, mit denen man kein Pündnis hat, als das Haus Mayland und die Herrschaft Venedig, mit denen will man gute Nachbarschaft halten, wie unsere beste Freund und Pundsverwandten es einmüthig und rathsam achten.*

8. *Die Allerchristlichste Cron zu Frankreich, wie auch dero Herrn Ambassador, desgleichen alle XIII. Orth Lobl. Eydgenosschaft, samt allen Zugewandten, insonderheit die so mit uns verbündet, auf das höchst und trungenlichst, demüthig, Eyd- und Pundsgenössisch bitten, und Innhalt Pündnissen und Eydspflichten vermahnen, Sie uns bey diesen billichen Articlen, Gerechtigkeiten und Rechten, mit ihrem Ansehen und Macht, steiff handhaben, und Niemand gestatten uns davon zu bringen, insonderheit uns helffen, unsere Land und Leuth im Veltlin, die uns Rebellischer Weis mit unbilligem Gewalt abgedrungen, widerum eroberen, und in dem Wesen wie Wir sie zuvor gehabt, einhändig machen.*

at dum negligentius excubant, Oengadini Rheno Superato imprudentes prope Thosanam levi velitatione fundunt. Capti duo Calanchenses & in arboribus quaestioni subjecti fatebantur *sibi propositum fuisse Thuscia ac Silio vicis igne devastatis transitum Hispano liberum reddere, Evangelicos exstirpare:* atque hi mortis judicio damnati, ictibus sclopetorum in arboribus occisi sunt. Quidquid de illa confessione judicetur, ex truci catholicorum vultu Evangelici nil nisi Sinistra sibi ominantes, pronos se Oengadinis dabant, eisque se adjungebant. Erant & Evangelici incolae perplures. ab amicis & sanguine junctis Romano - catholicis (Vallem Domesticam mixti incolunt) Secretò moniti *ut sibi caveant; ni enim sibi mature prospiciant, idem ipsis eventurum, quod Valtelinis Evangelicis; cohortes Clavennam profecturas, ibique præsidiarios interfecturas; itinere dein per Prægalliam instituto, totam Oengadinam, Davosium, Raetigojam, Majaevillanumque Dominium diligenter peragraturas, ac nolentes Tractatum Hispanicum acceptare, & Religionem catholicam amplecti e medio sublaturas.* Hæc monita num a suspicione facile Sinistra quaevis suggerente, derivarint, an certo Ducum consilio originem debeant, non dirimo. At si ex Ducatu Mediolani numerosus Equitatus Duce MANFRINO CASTILIONÆO, & ex Helvetia recentes plures copiae accessissent, quem ad modum a Vexillis Grisaeis & cohortibus Quinque Pagorum ex tempore exspectabantur, Evangelicorum statum in summo discrimine fuisse nemo non facile videt.

Audito Oengadinensium adventu Legatus SCARAMUCCIA VICECOMES, Richenovia relicta, bellicis tormentis secum abductis Ilantium abiit. Oengadini insequentes Raetium venere, ubi Arcem apertam primo Duces ingressi deinde etiam militem, ut cibo ac potu se reficiat admiserunt. At miles Semel admissus manibus non abstinuit; & servi domestici occasione animadversa fide posthabita pretiosiora ac suppellectilia obvia subripuere quae licentia a Ducibus, cogitantibus rem esse Hostis, BARTHOLOMÆI nempe PLANTA Arcis illius feudatarii coercita non fuit. Hinc vero gravis nata est apud Archiducem actio, ut dicetur. Oengadinis se jungunt Davosiani; in itinere erant & Raetigoii, & Tigurinae cohortes, quae in Dominio Majaevillano erant. Posuerant Grisaei ac Quinque pagici castra in planitie prope VALENDAUNUM. Eos ex vico, noctu, Oengadini, Davosianique adoriuntur:

dies erat 2 April. / 22 Martii pugnatumque est horas semptem continuas, nocturnas, majore Raetorum quam Quinque-Pag. & Grisaeorum jactura. Itaque illucescente die videntes Hostium vires conjunctas & scientes bellica duo tormenta majora Ilantio adducta esse, vio egressi sunt. Tunc miles Helveticus vicum ingressus omnia depraedans armenta ac supellectilem secum abduxit: Rumore velitationis Curiam perlato, sine mora Majaevillani Alvonovani & Corvantii, qui jam in itinere versus Amisium erant, nec non Curienses, Quatuor Pagici, Fürstenoviani, Ortensteiniani, & Scanavicani vexillis sublatis ad Pontem Richenoviae convenerunt. SCARAMUCCIA spe se frustratum videns, Griseis qui Mediolani semper unanimem sui Federis consensionem jactaverant vana verba exprobrasse dicitur, & per Mædelam Vallem Mediolanum remeavit. Helvetii quoque tot vexillorum confluxu intellecto, impares se videntes. Ilantio derelicto, potiorem praedae partem secum abducentes, patrios repetituri lares iter per Aetuatiam Vallem ineunt, ut Raetos tardarent obversa identidem facie crebras eiaculationes explodentes. Interea centum circ. Raetigoii ut eos praeverterent, per altas nives Summitatem montis festinanter petunt. Quo viso, Helvetii praedam omnem, Equos triginta sex, & armenta multa reliquerunt; quae Raeti suis Dominis restitui curarunt. Hic Quinque Pagicorum e Raetia egressus fuit, qui confines Uranios, Altdorffianosque ita terruit, ut præ persequentium Raetorum metu parum abfuerit, quin vicos deseruerint: Sed ultra fines suos Raeti pedem proferre noluerunt. Inter relicta, Articuli reperti sunt, quorum observationi miles ille Quinque Pagorum adstrictus fuit, inter quos unus præposterum Religionis Zelum sapiebat. Reperta & Scripta nonnulla, quae rumorem de consilio Evangelicos in Raetia exscindendi, aliqua ex parte, e vero traxisse docebant. In litteris cujusdam JO. PETRI SCHLEININGERI Uraniensis ad Patrem post varia injuriose contra Raetos in genere, & Catholicos in specie effusa, dicebatur: *Cum primum Helvetii catholici in Raetiam venerunt plus unam efficere potuisse cohortem, quam nunc duas. Engadinos ac Raetigojos bellum adversum se instruere, sed nil proficere: Hispanum enim statuisse Oengadinam ac Raetigojam totam igne devastare, atque hoc brevi certo futurum.* Cum Quinque Pagicis etiam abierat SEBASTIANUS à CASTELBERG Principalis Monasterii Desertini Abbas cum conventualibus omnibus. Raeti ab itinere lassi revertentes

vertentes Desertinae paullisper respirarunt. Ubi Duces dum gregario militi e cella Monasterii Vinum ac panis Subministratur Abbatis musaeum pervestigant, ibique litteras GUEFFERII autographas ex quibus eum circa lanienam Vallis Telinae, ejusque occupationem, & connexa plura communia cum Hispano miscuisse consilia constabat; SAREGI quoque Apostolici Nuntii litteras plures, quibus excidium Evangelicorum Raetiae svadebat, & ex quarum una etiam patebat id consilium ipsi quoque Abbati probatum fuisse, inveniunt. Ipsa earum verba Superius dedimus *a*). Superpondii loco & hasce nativo idiomate loquentes adiicimus, sic sonantes *b*).

Molto Illustre, & Molto Reverendo Signore.

Dal presente Messo, in questo punto, ricevo la lettera di V. Sigria. delli 15. Stante, con l' annesso originale del Signore Collonello Berlinger (Beroldinger) *a lei, dalle quali intendo come in sin ora non è conclusa cosa alcuna sopra gli affari di coteste parti, e con mio dispiacere prævedo altro rovine & altri mali, che senz' altro succederanno, se non s' abbraccia da dovere il partito già da me à V. Signoria più volte proposto, & da lei molto bene approvato, di distrugger affatto l' Eresia, & piantare in ogni luogo della Retia la Santa fede cattolica. Alli 15. di questo scrissi Io a V. Signoria & lei feci un lungo discorso intorno alli deti affari de i Signori Griggioni confidentemente.*

Di Lugano, li 23 Decemb. 1620.

Di VSria. Molto Illustre, & Molto Reverendo.

Come fratello
Affettionatmo. per Servirla
Prontmo.
Il VESCOVO di ADRIA
Nuncio.

a) Cap. XVI. §. II.
b) Exhibentur & in Theatr. Europ. ad An. 1621.

Post expulsum Quinque Pagorum militem, Griseae, nec non Ortensteiniana & Supra Saxensis Communitates, quae Mediolanensem Tractatum probaverant, in litteras Foederales, & quod nullo unquam tempore neu cum Hispano neu cum Venetis, tam nociva amplius Foedera inire velint, juraverunt. Grisaeis Septuaginta Sex millium & Sexcentorum florenorum mulcta indicta quidem, sed paullo post etiam remissa fuit.

Ad Hispanicam causam Sustentandam Praepositus TUSCANUS Mediolanum celerrime profectus cohortes quatuor, milites fere mille obtiobtinuerat, quos secum GIOERIUS in Misaucinam introduxit. Sed eos Raetica Vexilla d. XVI. April monte D. Bernhardi depulsos in Valle Misaucina prostraverunt. In quodam conflictu ad D. Iacobi fanum catholici illi milites Sclopetorum explosionibus se faciles exponebant, persvasi se vi devotionum ac conjurationum abs sacerdotibus ipsis impertitarum a globulis Lutheranorum tutos fore: ac cum secus evenire senserunt, impetu Raetorum non exspectato in fugam se dederunt. Sic a victricibus Raetorum armis debellati confiniis ejecti sunt. Erat tunc Bellinzonae JULIUS DE LA TORRE Praepositus Scalae Mediolani Lanienae, Rebellionisque Valtelinensis faber ac incentor, qui fugientem militem colligebat, & aliqua pecunia demulcebat. Is quadraginta plus minus mille libras ad juvandam Rebellium causam de proprio expendisse dicebatur; ac non diu post Mezzani, loco obscuro animi moerore confectus diem obiit supremum, quum Dux Feria illi ne amplius Mediolanum redeat praecepisset *c*). Hoc tandem modo antiqua Raetorum Foedera extraneis hactenus armis dissociata, in priscam de novo Societatem coaluerunt.

c) Sprech. p. 197.



§. II.

§. II.

1621. April.

Bassompetra legatur in Hispaniam, Articuli Madriti Sanciti.

Nunc operam, quam Rex Christianissimus in Raetorum beneficium contulit intueamur. Is cognito ex Guefferii litteris Raeticarum rerum Statu, mox, die puta xxi. Jan. MDCXXI. bassompetram ad Catholicum Hispaniarum Regem philippum III. ad petendam Raetis occupatarum terrarum restitutionem delegavit. Rex philippus cum morbo, quo decessit, Gallicum admittere Legatum non posset, Comitem Beneventanum balthasarem de Zuniga, Status Secretarium jo. de Cerica, & Consilii Italici Regentem hieronymum Caimo, cum illo de negotio tractare jussit *d*). His in eam rem congregatis Bassompetra ingenii quo valebat acumine, dexteritate, ac eloquio Raetorum in Vallem Telinam, ditionesque caeteras jura tam evidenter asseruit, Ducis feriæ ambitionem, & invasionis iniqitatem fortiter exagitavit, zunigæ rationes, quibus feriæ facta justificabat Scienter elumbavit, Regis sui petitum multis praegnantibus in medium allatis causis insinuavit, ut ab ejus fide nil supra exspectari potuerit *). Quod cum tam Serio ageret, ipse Pontifex Regi catholico

d) Bassomp. lett. au Roi d. 18. Mars 1621.

*) Volupe est ipsum Bassompetram audire; *Replique sur la Harangue de Don Balthasar de Zuniga*, le Mardi, 23 Mars, 1621. ex ejus *Ambassade en Espagne l'Annee* 1621. *Cologne, chez Pierre Marteau Ao.* CIƆIƆCCLXVIII. *Pag.* 58.

Messieurs! Par l'ample & prudent discours du sieur Don Balthasar de Zuniga, en reponse de ma proposition Je me confirme de plus en plus l'opinion, que J'ay toujours eue des bonnes, justes, & saintes intentions de sa Majesté Catholique, & de la preudhommie de Son Sage Conseil, & qu'il n'eust jamais permis l'usurpation de la Valtelline a ses Ministres d'Italie, pour couvrir leur Ambition, s'ils ne lui eussent forgé le prætexte de la Religion Catholique en la dite Vallée. C'est la couleur que le Duc de Feria a donné a Son Action, pour la faire approuver par deca; mais en effect Son dessein a este d'employer les

lico: Rex catholicus morti vicinus filio Succeſſori reſtitutionem commendavit *e*). Nihil quidem non Hiſpanici Miniſtri tentarunt ut Vallem

e) Vid. Præloq. Tractatus Madrilliani, qui ad verbum exhibetur in l'*Ambaſſade du Marechal de Baſſompierre, en Suiſſe l' An.* 1625. Edit. Colon. *Chez Pierre Marteau.* Ao. ƆIƆIƆCCLXVIII. Pag. 29 — 34.

les Armes du Duché de Milan a quelque Guerre, qui accreut la gloire particuliere, & les Eſtats de Son Roy, comme J' eſpere de le Vous faire voir clairement, parce que Je vous en diray.

Les Griſons jouiſſoient donc d' une profonde paix lors que l' annee, ils etablirent un Tribunal de Juſtice, qu' ils nomment Strafgericht, pour chaſtier ceux qui ſeroient convaincus d' avoir fait pratiques, brigues, ou entrepriſes avec les Etrangers contre leur Etat. Cette forme de Juſtice eſt de temps immemorials uſitée parmi eux, en la quelle Je trouve ce ſeul defaut, que ceux qui ont l'autorité en main eligent des Juges a leur devotion, qui traittent rudement ceux de la faction contraire, & eſpargnent leurs amis.

Le Parti des SALIS, qui avoit alors la puiſſance abſolue. S' en ſervit a cette occaſion contre leur anciens ennemis, nommes les PLANTA, qu' ils firent condamner, bannir, & confiſquer avec une extreme rigueur. Juſques là il n' y a point d' oppreſſion de Religion, car il y avoit des Juges Catholiques auſſi bien que des Huguenots: On chatioit ceux des deux Religions pour leurs Crimes, & Selon la paſſion de leur Ennemis: mais jamais pour leur foi. Et l' Archipreſtre de Sondrio, qui eſtoit accuſé d' avoir fait un vojage a Milan, & longuement conferé avec le Duc de Feria, pour cette cauſe mourut dans les torments de la gehenne, mais non pas pour la Religion car pour les memes ſujets quelques autres qui etoient Proteſtans furent punis.

Sur ce les PLANTA, chaſſés de leurs Pays, vindrent demander ſecours au Gouverneur de Milan. Ce ne fut point pour empecher l' oppreſſion de la Religion Catholique: car de cinq Deputés, qui le vindrent trouver, les trois eſtoient Proteſtants, a ſcavoir Rodolfe Planta, le Zambra, & le frere Pompée Planta, & avec eux etoit le Cavallier Robuſtel, frere & Beau frere du dit Rodolphe, Chef de leur faction.

Voyons donc a quelle fin utile a la Religion catholique le dit Gouverneur de Milan a employé les Armes du Roy. Il s' eſt ſaiſy de la Valteline, en la quelle il n' y avoit pas trente habitans qui fuſſent Proteſtans: Apres l' avoir priſe, il s' y eſt fortifié, laiſſant les Griſons demeler entre eux leurs Civiles diſſentions, ſans aſſiſter les Catholiques n' y offenſer les Huguenots, ſi ce n' eſt les Planta, qu' il a laiſſé opprimer par la faction contraire, & qu' il n'a ſecouru d' autre choſe que de leur donner retraite a Milan, bien qu' ils fuſſent heretiques.

Voilà

lem Telinam Raetico Dominio ſubtraherent. ZUNIGA quingenta Scutatorum millia, quorum exſolutione Dominatione eximeretur, offerebat.

Voilà, Meſſieurs, tnot l' effect de ce Saint Zele: Voilà le pretexte de la Religion, & l' aſſiſtance qu' il a donnee aux Catholiques; ſurquoi les Griſons opprimés tenterent de rentrer dans leur Pays, chercherent ſecours du Roy leur allié, & de leur Voiſins, bien que Proteſtans. Les quels ils n' ont point emmené en Valteline pour infecter les Habitants d' icelle de leur hereſie, mais pour chaſſer les Eſpagnols de leur Etat & pour le conquerir.

Jugez Meſſieurs, & jugez Selon Votre Conſcience, quel interet de Religion il y a pour cela d' uſurper l' Etat d' Autrui, de ſpolier les legitimes Seigneurs, & de retenir un Païs, ſur le quel le Roi Catholique n' a Droit quelconque, & Vous reconnoitrez que le Manteau de la Religion, du quel le Duc de Feria ſe couvre, eſt une Cappe vieille & uſee, a travers les trous de la quelle l' on voit clairament ſon Ambition, & bien que Je n'aye beſoin d' avoir d' autres raiſons pour r' avoir la Valteline, que cella de la redamender purement & ſimplement pour les interets que le Roi mon Maitre a de la r' avoir, Je ne laiſſerai de prendre a mon tour, le pretexte de la Religion, pour Vous obliger a la rendre, & Vous faire voir, que ſi Vous en dilayez, tant ſoit pour la reſtitution, vous forcerez le Roi mon Maitre, oui Meſſieurs, Vous le forcerez, car c'eſt malgré luy, a retablir & reſtituer le Parti des Heretiques, qui par ſon enttemiſe en Allemagne & par ſes Armes tout fraiſcemant en Bearn, vient comme d' etre abbatu, & deſtournerez le ſaint & louable deſſein, que ſa Majeſte a d'attaquer a ce printems les Heretiques de la France, & en exterminer le Parti, dont Je Vous puis donner parole, ſi Vous nous rendez la Valteline, & que Sa Majeſté n' en attend que la reſolution pour ſe declarer ouvertement. Enfin, Meſſieurs, Nous ferons voir a tout le Monde, que Vous aurez, par Voſtre avide ambition, empeché la plus haute entrepriſe, pour delivrer la Chretienté d' hereſie, qui ait encore été projette, & dont l' execution eſt infaillible, ſi Vous ne la detournez.

E quand a la pretenſion que Vous avez d' etre rembourſes des frais que le Duc de Feria a faits pour le Roi Catholique en cette guerre, certes cela m' eſt ſi nouveau, & tellement contre mon attente, que Je ne ſçai par ou commencer pour y reſpondre. Nous n' avons point encore oui dire, que le Roi Catholique fit traffic ou Marchandiſe de la guerre. Il a veçu trop noblement jusqu' a cette heure, pour faire croire qu'il ſe faſſe payer les depens, quand bien il auroit ſujet & raiſon de les demander, mais en cette affaire, ou il n' a eſté convié ny appellé par les Griſons, ains par quattre ou cinq Bannis, qu' il eſt venu ſaccager, piller, & envahir, les terres d' une Republique, avec que il n'a nulle guerre n'y diſſention, & qui auroit Juſte ſujet de demander reparation des outrages & ruines, qu' elle a ſouffert, que le Roi Catholique vienne a demander les frais qu' il a convenu faire pour les maltratter; conſiderez Meſſieurs, s' il y a apparence. Je ne Vous feray ſur cela, que cette reponſe. Si le ſeul Zéle de la Religion, & les

bat. Negavit vero BASSOMPETRA ſe ad vendendam Vallem in Hiſpaniam veniſſe. CAIMO, optime Vallem TRIUM FOEDERUM Reipublicae titulo QUARTI FOEDERIS aſſociari poſſe, cum annua tamen quingentorum Scutorum ob communicata ſupremi Dominii jura obligatione, Tribus Antiquis exſolvendorum. Alii Singulis Foederum unum addi debere cenſebant Tertiarium. Alii, titulo Cantonis Pagis Helvetiae catholicis Vallem aggregandam eſſe cenſebant. Rurſum Alii, poſſe ac bebere Dominis Raetis citra ullam conditionem reſtitui, ſed ſub S. ROMANÆ SEDIS protectione, & quidem tali pacto, ut cum Pontifice Raeti communia Jura Dominii haberent. BASSOMPETRA pulcre intelligens, quorſum ingenii illi luſus tendant, finem inventionibus fecit categoricam petendo reſponſionem: *Num Raetis ereptas placeat reddere Terras, an minus* *). Hiſpani firmo viſo Galli propoſito, nec volentes

le Service de Dieu vous a porte a cette entrepriſe, Vous en devez entendre une Ample recompenſe de celui, pour le Service du quel Vous Vous eſtes employes; il eſt Puiſſant pour Vous remunerer par de la Votre attente, & Votre imagination: mais ſi portés par Votre ſeule ambition Vous avez uſurpé la Valteline, les Griſons ne vous doivent payer aucuns frais ſur ce ſujet; & le Roi, mon Maitre, ne conſentirà jamais qu'ils le faſſent. Je finirai, Meſſieurs, en Vous ſuppliant inſtamment, de vouloir regler & moderer de telle façon Vos demandes & Vos deſirs, que Nous puiſſions amiablement terminer cett' affaire qui traine apres elle tant de facheuſes ſuites, que le bien, ou le mal de toute la Chretienté depend de ſormais de ce que Nous en reſoudrons.

*) Lettre du Mr. Baſſompierre au Roi, du 17. Avril, 1621. de Madrid. loc cit. Pag. 107. Sq. SIRE! J'eus Audience du Roi votre Beau frére, le 4me. de ce Mois (Avril) en la quelle Mr. l'Ambaſſadeur ordinaire & moix fimes les compliments du des plaiſir de la mort du dit feu Roi, & de la reiouiſſance de ſon heureux advenement a ſes Couronnes, ſelon la coutume uſitee en ces occaſions avant que lui parler d'affaires, des quelles Je traittay puis apres plus d'une heure durant, ſur toutes les quelles il me repondit particulierement par ordre plus exact que Je n'euſſe attendu de ſon áge, & du peu de connoiſſance, que jusques a cette heure il avoit eut des affaires, & enfin il m'ordonna d'aſſurer Votre MAJESTE, qu'il eſtoit reſolu de la contenter en tout & par tout, & de garder avec elle une tres parfaite intelligence & amitié, & que pour cet effect il ordonneroit a quelques uns de ſes Miniſtres d'en traitter inceſſament avec moi, & de terminer au plutoſt, affin de faire voir par cette promtitude a Votre Majeſté les preuves de ſes bonnes intentions ce qui a tres bien reuſſi depuis. Car le meme jour le Roi commanda, que le Conſeil d'Etat fut aſſemblé pour le lendemain pour ce ſujet, apres le quel Dom Balthazar m'envoya prier

volentes cum Gallo implicari, in Sequentes cum BASSOMPETRA Tractationes descenderunt.

Primo

prier devenir ouir Messe a S. Hieronime; ou il me vint parler plus de deux heures, avec tant de compliment, que j' entray un peu en saupçon de son excessive courtoisie. Enfin il me fit deux Propositions. L'une, de faire contenter les Grisons, moyennant cinq cent mille Ecus, que le Pape donneroit moyennant quoi il auroit la proprieté & Souveraineté de la Valteline, qui seroit un tres bon moyen pour conserver la Religion en la dite Vallee, & la vie des Valtelins, qui ne seroit jamais assuree, s'ils retournoient sous la sujettion des Grisons, attendu l' esprit violent de ces Peuples, animés par la derniere revolte des Valtelins, suivie du Massacre de tous les Grisons, qui s'etojent trouvees dans la Vallee.

A cela Je dis, que Je n'etois pas venu en Espagne pour vendre la Valteline, mais pour la r'avoir; que Je n' ecoutois cette Proposition, & ne la ferois savoir a Votre Majesté, & que lui demandois seulement que l'on repondit particulierement a ma demande, & que Je prendrois telle reponse, que l'on me donneroit, pourveu qu' elle fut d'ouy, ou de Non. A, autrement, & non cela il repondit, que si cette ouverture n'estoit approuvee par Votre Majesté, l' on en pourroit trouver d' autres, comme de faire la Valteline un quatorcieme Canton, le quel etant Catholique fortifieroit les autres contre les Protestants. Que Votre Majesté, qui estoit si bonne & pieuse, ne refuseroit d'ecouter, & de favoriser tout ce qui feroit pour le bien de la Religion, & que ce seroit un grand avantage aux Ligues Generales de la Suisse d' avoir une voix de plus, qui fut Catholique. Il s' etendit longuement là dessus, & moy Je ne le repondit autre choffe, si non que cela n'estoit point a faire, e que Votre Majesté vouloit que la Valteline fust restituée aux Grisons leurs vrais & legitimes Seigneurs aux memes Droits & Prerogatives, qu' ils y avojent precedamment, & que hors cela Je n'avois rien a dire, si non demander Audience au Roi Catholique, & prendre conge de lui. Il m' embrassa, & me dit, que les propositions n' etojent point des resolutions; que l' on m' en feroit peut etre plusieur avant que d' en convenir d' une bonne, & que Je lui permisse, come Persone qui avoit employe vingt annees en Ambassade, de me conseiller d'ecouter toujours toutes les ouvertures, que l'on me feroit, & d' en choisir la meilleure, ou de les refuser toutes, si elles ne m' agreojent. Je le remerciay de son avis, & l' asseuray que de toutes les ouvertures que l' on me scauroit faire, il n' y en avoit q' une, qui me put contanter, qui etoit la restitution pure & simple; que Je n'avois pour le bien de Vos affaires rien de plus cher, que le tems, & qu'il falloit necessairament que Votre Majestè fut resolue de cet affaire en une façon, ou en l' autre, pour faire paix avec les Huguenots, & aller reconquerir la Valteline, ou pour assaillir vivement les Huguenots de son Etat: que la saison etoit avancee, & que Vous ne la vouliez perdre, & qu'

Primo. *Ut omnia tam ex una quam altera Parte in pristinum Statum restituantur, proinde Præsidia de novo imposita revocentur: consequenter Rex Catholicus militem, quem in Ducatus Mediolani confinis prope Vallem Telinam ac Clavennam, nuper posuit, avocet; sic ut non alius miles, quam qui ante ultimos hos motus, ordinarius ibi locorum erat, permaneat. Idem Raeti in Valle Telina, & Comitatibus Clavennae, ac Bormii observent.*

II.

& qu' etant un nouveau Negociateur, qui aya traitter avec les plus habiles Gens du monde, Je ne pretendois point de Sortir des termes de ma proposition, de peur de me mesprendre, & d' etre trompé. La dessus, Je me separay de lui, & les festes de Pasques, qui ont succedé de nouveau ne nous ont pas permis de nous rassembler qu' aujourdui, que le Regent Caymo, & Jouan de Cerica, accompagnés de l'Archeveque nous ont fait une nouvelle Proposition, de faire la Valteline une Quarte Ligue, qui payeroit par chacun an, a chacune des trois autres 5000. Ecus de l'ension pour leur liberté & souveraineté, & qui seroit obligée de demeurer dans les termes des precedentes Alliances avec les autres Ligues, sans rien innover. Je vis bien, Sire, que si Je ne sortois tout d' un coup, & par violence de tous ces Pourparlers, qu' ils tirerojent les affaires en une longueur qui porteroit prejudice aux Votres; c' est pourquoi Je me levay, & leur dis, que Je louoit leur dexterité de me donner un refus, sans me le dire ouvertement, & que Je le sçavois aussi bien prendre; de telle Sorte que Je n' avois a leur demander autre chose que l' heure de l' audience pour prendre conge de Sa Majesté Catholique, & quoi qu' ils me voulussent dire, Je ne les voulus point ecouter, jusques a ce que par l' entremise de l' Archeveque de Pise, ils me firent dire, que les ouvertures que Dom Baltasar & eux m' avoient faites par cidevant, n' avoient eté pour gaigner ou pretende quelque chose en la dite Valteline, n' y pour le profit particulier du Roi, mais pour le bien de la Religion Catholique, comme l' on pouvoit juger par les memes propositions, & que puis qu' elles ne m' agreoint point, qu' ils avoient chargé de m' offrir la restitution pure & simple, dont ils ne me demandoient autre profit, n' y interet, si non qu' il parut en quelque chose que notre Religion y eut meliorée, a quoi Je m' accordai si franchement que les priay de proposer aux memes les moyens de cet amelioristement, & que Je n' en refuserois aucun, pourveu qu' il ne prejudiciat a la Souveraineté des Grisons.

Sur quoi Je les ay trouve si justes, qu'ils ne m'ont demandé autre chose, si non que les innovations ou prejudices qui auront eté faits a la Religion Catholique depuis le commencement de l' Annee 1617. fussent otees dont Je suis a l' heure meme demeure d' accord, & leur ay offert que s' ils desirojent quelque chose

II. *Raeti generalem eorum que ultimis his motibus accidere veniam dabunt, ut Vallis Telinæ ac Comitatuum Clavennæ & Bormii subditi, nec in personis, nec in bonis propter comissa hac occasione unquam quidquam pati debeant; sicque Amnestia perpetua observetur.*

III. *Quod Religionem in Valle Telina, Comitatibus Clavennæ & Bormii adtinet, decretum est, omnes novitates, si quæ a principio Anni MDCXVII. usque ad diem hunc in Religionis Catholicæ præjudicium forte introductæ fuerunt, tollantur.*

IV. *Tria Raetorum Foedera præstabunt juramenta & promissiones, quem admodum in similibus occasionibus moris est, de observandis Articulis stipulatis; eoque juramenta & promissiones, in forma authentica Tribus Personis sequenti Capite declaratis consignabunt Rex Christianissimus in se recipiat efficere dicta observari; idque ipsum etiam Tredecim Helvetici Cantones, & Valesiani, aut major saltem eorum pars spondebunt.*

V. *Rex Catholicus monebit Avunculum suum Archiducem ALBERTUM ut Parlamenti Comitatus Burgundiæ Præsidem, aut alias ejus Comitatus Personas, quantocyus fieri poterit, saltem non Serius ultima Maii proximi LUCERNAM mittat, ut ea Persona una cum Nuncio Apostolico & Legato, cui comittere placuerit MAJESTATI CHRISTIANISSIMÆ, de mittendis in executionem*

chose d'avantage pour la dite Religion, que J'y acquiescerois. Ils m'ont demande aussi que les Grisons ne fassent d'ores n'avant aucune Ligue avec d'autres Princes ny Republiques, & que la Seule Ligue du Roi persista, dont Je sui demeuré d'accord come de chose avantageuse pour Votre Majesté.

De Sorte, SIRE, que s'ils ne me forgent de nouveaux monstres, pour les combattre, Je me promet une resolution finale de nos affaires en notre premiere conference, qui sera dans deux jours, pendant les quels Je ferai voir a'l Auditeur du Nonce, & aux Ambassadeurs des Princes qui se conioignent aux interets de Votre Majesté, les Articles, que Nous avont projettees, pour voir, s'ils leur agreent, a fin de ne rien faire qu'avec leur participation, ce qui les oblige, & les interesse toujours d'avantage dans vos affaires. Je finirai par un humble pardon &c.

tionem Articulis concurrat, & ea quidem declaratione, Veteres Tractatus & Pacta cum Domo Austriaca, & singulariter Comitatum Tirolis concernentia in suo vigore manere debere.

VI. *Persona Comitatus Burgundiæ quam Archidux ALBERTUS mittet, secum litteras Anticipatorias suæ Celsitudinis ad Ducem Feriæ afferat, quibus illi compositio negotii significetur, & ut quæ a MAJESTATE CATHOLICA in mandatis habebit, statim exsecutioni det, restituendo nempe omnia in statum, quo ante fuere: Easque litteras statim ac fuerint adimpleta ea, quorum in IV. Art. mentio, ad Ducem FERIÆ mittet. Et hunc in finem MAJESTAS CATHOLICA expressum Duci FERIÆ mandatum mittet, ut promte omnia exsecutioni mandet, cunctaque in pristinum statum restituat.*

VII. *Hæc transactio a Rege CHRISTIANISSIMO rata fiet: atque Ratificatio Parisii Marchioni de Mirabello, Bellico Regis CATHOLICI Consiliario, ejusdemque in aula Gallica Legato consignabitur, idque statim post Domini de BASSOMPETRA in aula adventum.*

VIII. *Hujus Transactionis duo concipientur Exempla: alterum lingua Gallica: Lingua Castellana alterum: Utrisque a Dominis de Bassompetra, Comite della Rochepot, Regente Caimo, & Secretario Cerica Subscribatur: ut nempe utraque Pars suum habeat Exemplum. Et Gallicum quidem consignabitur Dno. Secretario JOANNI de CERICA: Castellanum vero Do. BASSOMPETRÆ.*

Actum MADRITI, die XXV. April Ao. MDCXXI.

Sign. *Bassompierre, d'Angennes, Regent Caimo, Jouan de Cerica.*

---

§. III.

§. III.

1621. Mai — Aug.

Comitia Lucernæ. Cantones Catholici Hispanis obsequiosi pro Ratis Spondere recusant.

Articuli Madriti confecti ad Raetiae populos missi passim probabantur Oengadini inferiores, Sexamini, & Aceriani, Soli, adhuc a Lanienae Auctoribus poenas sumtas voluissent. Eam a consilio communi discessionem fovebant Hispanorum fautores, ut exsecutionem Articulorum repellerent, aut suspenderent: quo animadverso mox ab omnibus unitim acceptati sunt. At executio nunquam secuta est; inerat enim acumine Hispanico Tractatui inserta destructiva formula haec: *debere Pagos Helvetiæ in Pactorum observationem pro Raetis sponsionem interponere.* Certi autem erant Hispani majorem Helveticorum Pagorum partem a se pendere, ac singulariter Quinque Pagos nihil, nisi quod ipsi vellent facturos, ausurosve. Ad explicandam ergo mentem suam, mense (non Majo, ut conventum, sed) Julio, Septem Catholici Cantones ad Comitia LUCERNAM vocantur; ubi etiam ALEXANDER SCAPIUS Nuntius in Helvetia Apostolicus, Episcopus Campaniæ, GUILIELMUS MONTHOLONUS, extraordinarius, & STEPH. GUEFFERIUS ordinarius Regis Christianissimi Legati, & Catholici Monarchæ nomine ADRIANUS THOMASINUS Praeses Dolensis in Burgundia, ab Archiduce ALBERTO delegatus, conveniunt. Ibidem quoque erant a Rebellibus Volturenis missi Doctor Joannes Guicciardus, Jo. Iac. Paribellus, & Abundius Taurellus, adversum Raetorum Dominationem debachantes, sparsis quoque impressis foliis injuriarum plenissimis *). Ibidem etiam CASPARUS SAINUS Curiensis Episcopi Decanus, Episcopatus jura obsoleta, aut ante seculum cum reformatio ageretur

*) Tale erat Scriptum ALBERTI PECHORELLI Auditoris Antecedentis Nuntii Apostolici SAREGI, titulo & Prosopopoea VALLIS TELINÆ PLORANTIS mendaciis & calumniis refertissimum, rationisque adeo oblitum, ut Principibus Catholicis Svasor sit *Vallem telinam potius Turcis, quam Raetis in manus tradendi.*

ageretur amiſſa, aut olim vendita, rebus nunc turbidis recuperare anuierebatur. Ibidem Raeti exſules, ſuo & abſentium nomine, JO. SIM. FLORINUS, LUCIUS à MONTE, GEORGIUS de GEORGIIS, JO. ANT. GIOERIUS, & JOAN. CORAIUS aegre ferentes nullam ſui in Tractatu rationem habitam, eadem cum Volturenis opera exſecutioni Tractatus ſe opponebant. Pro Raetica Republica WOLF. à MONTALTA, CHRISTOPH. LEHNERUS, & HULDR. BUOLIUS unamini III. Foederum ratificatione praeſentata, Sponſionem Helvetiorum, & exſecutionem Tractatus poſtulabant. Sed ubivis tricæ. Ipſe MONTHOLONUS, per litteras Helvetios Catholicos ut ſponſionem donec ſecuritati catholicae Religionis in Raetia ſufficienter cautum eſſet, different, monuerat: *f*) & quod bellum in Gallia contra Hugonottas ingrueret, ex omnibus apparebat Legatos Gallicos Tractatus exſecutionem admodum negligenter urgere *g*) Cum Praeſide Dolenſi Burgundo nec conventus quidem, ob diſſidium praecedentiae; Nuntio Apoſtolico ultro citroque commeante. Sic Hiſpanici nullo negotio ab Helvetiis prece & pretio obtinuerunt, ut ſponſionem negerint, declarantes: *Se non ſine magnis impenſis Raetorum negotiis inmiſcuiſſe, ultimo nil niſi ingratitudinem reportaſſe: Quare cum negotium hoc in manibus trium maximorum Monarcharum, Pontificis, Hiſpaniæ, & Galliæ Regem ſit, his ſe curam relinquere.* Rebus ſic comparatis Gallici Legati alia via Hiſpanos demulcere, & reſtitutionem extorquere tentarunt; nempe cum Hiſpani dicerent nonniſi ſecuritatem Religionis catholicae ſibi in hoc negotio cordi eſſe: Gallici plura dare volebant, quam illi poſtulabant, vel cum Legum Raetiae fundamentalium convulſione. Nec tamen quidquam profecerunt, Hiſpanis Religionis titulo ludentibus Raetis vero violationem ſuarum conſtitutionum admittere nolentibus. Hic tenor eſt Articulorum, LUCERNÆ, a Nuncio Apoſtolico, Montholono, & Gueſſerio conceptorum, quos Gueſſerius Curiae Senatui Raetico propoſuit, & ſi approbentur Vallem Telinam reſtitui fidem faciebat. *Religionem Catholicam in tota Raetia, etiam in ipſa civitate Curienſi liberam eſſe debere. Templa, Monaſteria, & collegia cattolica, ubique, per totam Raetiam ædificari, & a Religioſis libere inhabitari licere. Epiſcopo & Capitulo CURIENSI omnia ipſorum jura Politica & Eccleſiaſtica*

f) Spr. p. 208.
g) Id. p. 219.

clesiastica debere restitui, & ut visitationes per totam Diocesin suam, reliquasque functiones sui muneris libere exercere possit, ipsi concedi. Debere Causarum matrimonialium cognitionem Foro Ecclesiastico relinqui. A Sacerdotibus divina officia Stilo Gregoriano celebrari: Omnes Ecclesiarum reditus, Decimas, Sacerdotibus catholicis applicari: Monasterium Corvantianum restitui: Exsulibus Raetis Catholicis liberum in Patriam reditum, & bonorum ejis ablatorum restitutionem dari: In Valle Telina, & Bormii Comitatu solam Catholicam, Apostolicam, Romanam Religionem exerceri: Monasterium Dominicanorum Morbenii cuicunque alteri ordini posse concedi: Episcopo Comensi Jurisdictionem Ecclesiasticam absolutam cum visitationibus, & aliis permitti: Volturenos qui a Tribunalibus Censoriis puniti fuerant, ob mulctas ex parte non solutas non posse conveniri. Nulli pepercit labori GUEFFERIUS, Proceribus Raetiæ, Ecclesiarum Ministris istos articulos commendando Exsulibus Evangelicis Volturenis in damnorum perpessorum resarcimentum quandam pecuniarum summam promittebat; spondebatque efficere ut in oppido TIRANI Templum unum Evangelicis concedatur, & in Praetorio SONDRII etiam liberum exercitium permittatur. *gg*).

Sed Raeticus Senatus ejus Propositionibus commodare assensum renuit laconice respondens: *Ratos Tractatum Madrilliensem acceptasse, nec ab eo recedere posse.* Responsionem Scripto flagitanti GUEFFERIO in hunc sensum responsum est. *In Raetia, utramque Religionem Catholicam, & Evangelicam liberam esse, nec quenquam in libertate conscientiæ, ullibi ejus locorum impediri. Templa, Monasteria, & Collegia Catholicos in in Raetia habere, nec in condendis aliis ad usum suum impediri, dummodo ordines publicis legibus jam olim proscripti non introducantur. Episcopum Curiensem a Juribus suis Politicis, ubicunque ea habet, nullo modo impediri: cum vero & ipse membrum Raeticæ Reipublicæ sit, & in litteris Foederalibus nominatus ac comprehensus, aequum etiam esse, ut si quae differentia inter ipsum & aliquas Communitates, aut privatas Personas enascatur, se juri, quem ad modum Fœderales littere disponunt, & Ejus Praedecessores fecerunt, subiiciat. Quod Ecclesiastica concernit, ipsum in locis catholicis, in visitationibus, ac functionibus suis non impediri. Causas Matrimoniales tenore*

gg) Conf. & Theatr. Europ. Tom. I. p. 572.

tenore articulorum Anno MDXXXVII. communi consensu sancitorum determinari. Stilum Gregorianum ne quidem a mere Catholicis, quem ad modum in Valesia videre est, receptum esse. Ad Ecclesiarum reditus quod adtinet, Evangelicos ex constitutionum dudum receptarum tenore Stipendia suis Ministris dare: Pariter & Catholicos ex reditibus suis, suos sacerdotes alere. De Decimis, Leges Ao. MDXXVI. latas esse, abs eo tempore semper observatas. De Monasterio Corvantiano esse quoque Anno MDXLVIII. inter Gregorium Abbatem Rockenburgensem Commissarios FERDINANDI Regis Romanorum, & incolas illius Jurisdictionis transactum. Exsules Raetos Catholicos non propter Religionem proscriptos fuisse nec Religionem quo minus Patriae restituantur, obstare: Bona eorum Communitatibus *applicata, & in sumtus publicos conversa fuisse. Nullatenus concedi posse ut in Valle Telina, ac Bormii Comitatu nulla alia quam* Catholica, *Apostolica, hodierna Romana Religio locum habere debeat: Se namque petere, & Deo adjuvante velle, ut libertas utriusque Religionis obtineat; Caeterum Articulis Madrillianis, quos firmos ratosque velint, se stare velle. In Monasterio Morbenii Monachos Dominicanos, vel etiam alios, dummodo legibus non sint exclusi* (Jesuitae innuebantur) *absque impedimento habitare posse. Comensis Episcopi Jurisdictionem in Valle Telina, ab eo tempore, quo Raetis paruit, certis semper ac legitimis terminis circumscriptam fuisse, quem ad modum ex Statutis Vallis Telinæ impressis & aliis constitutionibus videre sit: at in rebus, quæ ad Ipsum spectant nec impeditum unquam fuisse, nec dehinc impediendum. Quod mulctas illas Volturenorum nondum Solutas, concernit, cum consilio Legati GUEFFERII agere, & in ejus gratiam, quicquid hac in re jusserit, non denegare velle,* cui in fine Raetiae curæ humiliter commendabatur *h*).

Tunc quidem Pontifex GREGORIUS XV. Studio pacem Italiae conservandi saepius Catholicum Regem ut terras occupatas Raetis demto tamen Protestantibus exercitio, & quibusdam aliis in favorem Volturenorum impetratis, restituat sollicite ursit; ac post Comitia Lucernensia Nuncius SCAPIUS sub praetextu controversiam de fluvio Abdua aliisque inter Venetos & Mediolani Ducatum vertentem componendi Mediolanum profectus, cum Duce FERIA de restitutione tractavit, hoc quoque

h) Id. pag. 221. sq.

quoque articulo admisso *unam Evangelicis in Valle Telina concedendi Ecclesiam:* Sed mox notante LAZARO BENEVENTO Bononiensi in Exhort. Sua *ad Germanos ut ad gremium Cathol. Eccl. redeant*, Pontifiex ut Nepoti suo ex fratre, filiam unicam Ducis VENUSINI Neapolitani defuncti Amplissimorum Patrimoniorum haeredem, uxorem imperando impetraret, in gratiam clientis Ibericae Hispanis indulgens ab urgenda restitutione demisit *i*). Quin ipse Dux FERIA facilem & aequum se restituendo Raetis praebuisset, si modo Raeti misso Gallicanis illusionibus nuncio adfectum stipulari voluissent. JULIUS CÆSAR CICERIUS Mediolanensis Mercator, ipso quo GUEFFERIUS Articulos Lucernenses Raetis persuadere annitebatur tempore a Duce in Raetiam missus, Curiae in Senatu d. 20. Aug. exposuit: *Sibi* Mediolano discedenti FERIAM dixisse: *Si Raetis Legatos Mediolanum mittere placeat, facile de Restitutione Vallis Telinæ* (excluso nempe Religionis Evangelicae exercitio) *fore consensum.* Addens *Stupore dignum esse*, *qui fiat ut Legato isti Gallico GUEFFERIO Raeti tantum fidei præbeant*, *cum quæ promittit præstare nec velit, nec possit. Notum enim esse Galliarum Regem domi cum Montalbanensibus, Ruppellensibus, aliisque implicatum esse; & si ad bellum deveniat res, Raetiam ut pote fortalitiis destitutam Hostium invasioni expositam fore.* Liberis vocibus offensus Guefferius a Senatu petiit, dicta manu ejus qui elocutus erat Scripto signari: id quod CICERIUS nil reluctans praestitit. Ac tunc magis excanduit GUEFFERIUS, animadvertens multos vera agnoscere quae ille dixisset *k*). Robur etiam dicta inde accipiebant; quod jam ab anni initio, quo a Rege redierat Interpres JO. PAULLUS GUEFFEREUS ad retinendos facilius in obsequio Raetos, eos spe lactaverat fore brevi, ut MONTHOLONUS a Rege Christianiss. in Raetiam mittatur, qui & Restitutionem Terrarum, & in perpessorum solamen pecuniaria subsidia adferat; Sed diu tardavit MONTHOLON; qua de causa haud aliter fere a Raetis quam sono simili, sed faceta nomenclatione MOLTOLONG nuncupabatur. Venit tamen m. Majo diu desideratus Montholonus, deque Regia Raetos juvandi voluntate magnifice ac grauiter in Senatu locutus, alia quibus afflictos solaretur non adtulit *kk*). Rebus sic angustis duae

i) p. 226.
k) p. 224.
kk) p. 204.

Civitates confederatæ TIGURUM & BERNA, Raetis ne animum despondeant ad præsidiorum, militisque conservationem, sexdecim mille coronatos mutuo dare, & Abbatiscellanos ut pulvere tormentario, aliisque ad bellicam defensionem necessariis, eisdem succurrant, monere decreverunt. Quæ an praestita fuerint non reperio. A Praepotentibus Belgii ordinibus Tigurinus Senatus, in levamen afflicti Raetiae Status, causaque Evangelicae propemodum oppressae Symbolam flagitavit; sed in aerem verba *).

Anni MDCXXI. die XI. Aug. octogenario proximus mortales Basileæ exuvias deposuit JOHANNES NICOLAUS STUPANUS, Artis Medicae Doctor, Ejusdemque in Universitate Basil. multos annos Professor, ac Saepius Rector bene meritus, ac celeber. Honesto is genere prognatus fuerat PONTRASINÆ, **) Superioris Oengadinæ vico, ad montis Berninæ, per cujus fauces Pesclavium ac in Tellinam Vallem itur, radices

*) Mr Puisieux ad Mr. le Marchal Bassompierre d. 15. Mars 1621. Mr de Montholon, faute d'argent pour les Grisons, n'et pas encore parti, ce qui fait faute a' l affaire ainsi qu'il remonstre souvent. Ne laissez, de presser de là. Enfin, l'argent a eté asseuré pour envoyer en Suisse & Grisons, de Sorte que nous ferons partir Mr. de Montholon; mais la Somme est bien petite pour une si grande affaire. Ambass. de Bassomp. en Espagne. pag 41.

**) Erat heic QUADRIUS, Stuppanum natales Valli Telinæ debere perhibens Tom. III. Diss. V. §. 82. De STUPPANORUM familia haec habet ARDUSERUS. *Die STUPANEN sind vor alten Zeiten zu Com berühmt gewesen, haben sich vor 300. Iahren* (ab Anno 1598. computando, quo prima hujus Auctoris editio prodiit) *im Bergell, auch zu Clefen, im Obern und Undern Engadin niedergelassen. Anno 1527. ist gestorben* Bernardin Stupan *der fürnemsten Philosophen einer und Doctor in der Arzney, er hat zu Chur, von wegen seiner gelehrte und glücksamer Curierung in dem Medicin von den III. Pündten jährlich ein stattlich Salarium empfangen. Auch ist* Johann Nicolaus *in allen loblichen Facultaten hochberühmt gewesen. Zu unser Zeit sind vernamt* Doctor Nicolaus, *Professor zu Basel, auch Doctor* Nicolaus *so 45 Iahr zu Clefen Doctoriert hat. Sein Sohn* Nicolaus *auch Doctor in der Medicin, in der Philosophia wohl erfahren, ist dieser Zeit der Fürsten in Ungarn Hoffarzt.* Petrus *ein Wundarzt, hat König Johann in Ungarn bis zu End seines Lebens gedienet, und nach Absterbung gemeldtes Königs, ist er von Kayser* Maximiliano *an seinen Hoff berufft worden.*

radices ſito *) Anno MDXLII. die XI. Decembr. & ab anno aetatis decimo usque ad decimum quintum inſtitutione uſus BARTHOLOMÆI SYLVII tunc temporis puerorum informatione, ut alibi natavimus **) vitam trahentis, & ibidem loci Eccleſiae Miniſtri. Tunc Studiorum perficiendorum gratia, adgnoti, ut videtur, (certa non habemus) ANTHONII STUPANI qui non ſine laude artem aeſculapiam Baſileae exercuerat, litterariis quoque ingenii foetibus poſt ſe relictis notus, Anno 1551. peſte occubuerat, exemplo illectus ***) Baſileam demigravit; ubi THOMA PLATERO duce brevi tantos fecit progreſſus, ut poſt triennii diſciplinam ad lectiones in Collegio, quas vocant, fuerit promotus: inde aetatis Anno XXIII. Magiſterii laurea; XXVII. denique Doctoris tiara fuerit inſignitus, illam conferente JOH. HOSPINIANO; hanc vero THEODORO ZVINGERO viris orbe toto celeberrimis. Utrique Magiſtro ſucceſſit. Defuncto Hoſpiniano Anno 1575. Succeſſor datus, Logicam, ſeu ex ævi illius lege Ariſtotelis Organon annos quatuor docuit; quibus exactis Anno 1579. in profeſſione Medicinae ZWINGERI cathedram obtinuit: Vinculo matrimonii junctus ex REGULA FREY unum genuit filium, eaque brevi defuncta ad ſecundas tranſiit nuptias, a quibus & evaſit opulentior, & factus eſt duodecim Pater liberorum, quorum ſtirps in ea urbe adhuc floret. Vir erat JO. NICOLAUS eruditionis multifariæ, donoque pollebat res grandioris ac gravioris momenti diſtincte, ac inſigni cum auditorum utilitate explicandi. Non defuiſſe ipſi aemulos aut obtrectatores, fato cum enitentibus ad altiora communi, documento ſunt fragmenta quaedam ex familiaribus FRANCISCI HOTTOMANNI ad RUD. GUALTHERUM Tigurinum Eccleſiaſten

 litteris

*) Fallitur Stupani parentator JOH. WOLLEBIUS, Pontreſinam inferiori Oengadinæ addicens, Collect. Serm. funebr. JOH. GROSSI Tom. II. 8v. Baſil. 1622. ex qua pleraſque quas damus circumſtantias hauſimus.

**) Conf. Sup. Lib. I. cap. XI. p. 231. & 198.

***) BAYLE in lexico tit. STOUPPA. ANTOINE STOUPPA étoit de la même famille. Il étoit du Pais des Griſons, & Medecin, & il mourut de peſte a Bâle l' An. 1551. Il a fait des Additions ad *Diſpenſatorium Medicamentorum NICOLAI MYREPSI*, imprimees a Lyon, l' An. 1543. Il mit en meilleur latin *Alboha͡zen Hali filii Aben Ragel libros Octo de judiciis Aſtrorum.* Cela fut imprimee a Bâle l' An 1551. in folio. Ex Epitome Bibl. Geſneri.

litteris producta a P. BAYLIO in Lexico *): quae tamen nullo loco habenda esse indicarunt Auctores Lexici Basiliensis, quibus causam penitius

*) BAYLE loc. cit. Il paroit par une lettre de FRAN. HOTTOMANN qu'un Professeur de Bâle nommee Stuppanus avoit eté Recteur de l'Academie l'Ann 1578. & qu'il Soutenoit, qu'il ne savoit pas si la Messe étoit une blaspheme, & que semblables questions lui importoient peu. *Idem ille bonus Typographus Perna, qui toties a Magistratu ob impios & exsecrandos libellos a se impressos in carceres detrusus fuit, detestanda opera omnia Machiavelli ab eodem illo STUPANO latine conversa hic imprimit. Scis illa opera propter tam apertas in Moisem & Christum blasphemias ne in Italia quidem divendi licere. . . . Hæc tamen blasphemia & verborum portenta Basileæ cum Magnifici D. Rectoris Privilegio & Auctoritate promulgantur, latine conversa ab eo, qui biennio ante, illam Magnificam Rectoris Personam gessit, diu mendiculus, pane pauperum, & Senatus eleemosyna educatus, nunc nuper opulentæ uxoris secundæ maritus: qui mihi biennio ante, Rectoratu fungens coram D. URSTISIO dicere ausus est: Se nescire an Missa Papistica esset blasphemia, neque talia ad se pertinere* a). C'est ainsi que parle Francois Hottoman dans une lettre ecrite a Rod. Gualterus Ministre de Zuric, & datee de Bâle le 25. Dec. 1580. Il lui avoit deia parlé de cette Dispute dans une lettre du 27. de Septembr. precedent, & il avoit observé que son Adversaire louoit beaucoup la conduite de l'Electeur Palatin, qui avoit chassé de Ses Etats un grand nombre de Ministres Calvinistes. C'etoient autant de Conspirateurs disoit ce Stupanus. Il avoit mis une Preface au devant d'un livre, qui fut corrigee; mais on la vendoit sans nul changement aux Papistes. Hottman la communiqua a Gualterus, afin de lui faire mieux connoitre la religion de Stupanus. *Decertaveram aliquoties cum Stupano tunc Rectore, qui negabat se Scire, an Missa Papistica esset blasphemia: contendebat recte a Palatino factum, quod tot conspiratores ut appellabat, ex ditione sua expulisset. Tandem cujusmodi fuerit meus Antagonista ex inclusa ejus Præfatione cognosces. Mutatum tandem fuit folium. Sed istud apud Papistas divenditur* b). Hottman raconte qu'aussi tot qu'il eut ces paroles de Stupanus si indifferentes sur la Messe, il fut trouver trois Professeurs a fin d'avoir quelques auvertures pour lui bien laver la tête dans le Senat Academique. Ils lui repondirent d'une maniere, qui ne lui permit de rien esperer; ce qui l'affligea beaucoup. Il recomanda a Dieu la vengeance d'une si enorme profanation, & deplora l'etat de l'Academie, ou l'on negligeoit ainsi les interets de la foi. *Quo audito accessi ad ZULCERUM, AMERBACHIUM, ZVINGERUM, sperans fore ut mihi daretur locus illum* (Stupanum) *apud Collegium objurgandi. Nihil addo quid responsi habuerim. Ego demisso vultu Basiliensem Religionem admirans, & ad hac nova prope obstupescens, tacitus domum redii, & tantæ profanitatis, ne quid acerbius dicam, ultionem Deo commisi. Nam quod Te non ignorare arbitror, Simillima est omnibus aliis in rebus ad Religionem pertinentibus Academiæ istius ratio;*

a) Ep. XCIX. pag. 139. b) Ep. XCVII. p. 135. 136.

nitius nosse datum *). Emortuali lecto detentus hoc singulariter disticho, quod WOLLEBIO illum solatio erigere laboranti forte exciderat, afficiebatur, idque Saepius repetere auditus est:

Una est in dubia mihi re medicina JEHOVÆ
Cor patrium, os verax, Omnipotensque manus.

Eruditionis haud vulgaris ac diligentiæ documenta sunt Scripta generis varii, quorum ut reperire datum, mox damus catalogum: queis Saturae lancis adiicimus Epicedium in JO. TRAVERSII Viri clarissimi obitum, cujus aliquot suo loco versus dedimus **): integrum nuspiam quod sciamus, reperiundum. Ut Viro de Academia bene merito publica funebri Oratione exsequiae illi habitæ sunt. Ex filiis ipsius inclaruit EMMANUEL STUPPANUS Medicinæ pariter Doctor; cujus habentur *funebris in GASP. BAUHINUM* antecessorem suum *Oratio; Lexicon* item *CASTELLI Medicum cum Augmentis*; nec non,

Hhh 3 HIP-

tio; ad quam tamen Magistratus, omnia quæ ad religionem pertinent, referre solet. Ego apud familiares meos ZWINGERUM & AMERBACIUM non cesso tantam istam profanitatem exsecrari; sed responsi nihil aliud refero, nisi, quod ista negotia non ad se, sed ad Theologos pertinent c). Il eut de quoi se consoler quelque temp apres; car a la Solicitation des Deputez de Zuric on fit quelques procedures contre le Professeur Stouppa. *Heri primum audivi Stupanum nostrum esse delatum, rogatu (ut mihi quidam confirmarunt) Legatorum Vestrorum* d). Je ne sçait point quelles en furent les Suites.

c) Ep. XCIX. pag. 139. d) Ibid. pag. 138. Edit. Amst. 1700. 4to.

*) Tit. Stuppan, Stuppen. Franc. Hottomannus *hat sich in seinen Briefen, zu verschiedenen mahlen über dieses Manns Lauigkeit beklagt. Allein wenn man den Grund von allem genau einsehen will, so kommt es lediglich auf einige gelindere Reden von der catholischen Religion, von deren zwar Stupanus allezeit weit genug entfernet gewesen, aber doch gewisse Lehren derselben, die er als ein Medicus, nicht mit so scharffen Worten benennen und verdammen wollte, als von Hottomanno geschahe: und dass ferner Stuppanus einige Stücke des* Machiavelli *aus dem italiänischen ins latein übersetzet, und ausgegeben hat; dergleichen ja seitharo noch andere gar fromme und ehrliche Leuthe unter den Protestierenden gethan haben.*

Falluntur cæterum & fallunt tam Baylius, tum Basilienses, dum familiam Stuppanam, & Stuppam confundunt; cum sint diversæ: Huic errori procul dubio soni similitudo originem dedit.

**) Sup. Lib. II. cap. XV. pag. 419.

HIPPOCRATIS Aphorismi nova methodo dispositi & illustrati, cum quibusdam aliis *).

Epitaphium JOH. NICOLAI visitur Basileae ad aedem D. LEONHARDI hac ornatum epigraphe.

VIATOR SISTE GRADUM.
MAGNI ARIST. ET GALEN. INTERPRES
DICAM AN ÆMULUS?
JOH. NICOLAUS STUPANUS RHÆTUS
AVREVS NITOR SOPHORUM
MEDICI DECOR SENATUS
VIRUM BONORUM OMNIUM EXEMP.
QUI
JAM REVIRESC. COLLEG. MEDIC. BASIL.
CIRCA INITIA PROFESS. ACADEM. ORAT. PRIMUM
ET ORGANIC. MOX THEOR.
MEDIC.
SUMMO REIP. LITTER ORNAM.
APOLLINEÆ PROLIS CUM FOENORE, ET
PRÆSID. SUBINDE
ADMINIST.
ALIISQUE HONOR. GRADIB. AMPLISS.
CUM LAUDE PERFUNCTUS
OCTOGENAR. PROXIM.
BEATISS. SUI RELICTA MEMOR.
INTER SUCCES. ET STUDIOR. SOCII
FILII CHARISS. MANUS
DEFUNCTUS HIC
ÆTERNÆ BEATITAT. PRÆSTOLATUR CORON.
HÆRED. MOESTISS.
CONIUGAL. AMOR. ET PIETAT. PATER.
MON.
ANN. M. DC. XXI. SEXT. D. XI.
P. P.

Opera

*) Vid. Lindenium renovatum pag. 259. citante Baylio.

Opera STUPANI ex Baylii & Quadrii recensione.

I. De COELII SECUNDI CURIONIS Vita atque obitu Oratio. Basil. 1576. 4to.

II. De Holometri fabrica & usu, instrumento geometrico olim ab ABELE FULEONIO invento, nunc vero JO. NIC. STUPANI opera Sermone latino ita explicato, ut ad omnis generis dimensiones investigandos, & regiones describendas utilissimum simul, & facillimum esse queat. Accessit etiam FEDERICI DELPHINI jucundissima Disputatio de aestu maris, & motu Octavae Sphere. Busileæ per Pertrum Pernam. Anno 1577. fol.

III. Novum GALENI Theatrum, sine nota temporis.

IV. Medicina theorica. Basil. 1614. 8vo. & Binæ Epistolæ Medicæ Ao. 1625. 4to. Norimbergae, cum CISTA MEDICA Johannis HORNUNGI.

Opera Ejusd. ex italico in latinum traducta.

I. Decem Dialogi FRANCISCI PATRITII de ratione Scribendæ legendaeque Historiae. Ap. Henric. Petri. Post etiam inserti Tom. I. Operis JOH. WOLFII, cui tit. Artis Historicae Penus Basil. 1589. 8vo.

II. Libri IV. de Sphæra ALEXANDRI PICCOLOMINI. Basil. ap. Pernam

III. PANDULPHI COLLENUTII Historiae Neapolitanae Libri V. Ibid.

IV. La Storia della Guerra ultimamente a Veneziani mossa de SELIMO II. Imperatore de Turchi, composta in Volgare da Gio. Pietro Contarini ibid. 4to. Conf. Conr. GESSNER in Biblioth.

In

In mortem Clarissimi Viri D. JOANNIS TRAVERSI
JOH. NIC. STUPANI Pontrasinensis
Carmen. 1563.

Moesta dies hæc est; hoc lamentabile tempus,
Namque celebrantur funera magnanimi.
Nunc rubeant oculi fletu Juvenumque Senumque
Et luctu tibi sint cuncta repleta gravi.
Rhetia, quæ tanto fueras ornata decore
Ex rebus gestis gaudia percipiens
At tibi nunc tanti quænam sit causa doloris
Quæris? & heu moestam quæ mala tanta premat.
Nonne tuos fines placida qui pace regebat
& modo Gentis erat Gloria, laus & Honos.
Ante diem occubuit TRAVERSUS Stemmate clarus
Ac pietate gravis, Stella Serena Ducum
Ah foret annosa circum præcordia quercu
Durior & ferro nil pietatis habens
Nobiscum casus qui non miseretur acerbos
Audiat & Siccis talia dicta genis
Qui prohibet tristes lacrymis perfundere vultus
Tristitias fletus forte lavare potest.

Patrocoli

Patrocoli cædem moeſtus dum plorat Achilles
En gemitus inter dulce levamen adeſt.
Ipſe neque hæc damnans foecundo TULLIUS ore
Præcipit exemplo rite probata ſuo.
Ergo procelloſo quæ vultis tempore Muſæ
Cultores Veſtros usque fovere bonis.
Hujus in exſequias triſtes concedite cantus
Triſtia conveniunt carmina funeribus.
Grandior ac clades majores (flebile) luctus
Si quærit, namque eſt major in hiſce dolor.
Quænam Sufficiant lamenta in tanta quærelæ
Qui gemitus? Nobis quid mala tanta notet?
Somna, voluptates, Veneres, convivia, luſus
Eſte procul riſus, gaudia, nequitiæ
Lætitia hinc abeat, Secumque iocique Salesque
Quicquid felices indicat eſſe homines.
Nunc fletus, moeror, gemitus, Suſpiria, luctus,
Nos decet, heu maneant mente repoſta Viri
Fata, nec ingratos ſubeant oblivia mentes
Non fiat meriti gratia vana ſui.
Huic genus egregium TRAVERSA a Gente, Parentem
Saturnum ipſa refert, moribus, ingenio.
Cujus is in medio ceu ſidus in æthere clarum
Splenduit internis dives abunde bonis.

Nobilitas etiamsi Annalibus eruta priscis
    Adfuit, (Antiqua Stirpe creatus erat)
Non tamen est horum quamvis sint ampla, Superbus
    Nomine, Nobilium contigit esse Nepos.
Pluribus & virtute minus, quam turpia claris
    Ob vitia, indignis nobilitate frui.
Sed pietate magis, virtute, & fortibus armis
    Perpetuo ornavit seque suumque genus.
Ac genium facilem nobis quis Apollo ministret
    Cantetur dignis funere tanto modis.
Scilicet ingenuas didicisse fideliter artes
    Gloria apud quosqam desiit esse magis.
Consummata tamen sibimet pulcherrima merces
    Virtus & utilitas ampla laboris erit
Hanc Traverse tibi præfixam semper habebas
    Ardua conatus nec remorata via est.
Strenuus en Phoebi juvenis tum castra secutus
    Factus Apollinei es lucida stella chori
Arma prius norat Rhætorum læta juventus
    Altaque Musarum non loca nota sibi.
Prima sed ad martem clypeum junxere Minervæ
    Cura tua, egregiis in Studiisque labor.
Tu primus nostris habilent in montibus altis
    Efficis exemplo Musæ & Hamadriades

Tu

Tu Patriam ſemper rexiſti pace quieta
    Dum paret monitis, coſiliisque tuis.
Te deflent planctu percuſſae pectora matres
    Te Juvenesque Senes, Te Nemus omne dolet.
Te Thallina gemit Superis gratiſſima Vallis
    Terra ferens oleum, nectar, & Ambroſiam.
Finitimus quoties huic invidus arma parabat
    Hoſtis veſano Martis amore furens
Heu toties valido frangebas pectore Vires
    Hoſtiles, Patriæ & quidquid obeſſe ſolet.
Te Duce ſic aliis in bellis Rhætia nunquam
    Marte ſub adverſo triſtia damna tulit
Relligionis adhuc Tibi major cura tuendæ
    Sueverat os Sacrum nil niſi Sacra loqui.
Saepius is etiam Preconis munere functus
    Quæ via monſtrabas duceret ad Superos
ZWINGLIUS ac veluti Helvetiæ, LUTHER atque PHILIPPUS
    Lucem Evangelii Saxoniæ inferunt.
Sic quod apud Rhætos purgata Eccleſia mendis
    Gratia TRAVERSO multa debetur huic.
Tanta Homini fuerat Pietas, Prudentia, Virtus,
    Tam conſtans animus, tamque benignus erat.
Semper ut interea penſum traxere Sorores
    Dumque ſuos multo vixit honore dies.

 Urgeret

Urgeret verbum Sinceraque dogmata CHRISTI
    Corrigeret cultu plurima Sacra pio.
Ac decies Septem & quum Sex Supereſſet in Annos
    Quæ ſignant magnum tempora longa Virum.
Iamque auris veſci ætheris tum ZWINGLIUS enſe
    Ictus deſierat, non ita, morte LUTHER
Difficili: obruerat Wittebergica terra Philippum
    Ampli terrarum qui Decus orbis erant
Hos ſequitur comites fidos tanquam inter Achates
    Traverſius Sociis non minor hiſce ſuis.
Aeſtatis jam tempus erat, cui Spicea Serta
    Sunt capiti Auguſti menſis erat celeber
Huic viceſima tunc poſtquam lux orta Secunda
    Splenderet, medio Solis in orbe nitor
Tum quoque divinum Solito timore precatur
    Numen, & hanc Animam Suſcipe Sancte Pater
Dixit: Eum celerem Stillantis Regia coeli
    Excipit, exhauſti tale laboris habet
Premium ubi Vita liceat gaudere perenni
    Pace frui æterna cum intuituque Dei.
Hæc Suprema tamen quæ illi eſt lux orta quietis
    Principium, nobis cauſa doloris erit.
Illius memores multum lugebimus, ecce
    Moerorem aliqua qua relevemus opi.

CAP.

CAP. XVIII.

1621. Mai.

§. I.

Archidux LEOPOLDUS Ratis commeatum interdicit. Deputati Oeniponta mittuntur.

Dux vero FERIA ob rejectum Tractatum cum Deputatis Foederis Grisaei initum Raetis iratus, & cum eo Archidux LEOPOLDUS ob tantam in Gallum propensionem indignans, ex Proscriptorum quoque Raetorum instigatione, asperiora media primo intentare deinde etiam adversum eos adhibere statuerunt, ut quos allicere nequiverunt, vi in sua retia compellant. Initio Statim Maii m. ab Archiducalibus Consiliariis, qui Oeniponte sunt, (Archidux in Alsatia erat) Mandatum promulgatur, quo omnis commeatus, Salis, grani & invectio in Raetiam prohibebatur. Militum quoque ad Raetiae limites positorum numerus in dies augebatur. Ad causam inhibiti commeatus cognoscendam a Senatu Raetico JO. BLASIUS à PORTA Malansianus Velcuriam ad Guttenbergici Castri Praefectum JO. WERNHEUUM RAITNOVERUM mittitur, a quo ad Consiliarios Oenipontanos, ut quorum jussibus ipse obtemperaverit, amandatur. Rem Subodoratus à PORTA Solus Oeniponta proficisci consultum non judicans licet fiduciariis esset instructus, reversus Senatui relata retulit. Eo ergo ampla facultate mittuntur JULIUS MEYSSEN, FORT. JUVALTA, & FORT. SPRECHERUS, & cum illis VICTOR quoque TRAVERSIUS Castrensis in Raetigoja Austriaci nomine Praefectus, quod ejus praesentia ac mediatio profutura crederetur. Mandata continebant. 1. Causam motuum in Raetia ultimo excitatorum exponere, quae tota in Grisaeos ob pactum contra Foederales codicillos cum Gubernatore Mediolani Tractatum conii-

coniiciebatur; declarando inter se ob Religionem nullam fuisse contentionem; nec veritati consonare, quod a malignis Hominibus spargitur: arma contra Sereniss. Domum Austriacam sumta esse: Pacem enim Haereditariam (vulgo *Erb Einigung*) inviolatam Servare propositum esse. 2. Vigore Haered. Pacis postulare Commeatus prohibitionem aboleri. 3. Petere, Vallem Monasteriensem restitui, militemque omnem qui in illa, & conterminis ditionum Raet. locis est, inde abduci. 4. Duos Ecclesiastas JO. à PORTA & GASP. ALEXIUM, & alios quosdam Raetos, qui Venetiis Venientes Oeniponta deducti fuerant, dimitti. Ultimo petere, sibi declarari: An Seren. Archidux Pace Haered. Stare velit, an vero minus. Si aliæ sint, de limitibus, controversiae, promtos, se offerre ad illas ex aequitate componendas. Oeniponta appellentes, ab Archiduce d. 17. Maii benigne excepti, explicatis sibi mandatis Scripto consignatam responsionem petierunt, quae illis post quatridui moram acribus & aculeatis terminis concepta tradita est, haeque Summatim continebat: " Ad id, quod tumultuum " culpa riiciatur in Grisaeos ob Tractationem Mediolanensem, se id " totum cum omnibus dependentiis in medio relinquere: nemini tamen " esse ignotum etiam ante legationem illam turbas ac Seditiones in " Raetia fuisse; ac forte earum metu in sui defensionem Grisaeos " Tractationem illam iniuisse. Nam quod dicatur de Religione con- " troversiam nullam intercessisse, quo modo Raetiae populorum pleri- " que erga Catholicos adfecti sint, Actiones contra Archipresbyterum " RUSCAM, Praelatum Disertinensem, Fabanensem, Episcopum & " Episcopatum Curiensem, qui tamen Austriacae domus fruiter pa- " patrocinio, abunde testari. Idem comprobare & blasphemias, ac " profanationes alias, tum alibi, tum in Ecclesia Burmii comissas. " Quod vero Seren. Domui Austriacae non observantia Pacis Haere- " ditariae tribuatur, non posse aequis auribus percipi; cum Raeti Ar- " chiducis patientia, clementia, & benignitate tam proterue abusi " sint, indeque quiduis audendi licentiam arripuerint, ac loco obe- " dientiae, & pacificae vicinae correspondentiae, quae jure debebatur, " contumelias, violentasque injurias reddiderint, molianturque. Octo " Jurisdictiones, quae Subjectionis jure & fidelitatis juramento saepius " renovato Domui Austriacae obstrictae sint, nunquam ad debitam " obedientiam potuisse adduci, quin potius Austriacae Domui totis " viribus fuisse adversatas, omnibusque Actionibus contra eam violen-

" ter

„ ter fuſceptis ſe inmiſcuiſſe, imo omnium infeſtiſſime ſe geſſiſſe, re-
„ liquis duobus Foederibus eas ſuſtentantibus, & in contumacia robo-
„ rantibus. Licet enim Jurisdictiones illae Duobus Foederibus foedere
„ junctae ſint, fuiſſe tamen in Foedere illo Jura Domus Auſtriacae ex-
„ preſſe reſervata. Recenſebantur ibi Actiones quaedam Raetigojorum
„ & Oengadinenſium inferiorum, quibus Pacem Haereditariam violaſſe
„ accuſabantur. Raetigojos barbara crudelitate nullo Juris habito res-
„ pectu Auſtriacum Praefectum GEORGIUM BELINUM ſuplicio mulctaſſe
„ Praefectum ab ALTMANSHAUSEN ſuo nutu vivere coegiſſe: nec ita
„ diu quosdam ex illis, Reitae Comitatus Tirolenſis, contra Prohibi-
„ tionem proclamatam, XIV. Equos, defraudato etiam telonio abdu-
„ cere voluiſſe; hinc re cognita Equos Sequeſtro aſſervandos fuiſſe tra-
„ ditos; ſed ipſos a Praefecto citius non deſtitiſſe, quam Equorum
„ pretium ipſi extorſerint. Oengadinos inferiores plurimarum vio-
„ lentarum turbationum, concuſſionum, ſpoliationum, & depraeda-
„ tionum, in Finſtermintz & Alpibus Flieſſenribus comiſſarum accu-
„ ſabant. Contumelioſe habitorum Ao. 1593. Auſtriacorum Comiſſa-
„ riorum, violationis Monaſterii Corvantiani, expulſionis Abbatis, in-
„ troducti Miniſtri Acatholici reos agebant. Ingenti crimini illis da-
„ batur, quod Ao. 1598. Miniſtralem Steph. Claus Chriſtli Sentinen-
„ ſem in Agro Auſtriaco comprehenderint, & in Oengadinam traxe-
„ rint: Saepius in Iſchlam & Culturam (exigui ſunt in Summis
„ Alpibus vici) armati excurrerint, & pro libidine egerint: Auſtriacae
„ Domus Arcem Raetiae - Imae depraedati ſint: Arcem vero Teras-
„ pienſem commeatu intercluſerint: in ROD. PLANTA in ditione Ti-
„ rolenſi agentem bombardas exoneraverint, & in vico Oenotrii
„ comprehendendum quaeſiverint: POMPEJUM PLANTA crudeliter ne-
„ carint: Ipſi Caeſari bellicorum commeatuum ex Italia tranſitum
„ denegarint: Palatino autem Electori ob evectionem in Bohemiae
„ Thronum gratulati ſint. Raetis jam expendendum relinqui, an Hae-
„ reditaria Pax ab ipſis obſervata ſit, & Annum Sereniſſimus Archi-
„ dux Sonticam habeat cauſam jus ſuum proſequendi, & tot deſpec-
„ tus ac injurias armis ulciſcendi, Subditosque ſuos Rebelles ad obe-
„ dientiam compellendi. Nihilo tamen minus Archiducem tot offen-
„ ſarum vindictam in ſpem emendationis differre, ac ſolum fines ſuos
„ adverſus incurſionem non obſcure intentatam & comminatam mu-
„ nire voluiſſe prohibitionemque omnis commercii indixiſſe tamdiu
„ dura-

„ duraturam, donec de tot invasionibus, spoliationibus, & injuriis
„ Satisfactum sit, simulque certior fiat qua ratione Raeti in posterum
„ se ad effectivam Pacis Haereditariae observationem componere co-
„ gitent: eousque etiam Captivorum liberationem differre. Quod
„ porro controversiarum dudum ventilatarum compositionem adtinet,
„ quamvis Serenissimus intelligat, id saepius, magnis sumtibus, suc-
„ cessu nullo tentatum fuisse, quod Raeti nunquam aequas conditiones
„ admittere voluerint. Nihilo tamen minus, si Raeti aequas leges
„ velint admittere, idque effectu comprobent, unde eos Pacis Studio
„ teneri palam fiat, ipsum etiam Archiducem pacis consilia Secuturum;
„ dummodo ad contraria non adigatu se interim spe vivere Raetos
„ hanc ejus benignam responsionem expensuros, utque turbae ac tu-
„ multus sedentur, cunctaque ad pacem dirigantur provisuros. Id
„ ni fiat, Archiducem consilia capturum, viasque & rationes initurum,
„ per quae Juribus suis consulat, suaque tueatur. „

Ex prolixo & inexspectato tot occusationum catalogo Raetorum Deputati facile mentem Austriaci cognoverunt. Re perpensa, se consiliariis Sistentes, Raeticorum Foederum circa anteallata Puncta omnia innocentiam asseruerunt: ad casus singulares, qui alicujus momenti censeri queant, haec exceperunt. Arcem Raetiae - Imae Foederi Grisaeo incorporatam esse, ideoque si quid delicti effrenes milites commiserunt, quod minime excusabant, juris esse ut a Magistratu puniantur legitimo. Nulla sibi nota esse, per quae Foedus VIII. Jurisdictionum Juribus Archiducis derogaverit; at si id fecisse evinci queat, justum esse in Jus vocetur, & poenae commeritae subiiciatur. Ad Coenobium Corvantianum quod attinet, cum ibi loci communis totius Jurisdictionis Paroecia placuisse incolis majore ex parte Evangelicis, Religionis quam profitentur exercitium instuere Patriae legibus convenienter. Bonorum, Redituumve potiorem partem ab ipsis Abbatibus fuisse dilapidatam: omamenta vero aliaque ad Monasterium pertinentia adhuc diligenter asservari, nec a quoquam spoliata esse: Monachum servata juris forma in pace dimissum Denique si Monasterii Abbatibus cum incolis lis intercedat, Juris esse ut coram integro Foedere X. Jurisdictionum disceptetur & decidatur, quem ad modum Anno 1527. & Saepius factum; Abbatesque latis Sententiis acquieverunt. Stare proin penes Abbatem Rockenburgensem, an coram Foro compe-

competenti jure experiri velit an minus. In monte ROSENNA Auſtriacos Comiſſarios laeſos non fuiſſe, at in eorum praeſentia Ruſticos Oengadinos & Auſtriacos pugnis, baculis, lapidibus mutuo certaſſe: & a Comiſſariis Raetis ſe inmiſcentibus tumultum ſedatum fuiſſe *).

STEPHA-

*) Cum Punctum hoc inter adducta maximi momenti eſſe appareat, ſeriem & occaſionem facti ex FORT. JUVALTA, qui interſit enarrare libet. Anno MCXCII. *inquit*, ad diſcutiendas controverſias ortas inter ſubditos Tirolenſes ab una, & Raetos ab alter parte, de finibus Scil. & portoriis, & Alpibus quibusdam, juxta atque civili Jurisdictione, quam Raeti ex Foedere Domus D. in Vennonibus Ditionis Auſtriacae habitantes exercebant. Comiſſari utrinque MALSII conveniunt: abs Sereniſſ. Ducis FERDINANDI parte Dn. JO. IAC. KÜEN in Liechtenberg, Supremus Regionis Atheſinae Capitaneus, Dn. CYRIACUS HEIDENREICH Camerae Oenip. Praeſes, Dn. CHRISTOPH. VENTLER J. V. D. & Dn. CAROLUS FRÖLICH, Regiminis Tyrolenſis Aſſeſſores, Dn. LAURENTIUS STAHOLBURGER de Schlanders, & Dn. JEREMIAS BERNHARD Judex in Landeck. A parte autem Raetorum Foederatorum, & Reverendiſſimi Epiſcopi Curienſis delegati fuerunt primariae Auctoritatis Viri, Dn. GALLUS à MONTE in Leuvenberg Foederis Griſaei Praeſes, Dn. THOMAS à SCHAUENSTEIN olim Univerſitis Patavii, in Dominio Veneto Rector, Dn. JOH. BAVIERIUS Conſul Curienſis, Dn. Capit. BAPTISTA à SALIS Solienſis, Dn. JOH. GULERUS olim Vallistelinae Gubernator, Dn. LUCIUS GUGELBERGERUS de Majaevilla, a quid ad munus Secretarii implendum Ego (FORT. à JUVALTA) accerſitus fui. Ex praefatis Dn. Comiſſariis poſt diuturnam ac taedioſam ſatis velitationem & diſceptationem res omnes, quae ibidem in concertationem venerunt, magna dexteritate transactae & compoſitae, conſcriptae, & D. D. utrinque Deputatorum Signis & Subſcriptione firmatae fuerunt; reſervata tamen Seren. Archiducis MAXIMILIANI & RÆTORUM ac Reverendiſſ. EPISCOPI approbatione & ratificatione: fuitque praeterea in annum ſequentem indictus conventus, cujus locus futurus denominatus fuit NAUDERS & SCOLIUM, ad controverſias ibi exortas componendas.

Anno quapropter MDXCIII. praefati Comiſſarii SCOLII convenerunt, & ab ipſis diſcuſſa controverſia eſt inter Scolienſes & Taraſpenſes adjucando nempe Scolienſibus Jurisdictionem, quam Taraſpienſes contra Veterum obſervationem aliquot Annis uſurpaverunt. Scolio Nauders profecti ad montem ROSENNAM ſe contulerunt, cujus poſſeſſio inter habitatores RÖSCHII Tirolenſes, & Remuſſienſes controverſa erat. Ibi per Remuſſienſes, qui contra Comiſſariorum præceptum magno numero eo confluxerant adverſus paucos Röſchienſes majore impetu quam ratione importuna rixa mota fuit, in qua Röſchienſes verberibus male mulctati, & praecipites in fugam acti fuerunt. Paucis inde diebus fama fuit unum ex teſtibus ibi vocatis ex verberibus mortem obiiſſe. Attamen Domini

STEPHANUM CLAUS CHRISTLI non captum, sed sponte sua Iscla Austriacae ditionis cum quibusdam Oengadinis ad reddendam administrati officii

mini Comissarii Austriaci ab omni Verberum injuria intacti fuerunt. Raetici enim Comissarii illos statim in medium acceperunt, & illæsos, inoffensosque præstiterunt. Naudersium autem reversi postero die Austriaci Comissarii magna verborum acerbitate & exaggeratione de prioris diei injuriis conquesti sunt, asserentes, Remussienses Jus gentium violasse, & perfidiose Tirolenses, qui juxta praescriptum exiguo numero inermes comparverant, proditorie, latronum more invasisse, & tanta immanitate tractasse, ut ex iis nonnulli de vita periclitentur. Et quia injuria & offensa non solum ipsos Comissarios, sed & cum primis Sereniss. Principem, cujus vicem ipsi sustineant, respiciat, & tangat, non posse ulterius in actione progredi:. Sed prius de his Seren. Principem per litteras certiorem reddere, & ulteriora mandata ab ipso exspectare velle. Sicque sex diebus cessatum fuit Quibus elapsis cum in actionibus progredi velle viderentur, & de aliis quibusdam componendis ageretur, Austriaci exacerbati & semper duriores & minus tractabiles fuerunt, nec ad Schergenbach & Vallem Samnunii prout necessitas requirebat se conferre voluerunt, dicentes: Se deinceps ejusmodi Hominibus qui Jus gentium non respiciunt, & Securitatem Comissariis debitam violare non verentur fidere, aut Vitam confidere nolle. Verum enim vero cum Comissarii Rhaetici instarent ut Approbatio eorum, quae praeterita aestate ex communi consensu transacta fuerunt utrinque sequeretur, ne temporis, laborum, & sumtuum jactura fieret, Austriaci autem reposuerunt. Equidem antehac conventionem in Annos 80. factam fuisse supra elecltionem & administrationem Jurisdictionis Criminalis in Oengadina inferiori, eam autem brevi ad finem decurrere, nec quidquam de ratificatione praesentium Actorum sperandum esse, nisi prius etiam de illo Negotio transigatur, an Oengadini inferiores antiquis ritibus & Pactis stare velint, an vero ultimam conventionem, quae brevi finem sortitur renovare, & ulterius propagare velint: & quia res hoc tempore expediri non poteret, cum Partes quorum intererat non adessent, in tempus commodius reservata, & conventus exiguo cum fructu solutus.

Anno deinde MDC. Conventus novus in Pago Nauders indictus fuit ad componendam causam quandam vertentem inter Seren. Archiducem & Rev. PETRUM Episcopum Curiensem, ac Communitates Oengadinæ infra Pontem-altum, idque circa Jurisdictionem Criminalem eligendam & exsequendam in dictis Communitatibus. In quo negotio expediendo & Ego (JUVALTA) delegatus fui. Res satis commode transacta fuit, & Conventio quae ante Annos fere LXXX. facta & nunc non procul a fine aberat, rursus in Annos LXXX. fuit prorogata, paucis tantum quibusdam mutatis, nimir. ut Praefectus Criminalis alius Supra Montem fullonium qui antea Locum tenentis nomen tantum habuerat, in posterum Judicis nomen & Dignitatem haberet, & obtineret, & aut Sereniss. Archiduci aut ejus substitutis juramentum praestaret. Idque ab Austriacis

officii rationem rediisse. Caedis Pompeii Planta neminem Magistratum Raetiae, sed privatos inimicos reos esse. Litem ob montem Zanders inter Samnunenses & Fliessenses a duobus Arbitris JO. ZOBELIO Austriacorum, & IAC. JANALLO Samnunensium - Oengadinorum transactum esse, quorum judicio ut ab utraque parte Stetur, aequum esse.

Responsione hac Raetorum accepta & lecta Austriaci, Ipsos (Deputatos Raeticos) non a Communitatibus, sed tantum ab Oratoribus Curiae congregatis missos, excipiunt, & Eorum Instructionem non Cathedralis Foederis solito, sed paullo minore Sigillo munitam esse: durante ipsorum Oeniponte mora Raetos hostiliter egisse: Anteadductas praeterea accusationes plane dilutas non esse; quare nec se consilium mutare velle, aut posse. Sed posse ipsos alio die plenipotentia concludendi instructos ad amicam collationem comparere. Ab Archiduce dies VI. Julii indictus, quo IMSTII, pago 4. Milliaria supra Oeniponta sito, conventus habeatur. Sic Deputati die 2. Iunii dimissi sunt.

Quaerimonia de hostilibus a Raetis patratis hinc originem trahebat. Austriacorum Stationarius miles unus in Raetico territorio cum caupone ad D. LUCII clivum rixans, insultans, Arma denique intentans a Raeto caupone defensive agente interfectus erat: re audita milites Austriaci ad limites positi intra Raeticos fines incurrerunt; sed a Raetis ac Tigurinis ibi loci praesidia agentibus repulsi fuerant, Sauciatis duobus, & Equis duobus transfossis. Haec ingens erat illa culpa; cujus causa Tractatione supersedendum fuit. Sed facile captu ac visu erat, quorsum consilia tenderent. Iam die 27. April. litteris ad Senatum

Austriacis Comissariis haud aegre concessum fuit. Negotio confecto jurgium exortum fuit inter Castellanum JOH. à ZUN Remussii, & GEORGIUM BELI nomine Ser. Archid. Praefectum in Castels apud Raetigovios: ubi Belinus a Castellano von ZUNIO interfectus fuisset, nisi ipsi a JOH. RASERIO Castellano Fürstenburgensi parcitum fuisset. Nam RASERIUS ictum gladii a JOH. ZUNIO punctim in BELINUM humi jam delapsum & prostratum, vibratum pede suo objecto elisit, & sic Raserii pes vibrato in Belium ictu transfixus fuit. Et ex ea punctione RASERIUS convalescere non potuit; sed aliquanto post a tanta sanguinis facta effusione occubuit: & sic inter duos litigantes non semper gaudet tertius.

Turicensem Scriptis Archidux exposuerat, *Ratos sua Castella diripuisse, Pacem Hæreditariam violasse, nec secus posse se, quam bello eos coërcere*; hinc *ne Ratorum patrocinium suscripiat* postulabat; id enim si faciat, & se bonam cum illis viciniam Servaturum *).

*) Conf. Theatr. Europ. Tom. I. pag. 571. 572.



§. II.

Mense Jul. 1621.

Altera Ræticorum Deputatorum, cum Austriacis Comissariis Disceptatio, infructuosa.

Deputati Raetorum antenominati, adjunctum habentes RODOLPHUM à SALICE Malansianum die IV. Julii INSTII se sistunt: ubi mox & delegati ab Archiduce CONRADUS Baro à BEMMELBERG Consilii Director, JO. HULDR. HEMMERLINUS Camerae rationum Quæstoriarum Praeses, J. V. Doct. MATHIAS BURGLENNERUS, J. V. D. Vice - Cancellarius Tirolensis, & ALBERTUS LIBSTENZKI a Colobrat, Regiminis Oenipont. Assessor, denique D. JO. LINTNERUS Cancellarius Aulicus, adsunt. Integrum fasciculum die 7. Jul. consessui praesentavit LINTNERUS qui inspectus causas occupatae Dominioque Austriaco adjectae Vallis Monasteriae militis ad confinia dispositi, magnam vero partem supramemorata accusationum Capita fusius deducta, & secundum classes distributa continebat. *Tria* erat contra Foedus Griseum, concernentia invasionem & mobilium direptionem Arcis Raetiensis: *Septem* contra F. Cathedrale: contra F. X. Jur. *undecim*; rursum *quatuor* adversum III. Foedera conjunctim omnia Summo Studio corrasa, & odiose deducta; ne Scil. bello quod Raetis inferre Statutum erat, deesset. SPRECHERUM adeat singula enumerantem, & Raetorum quoque

quoque rationes, responsionesque exhibentem *l*). Schema certe Stupendum. Austriaci jam Actores; Raeti contra quibus Vallis Monasteria non indicto bello occupata, & commeatus inhibitus erat, Rei personam sustinere jubentur! Totius negotii Summa eo redibat, quod *Archidux Vallem Monasteriam, & totam inferiorem Oengadinam ad Pontem altum usque sub sua ditione volebat: in Tertii vero Foederis Octo Jurisdictiones Merum ac mixtum Imperium sibi vendicabat, & ex his provinciis Zvinglianam* (ita appellabant) *Religionem profligatam, Prædicantes dimissos, & Sacra restituta contendebat.* Non quidem tacuere Raetici Deputati, libertatem ac Jura accusatarum Jurisdictionum, quae a tot annorum decursu, post Ligarum initia, non turbatae possederunt asserendo; demonstrandoque illos Populos ad reliquorum confoederatorum exemplum, Patriae institutis convenienter, Religionis mutationem instituere potuisse; & in ea re conscientiam concernente nullo pacto recedere posse: Sed surdis fabulam canebant. Cumprimis sollicite Austriaci depulsionem Monachorum ex Monasteriis Corvantiano & ad D. IACOBI in Raetigoja traducebant, eorumque restitutionem, quem ad modum etiam in Ecclesias memoratarum Jurisd. Jus Patronatus praetendebant; dicentes, BARTH. EGENUM Coenobianum, & PETRUM FINERUM abs toto Tertio Foedere Ao. MDXXXII. Oeniponta Delegatos, ac de Mutata Religione compellatos, factum excusasse simplicitatem suorum Hominum allegando, at restitutionem catholici exercitii promittendo. Ad quae Raetici remonstrabant: Libertatem Religionis Anno jam MDXXVI. a Raetorum Comitiis esse Sancitam; hocque jure & Oengadinos inferiores, & Raetigojos uti potuisse. Illo anno, non diu post Disp. Ilantii habitam, COENOBII ad D. JAC. Praepositum BARTH. BILGERUM, Ipsius EGENII Sorore in matrimonium ducta Curiam in Patriam remeasse; Monachis nemine pellente dilapsis, Ministrum Protestantem adscitum fuisse *m*). De Reditibus utriusque Monasterii causam Anno MDXXVII. coram toto Foedere disceptatam, Anno denique MDXLVIII. Transactione cum GREGORIO Abbate Rockenburgensi, ac FLORIANO Churvaldensi, Assistentibus Guttenbergico Praefecto BALTH. à RAMSCHWAG, & Castrensi Praefecto PETRO FINERO inita, finitam fuisse cujus Tabulae praesentabantur.

l) a pag. 209. ad 218.
m) Tom. I. pag. 163.

bantur. Hinc ignorare Jurisdictiones, nec ad se pertinere quid privati EGENUS, & FINERUS, absque publico mandato dixerint, promiserint, fecerintve. Ast rationum vim capere nolentibus non satisfaciebant. Super omnia duros se gerebant Austriaci in asserendo Archiduci mero ac mixto Imperio tam in Oengadina inferiore, quam in VIII. Jurisd. hinc non admittebant, eos qui in dictis locis adversum Remp. delinquerent, a TRIBUS FOEDERIBUS posse puniri. SPRECHERO ad eam causam Foederales Codicillos modum contra Patriam peccantes plectendi definire, dicenti, Baro à BEMMELBERG Humanissimus alioqui vir respondit: *quod si in ea Sententia persistat, non togata sed armata decisione rem tandem terminatum iri* n). Huc Tractatio restringebatur! Durante Tractatione milites Austriaci, nil curatis induciis pactis, in Alpes Celinensium & Remussianorum irruentes multam pecudem inde abduxerunt, evidenti indicio futurorum. Exspectare volenles Austriaci ea quae in instantibus Helvetiorum Comitiis LUCERNÆ indictis (quorum seriem sub finem antecedentis Capitis edisseruimus) decernerentur, Actus suspenderunt, Recessu formato, ut intra mensem fere unum Tractatio in iisdem terminis prout nunc relinquebatur resumeretur; ac eum in finem Raetis Deputatis dictum ut cum plena concludendi potestate compareant; interim vero induciae observentur. Curiensis Episcopi nomine coram Comissariis comparens M. JO. CATRAINUS Parochus Oenotrianus, de NULLITATE si quidpiam in Principalis sui praejudicium decretum sit, eo quod in consilium vocatus non esset, protestabatur. Act. Imstii. die XVI. Jul. MDCXXI. o)

Mense Aug. Praesidiarii quidam Clavennae, ex Alpibus Larii Lacus ovium aliquot greges rapuerant, quorum majorem partem erga pretium quoddam etiam mox reddiderunt. Hanc injuriam ulturus quidam ex Comitis SERBELLONI Legione, quae ad ripam Mezolae excubabat, Capitaneus JAC. VASALLUS consilio cum Neapolitanis, qui in proximis Larii Lacus vicis collocati erant, Clavennam invadere, sique eam retinere non possent, depraedari statuit. Sed a milite Raetico repulsi fuerunt, & ipse VASALLUS occisus. Neapolitani postea ipsi propalarunt, fuisse propositum catholicis Clavennensibus, *figni loco rubram ligulam*

n) Spr. p. 218.
o) pag. 219.

ligulam monstrare, ad cujus visum se ab aliis separent, Hæreticos autem ad imum omnes interimere. p)

p) Pag. 225.



§. III.

Septemb. Octob. 1621.

Rætorum expeditio Bormium infelix. Tractationis pacificæ finis.

Varii ea tempestate animorum inter Raetos motus erant, consilia plura quae tamen nervis destituta non progrediebantur. GUEFFERIO nemo non indignabatur ob vana verba, illusiones meras: a FERIA victore leges probrosas ac damnosas accipere nemo volebat. Evangelici Exsules Voltureni non nisi de reditu in Patriam verba facieb n Hinc multi, praesertim ex illis qui Seditiones strenue promoverant, clamabant: tentandum esse aliquid ut Patria depressa erigatur; id manibus compressis, sedendoque haud fieri: Bormium occupandum, tunc enim Ducem FERIA ad aequiores conditiones descensurum, hacque demum ratione cum aliqua Reip. Raeticae existimatione Pacem concludi posse. Sed disvadebant Evangelici Helvetii, Montholonus, & Guefferius, ac cum eis LEONELLUS Venetorum Tiguri Legatus. Obnitebantur in Raetia Viri graves ac prudentes multi, inculcando: acquid Raeti pecuniis, commeatibus, aliisque ad bellum necessariis destituti audeant adversum Principes potentissimos, & ad bellum instructissimos; nam si e voto non succedat expeditio, quem ad modum spes nulla promittit, peiori fore res Raeticas loco quam unquam. GEORGIUS de GEORGIIS & ANTONIUS GIOERIUS Hispanizantium Primores expetito cum NARTMANNO PLANTA Curiense, illius Consilii Auctore, ac famae praeclarae Viro fidem certam faciebant *Ducem FERIA*

RIA sine mora Rætis Vallem Telinam ac Burmii Comitatum restituturum; si illi liber transitus pro transmittendis militaribus copiis ex Italia in Germaniam, & vicissim, concedatur. Solum Evangelicæ Religionis Exercitium excludi: habitationem Evangelicis neutiquam denegari; imo & quoad fortalitiorum demolitionem Ducem Raetis non adversaturum q). Acris itaque in Senatu contentio. Ea occasione GUEFFERIUS videns potiorem partem ad Arma inclinare, minacibus quoque verbis, at quibus malitiam imprudens prodidit suam *) a proposito abducere conatus est. Sed frustra. Illi enim promissorum toties repetitorum implementum ab ipso postulare. GUEFFERIUS vero, recuperandi amissa media ad esse alia, Articulos LUCERNENSES promens, ingeminabat; & si hos acceptare abnuerint, malorum quae Expeditionem sequerentur, causam se non esse protestabatur. Illi pecuniarium saltem subsidium petere: GUEFFERIUS, suum Regem Raetis nil debere. Tunc Raetici ad illum Deputati *quum fidis adeo amicis, ac confoederatis, sibi, ob inclinationem in ejus commoda tot mala patientibus nulla ope adesse velit*, protestantur, *non esse cur sibi imputenter ingratae consequentiae ex hoc defectu emanaturae*; & protestationem Scripto illi consignari curant. Quo viso metuens Guefferius ne se pronos Hispano darent, illico opem addixit. Senatus itaque consulto jubebantur omnia Communitatum vexilla ad d. XXI. Sept. in Superiore Oengadina coufluere, indeque iter Burmium prosequi.

Inopinorum motuum fama perculsus Archidux LEOPOLDUS litteris ad Raet. Senatum exaratis Deputatos Raeticos, favorabilia promittens evocat, metuebat enim ne pulsis suis Vallem Monasteriam invaderent, deinde in ipsas suae ditionis Terras irrumperent. Bona spe ducti Deputati Saepius ante nominati Oeniponta proficiscuntur, accepta prius a suis assecuratione, durante Tractatione, armis nil tentari. Eam vero fidem Auctores bellici consilii non servarunt; verum per omnes Communitates cursando ad condictum vexilla ad Burmiense iter extulerunt, Epeditionis Ducibus JACOBO à CASUTT, HARTMANNO PLANTA, & JOH. PETRO GULERO. Ea re audita Austriaci ab omni Tractatione abstinuere

q) pag. 228.

*) Vid. Supr. cap. XVI. §. II. Conf. la Valt. pag. 246.

ſtinuere. Novem mille 69. dicebatur conſtare Exercitus ille, ſed cujus major pars Armorum imperita, invita imo & diſcors: hinc ubi Burmium pervenit Tormentorum bellicorum majorum exploſiones, & Hiſpanorum impetum non ſuſtinuit: verum primi Griſaei qui inviti acceſſerant, pedem referre, fugam arripere; caeteri eos ſequi coeperunt. Ducum unus occubuit *). Ingruebat praeterea fames; eaque urgente de receptu cogitatum eſt: qua occaſione qui inter eos pedum valebant celeritate id eo die oſtendendum putaverunt. Is expeditionis inmaturo conſilio ſuſceptae infelix exitus fuit, quem praeviſa & praenunciata mala pedetentim ac cumulatim ſecuta ſunt. Nam Auſtriaci cum Raetos reverſos ac diſperſos eſſe intellexerunt, omiſſa tractatione, aperto marta agere moliebantur. Raeticis promovere Tractationem conantibus Auſtrii per Secretarium denunciabant, ſe in conſcribendis, diſponendisque articulis occupari, nempe Studio inanibus formulis illos detinentes, donec de totius rei exitu certi forent; illis interea temporis, veredos citatis Equis, buccinarum cantu perſonante aere Oeniponto Mediolanum abire, & Mediolano Oeniponta diu noctuque redire, non ſine animi anguſtia audientibus.

Die

*) Corpus Zuzium deportatum, ibidemque in Templo honorifice depoſitum fuit, poſito illi hoc Epitaphio circa Lapidem.

HARTMANNUS A PLANTA, ZUZIENSIS, & CIVIS CURIENSIS,

QUI BORMII FORTITER UT CAPITAN. PUGNANDO PRO PATRIA

OCCUBUIT.


ANNO M. DC. XXI. D. v. OCTOBR.

In Lapide

Pro Chriſto & Patria non parum, occumbere letho
Duxiſti, O Generis lausque Decusque Tui
Nunquam parta Tuis aboleſcet Gloria factis
At creſcent Capiti digna trophæa tuo

Die tandem XXII. Octobr. Cancellarius aulicus D. LINTNERUS comparet, Scriptum duodecim foliorum in quo per propositiones captiosas Raetis infinitæ Haereditarii Foederis transgressiones imputabantur exhibens. Eandem tibiam inflabant Deputati Archiducales unanimiter. Raetis animo suspensis, Austrii categorice sibi responderi postulant, affirmative vel negative, Primo quidem *An ex Oengadina inferiori & Octo Jurisdictionibus Praedicantes dimittere, & merum ac mixtum imperium Archiducis agnoscere; Foedera alia omnia qualia illa cunque sint abjurare velint;* deinde & Praetensiones reliquas verbis acerrimis ac amarulentis repetentes. Frustra Raetici Deputati modificationes tentarunt, etiam cum multa suorum jurium jactura. Austrii enim duri jam & intractabiles, *Jura sui Principalis tam evidentia esse, ut Juris decisione aut ratificatione amplius nulla opus habeant,* concludebant; *ac posse nunc Deputatos domum suam redire; Serenissimae AUSTRIACÆ Domus ad jura sua tuenda media in promtu esse.* Ultimo prorogationem Induciarum petentibus, *se super ea re a Principe suo mandatum non habere, ac jam Oeniponta ab ipso vocari* responderunt. Igitur Deputati rationibus cum Hospite contractis, ac Supra Sexcentos fl. imperiales enumeratis, post diu perdita tempore, oleo, ac opera, die XXVII. Octobr. Imstio valedixerunt r). Conf. Theatr. Europæum Tom. I. pag. 576.

r) Juvalt. Biogr.



CAP.

CAP. XIX.

1621. Octobr. ad fin. Anni.

A milite Austriaco occupatur inferior Engadina ac tertium Jurisdictionum Foedus, cum urbe Curia & quatuor Pagis; a Duce Feria, Praegallia, & Clavennae Comitatus. Ea ut elicitur Capitulatio signata Mediolani Anno ineunte 1622.

Tristis nunc Terrarum Raeticarum desolatio ac Hominum caedes. Octobris die XXVI. qua Deputati adhuc Imstii detinebantur, Dux HIERONYMUS AUGUSTUS milite suo, & Tirolensibus vicinis Stipatus per pontem D. Martini, eodemque tempore duae aliae cohortes, per Valderam, in Oengadinam irrumpere tentarunt: Sed utrinque ab Oengadinis fortiter repulsi, inde in Vallem Samnunam conversi, incolis quos repererunt occisis, CAMPACCIUM vicum, omnibus prius direptis flammis tradidere. Eadem die BALDIRONUS & STREDELIUS (qui Comissarius & Exercitus Curator Generalis vocabatur) cum Exercitu Octo millium ex Valle Monasteria per Scarlam Vallem comite RUDOLPHO PLANTA in Oengadinam penetravit, eodemque impetu Oenum Superare conatus est: at a certatim cofluentibus ac fortiter resistentibus incolis, duos integros dies detentus fuit: die tandem 29. noctu, loco remotiori, ubi aquarum Salsarum fons inclutus ebullit, ponte festinanter injecto, amnem superavit. Obvii primo impetu sine aetatis aut sexus discrimine peremti: Mulieres quoque quae de coemiterio SCOLII ceu de propugnaculo Amazonum instar diu se defenderant, una cum infantibus occisae. Incolis fuga dilapsis miles totam regionem quae Tasnae Valli & Eremusio interiacet depraedatus est. Una die ex tribus Oppidis VETTONIO, SCOLIO ac SENTO mille & qua-

dringentae vaccae abductae, ac pleraeque a BALDIRONO divenditae fuere *s*). Octobris d. XXVII. Dux BRIONUS ex Valle Drusiana, vulgo Montefunia per Sclepinae jugum cum Octingentis Peditibus aut Equitibus in Raetigoviam, itinere in communitatem a COENOBIO D. JAC. dictam ducente irruit, ubi sine aetatis aut Sexus discrimine obvii trucidati, & ignis passim injectus, quo 75. aedes conflagrarunt *t*). Dux quoque FERIA ad condictum promtus, Octobris die pariter XXIX. cum Exercitu prope novem millium Clavennam occupavit ubi abs Romano - catholicis cum applausu exceptus, properantibus una cum victoribus ad Cathedralem D. LAURENTII aedem, & Hymnum *Te Deum Laudamus* concinentibus. Hinc salva eorum bona personasque esse voluit Dux, contra aedes bonaque Evangelicorum per triduum diripienda dedit; ipsimet enim paucis exceptis, sicut & Raetici Praesidiarii periculo cognito mature sibi fuga consulverant *u*). Ultima ejus Mensis Praegalliam ingressi milites, Castanetum, Bondum, ac Promontonium depraedantur, & igne vastant. Summam Rerum, & Comitatus Clavennae gubernationem FERIA Comiti SERBELLONO demandat. Hic Praegallis supplicibus Pacem stipulatur ea lege *ut ab exercitio suae Religionis usque ad responsum Ducis abstineant.* Et ne verba tantum crederentur, Ecclesiastes Vico Supranensis PLINIUS PARAVICINUS ob habitam semel concionem, jussu SERBELLONI incendia ac depredationem minitantis Mediolanum transmissus est & Inquisitionis Officio consignatus *x*); ubi miser tentationi impar succubuit, & ejurata quam ducuerat confessione Sacerdotis vestem induit *y*). Raetiae populi extraneo milite cincti non jam in commune consulere: Sed quaevis Communitas privato consilio id agebat, ad quod a necessitate, duro telo compellabatur. Grisaei, Curienses & aliae Cathedr. Foederis Communitates, ipsum Tetium Foedus, pro Suspensione Armorum, & Pace obtinenda Legatos ad Ducem mittebant: quibus ille ut e re sua videbatur respondebat. Bergunianis ac Oengadinis Superioribus inducias ac Pacem petentibus, BALDIRONUS d. 3. Nov. dare

s) Sprech. pag. 240. sq.
t) Pag. 237. sq.
u) Pag. 242. sq.
x) Pag. 244.
y) Matric. Synod.

dare citius abnuit, quam Armis ſibi conſignatis, quae Oeniponta abduci curavit, & juratis pactis nullam dehinc cum inferioribus Oengadinis & VIII. Jurisdictionibus amplius confoederationem obſervandi; ſed e contra tum tranſitu, tum aliis rebus Auſtriacos adjuvandi z). A vi conſcientiae ſibi inferenda metuentes Evangelicae Communitates, ſingulae ſeparatim ad Exercitus Auſtriaci Duces BALDIRONUM, STREDELIUM & PLANTAM Legatos deputarunt mandatis inſtructos Pacis leges tranctandi, ſuper omnia Religionis libertatem Sartam Servandi. Reſpondebat Baldironus: *Nil ſibi de religione eſſe in mandatis:* quoad reliqua, *Arma poni & tranſitum ſibi dari* poſtulabat a). RODOLPHUS a quibusdam legatorum ipſi familiaribus, de facie Religionis Archiduce Provincias vi ſibi ſubigente interrogatus reſpondit: *darnach es in Böhmen, in der Pfalz, und in Deutſchland ergehen wird*; tantumque abeſt, in Religionis quam tunc adhuc profitebatur patrocinium verbum loqueretur, ut ne hiſceret quidem. Eo res devenerat, ut Raeti qui paullo ante leges dabant nunc cogerentur accipere, & ſupplices ad eos currere qui ipſorum antea amicitiam quovis Studio ambiverant. Tigurini Archiducalium irruptione cognita, caventes Auſtriacorum iram, cohortes ſuas revocarunt, quae dicto parentes d. VII. Novembr. Raetica ditione exiverunt.

Ex Oengadina BALDIRONUS cum Exercitu toto iter per Flüelam montem ingreſſus d. XI. Nov. DAVOSIUM appulit indeque in Raetigoviam deſcendit indies evadens durior & efferatior. Ubivis locorum Arma ſibi tradi volebat, quae ſtatim in Arcem Guttenbergam avehi curabat, & a populo, flexis genibus Homagium Archiduci praeſtari exigebat. Praeſtabat populus, nec aliter poterat, cum circum milite cingeretur, diſerte tamen *ſemper reſervata Religionis libertate*; ad quam exceptionem ille plerumque iracunde: *Se de Religione nulla mandata habere, nec qualis eorum ſit Religio curare* reponebat. Juramento praeſtito cuiuis Jurisdictioni litteras Archiducis tutelares impertiebatur: Caeterum non modo militi licentiam indulgebat, ſed & ipſe multa impotenter ac inſolenter agebat. Singulariter ſequenti facto populi odium ſibi conſciverat. In unum coactis prope Crucium ad Homagium praeſtandum Jurisdictionis Acerianae Hominibus Baldironus

z) Spr. pag. 245.
a) Pag. 246.

nus bene potus, quendam truci vultu longisque capillis in turba conspicatus, eum accedens, primo arrepta forfice cirrhos illi abscindit, deinde, Num etiam Burmii, ad Clivum D. LUCII, & Venetis militaverit? quærit. Affirmanti, & jussu Judicis Provincialis MARTINI MICHAELIS se Expeditioni Burmiensi interfuisse asseveranti, illico baculum. Capiti (CHRISTIANO WINCKLER Homini nomen erat) ut Sanguis efflueret inflixit, dein vinculis constrictum custodiri jussit: MICHAELEM vero in circulo praesentem decolleri imperat. Denudantur misero humeri, sic ut ictum feralem exspectaret: Advocatur Sacerdos, confessionem excepturus, cum ille: *Peccata mea misericordi & Omnipotenti Deo confitebor* inquit. Ad quae Sacerdos ad Baldironum conversus: *Hic Hæreticus est!* Petenti misero tantum adhuc temporis ad orationem Dominicam precandam, respondet Militum unus: *Precare ergo Hæretice*, cumque ad ea verba devenisset: *fiat voluntas tua in terra, quemadmodum &c.* rursus miles: *Non DEI, sed nostra voluntas fiat oportet.* Ob quas blasphemas voces inter circumstantes cachinnus exortus est. Videns haec agit VICTOR TRAVERSIUS Castrensis Praefectus accurrit, & ad BALDIRONUM conversus de probitate duorum Virorum fidem facit, & ne tam propere Supplicio perdat intercedit; id quod etiam, licet aegre obtinuit; eoque pacto non insolentium militum, sed DEI misericordis impleta est voluntas *b*). Ob ferociam hinc BALDIRONUS fere a vulgo Holofernes vocitabatur. Is die XIX. Nov. cum exercitu in Quatuor-Pagicos, die XXI. Majaevillam, pedem protulit; ubi BRIONUS qui ante octo dies ex Montafunio per Raetigojam multo cum peditatu & Equitum quatuor cohortibus venerat, haerebat. Illic postquam incolis arma extorsit, castrum communiri jussit, eique praesidia dedit. Comissa BRIONO Majaevillani Dominii, & Quatuor Pagorum custodia, die XXII. cum STREDELIO & ROD. PLANTA & potiore Exercitus parte CURIAM nemine prohibente ingressus, urbem occupavit, Portarum custodia sibi vendicata. Dum illic Exercitus Subsistit, Episcopus & Curiense Collegium rebus suis promovendis opportunum tempus se nactos arbitrati, missis JO. ZOLLERO Praeposito, & JO. PAULLO BELINO Aulae Praefecto a Thosanensibus, Heinzelianis, ac Cepinensibus Grisaeis, Homagium, novis quoque

b) Pag. 248. Conf. & Anh. Ræt. Wiederg. pag. 152. & Graubkr. cap. XLIV. in fin. Theatr. Europ. Tom. I. pag. 577.

quoque juribus adjectis exegerunt; quod illi metu Armorum praestiterunt c). Interea Baldironus singulis Raetigojae Jurisdictionibus, Acerianae, Castrensi, & Coenobianae unam cohortem praesidio relinquit; copias populares, Tirolenses domum remittit: Archiducis Satellites in Alsatiam proficisci jubet: Curiae Septingentos ed occupata tuenda collocat: ipse tunc acta Curiae decem dierum mora cum RODOLPHO PLANTA, sumta secum reliqua Exercitus parte, in Oengadinam revertitur. Borgonium veniens, paganis extra vicum vocatis, juramentum extorquet, quo se obligabant *nunquam adversum Austriacam domum arma gestandi, cum alio quoquam fœdera pangendi, nec absque Archiducis venia Magistratus constituendi.* Dum id praestatur, milites pagum ingressi, aedes diripuerunt. Metu armorum, idem juramentum Delegatis Baldironi praestiterunt etiam Pesclavienses, & Superiores Oengadini; & his etiam una cohors praesidio relicta fuit Zuzii in metrocomia. RODOLPHUS Zernezii substitit, encomio Feudatarii Archiducis Oeogadinae inferiori madata daturus. BALDIRONUS Scolium, ubi uxorem reliquerat, repetit, & Templum Capucinis, magnopere id quaerentibus tradit. Mox eodem Austriaci appellunt Comissarii MATH. BURGLENNER, FERD. FUGGER, & D. BERNHARDUS, qui bona absentium, Archiduci infensorum, uti ab eorum antagonistis indicabantur, indice describebant, & eos citabant. Oengadini inferiores ad Pontem altum, Raetigoii ad castrum Fragstein ad aggeres, & fortalitium construendum operari coacti sunt. Hocque jam modo major Raetiae Pars Archiducis & Hispani viribus oppressa gemebat.

Raetia copiis Austriacis inundata, quotquot fuerant adversarum partium coryphaei ad vindictam & necem conquirebantur: sed omnes per montium cacumina (itinera enim ab cohortibus obsidebantur) elapsi, alibi terrarum salutem quaerebant. Infelix cessit fuga BLASIO ALEXANDRO is siquidem die 1. Novembr. una cum JAC. JODERO de CASUTT ejusque Filio PETRO, GEORGIO JENAZIO, & tribus Ministris IACOBO ANTONIO VULPIO, Vettoniensium Ecclesiaste, BONAVENTURA TOUTSCHIO Cernetiense, & LUCIO GABRIELE Stephani filio, per Montem Vepcham, Supra Iliantum in Glaronensem ditionem tendens, dum viae comitibus non adhaeret, eo quod equum quoque secum abducere

c) Pag. 251.

abducere velint, die aeris intemperie infesto, a rusticis Ruvisiensibus, (qui abeuntes insequebantur) retractus, fatali Sorte RUDOLPHO PLANTÆ, caedem fratris Pompeii ulcisci avido, BALDIRONOQUE Majaevillae d. 22. consignatus fuit, a quibus primo in arcem Guttenbergam missus est, ubi Septem pedum digiti frigore corrupti illi abscissi fuere; indeque Oeniponta abductus, diro carcere supplicio reservatus. Nec Toutschius amplius comparuit, sive frigore perierit, sive quod vero habebatur similius a rusticis interfectus sit. Tanta vindictae erat cupido, ut ipsius Archiducis LEOPOLDI nomine, vi Haereditarii cum Helvetiis Foederis, non dubitaverint Duces Austriaci Exercitus saepius memorati, litteris d. XIX. Nov. e Cizerio exaratis a Turicensi Senatu petere quinquaginta Rhaetos praeclaros Viros, in eorum urbe degentes sibi extradari, ut contra eos ut Capita Seditionum processus formari possint *). Ad mille quingentos ascendere dicebatur numerus Raetia

*) Conf. Sprech. pag. 250. En titulum, & singulorum nomina.

Liste und Verzeichnis, etlicher Rädlisführer und Anstifter in Pündten, welche Ihro Durchl. Erzherzog LEOPOLD sonderlich von dem Lobl. Orth Zürich herausfordert.

I. Aus dem X. Gerichten Bund.

Hans Guler, Ritter.

Peter Guler, Landamma auf Davos, sein Sohn.

Rudolph von Salis, und Ulysses von Salis gebrüder, Herculis Söhn.

Conrad Buol, Predic. auf Davos.

Hauptm. Florian Buol, aus Schanfigg.

Hans Fausch aus dem Prettigew.

Rüdi Saxer, samt seinen zwey Söhnen.

Augustin Faust von Ienins.

II. Aus dem Grauen Bund.

Richter Jac. Joder (Casutt) Peter, sein Sohn.

Vicari Claus Schäni.

Jung Gallus im Ried.

Joh. Peter Ianett, Pred. in Schams.

Risch Unger, von Thusis.

Sylvester Roseroll, von Thusis.

III.

Raetia exſulantium maxima ex parte Raetigojorum & Oengadinorum inferiorum, qui paſſim per Evangelicas Helvetiæ civitates, ſed cum primis Tiguri palabant. Aliquot Septimanas octingenti in ea urbe numerati, quibus in Xenodochio alimentum praebebatur, non connumeratis illis qui proprio aere vivebant, aut manuario labore victum ſibi parabant; Sic ut a numero urbem & aerarium gravari quaereretur Vulgûs civium, & Senatus illis diſceſſum intimarit *d*). Venetus Legatus, in ea urbe Supra ducentos coronatos illis diſtribuit. Abire juſſi, alii Comitis MANSFELDII Supremi copiarum FRIDERICI Palatini Ducis Alii GEORGII FRIDERICI Badenſis Marchionis militiam ſequebantur *e*). Alii, ut poterant vitam trahebant. Sancto Gallenſis civitas multos excepit, refecit: ibique Anno ſecuto MDCXXII. etiam MUTIUS

TIUS

III. Aus dem Gottshaus Bund.

Gregorius Meyer, Burgermeiſter von Chur

Vom BERGELL.

Haubtmann Iacob Ruinell.
Battiſta von Salis, Soglio.
Iacob und Hans Curtabatt, Vatter und Sohn.
Hans Teutſch.
Conradin Molinari.

Vom OBERN ENGADIN.

Conradin Planta.
Conſtantin Planta.
Hans Travers.
Peter Planta.
Wolfgang Juvalta.
Hans von Salis, von Samaden.
Hans Friederich ſein Sohn.
Hans von Salis, von Schlarina.
Baſtian Simonett.
Georg Ienatſch.

Aus dem UNDERN ENGADIN und MUNSTERTHAL.

Iacob Anthoni (Vulpi) Predicant zu Fettan.
Claus Anthoni, ſein Bruder, Predicant zu Ramüſs.
Hans Dorta Predic. zu Schuls.
Ioſeph Dorta, Predic. (von St. Maria)
Hans Blech, Predic. zu Sins.
Clau und Caſpar Carl von Hohenbalken Gebrüder.
Iacob Regio, Hans Chriſtoph Schigter, Iac. Wetſchler (f. Betſchla), Hans Baſtian Salvett — *von Zernetz*
Thomas Planta, Hans und Pitſchen Gebrüder, Rudolph Sererhard — *von Süs*
Iacob Georg Graſs, von Laguin.
Jann-Uors Schweitzer, von Steinsberg
Georg Graſs von Steinsberg.
Anthoni Wioland, von Schuls.

d) Anh. Graubkr. cap. XLV.

e) Sprech. pag. 262.

TIUS PARAVICINUS Morbeniensis, & GAUD. TACKIUS Brussensis coetuum Pastores diem ultimum clauserunt *f*).

In Provinciis occupatis deplorandus erat tum Religionis Evangelicae tum Pastorum Status: horum enim vitae, ac bonis effrenis miles coeco zelo fascinatus impune insidiabatur, insultabatque. Diras itaque manus effugientes omnes inferioris Oengadinae Ministri noctu proripuere, & cum praesenti vitae discrimine in Helvetiam secesserunt. Soli remanserant duo ANDREAS STUPANUS Ardetiensis, & JO. EPISCOPUS Samnunensis, Ecclesiarum Pastores fidentes nempe patrocinio RODOLPHI PLANTA; cujus partibus omni tempore addicti fuerant: Sed in vanum. Nam & duo hi Baldironi jussu Zuzium captivi ducti sunt, ibique in carceres conjecti; ex quibus tandem deceptis custodiis evaserunt. Passim locorum Capucini introducti, qui muris Templorum missas faciebant, & miris artibus populum residuum ad catholicam, Religionem & Austriacae Domus obedientiam pellicere Studebant.

Tot tantasque calamitates Gallici Legati oculo indifferenti e falodoro intuebantur, nihilo malis quae eorum causa Raeti tolerabant commotiores: unum hoc medium svadebant, ut Duo Foedera Armis unitim sumtis hostes depellant, spe certa executionis Tractatus Madrilliensis denuo injecta. Hinc Raeti se eorum illusionibus suo damno deceptos videntes comprimere dolorem, & quae svaderet necessitas agere decreverunt, ut reliquam Saltem Patriæ Partem a Vastatione servarent. Concordi ergo Raetici Senatus (a quo jam Oengadini inferiores, Monasterienses, & totum Tertium Foedus, Dominio Majævillano excepto exclusi erant) Sententia Legati viginti & duo eliguntur, quibus madatum ad Ducem FERIA Mediolanum se conferre, & Tractatione instituta malorum finem adferre. Hi labentis Anni MDCXXI. mense Decembri itineri se dederunt, & cum eis etiam a JOANNE Curiensi Episcopo primum jam in Foederibus pangendis locum praetendente Deputati Vicarius JOANNES ZOLLERUS, & Aulae Praefectus JO. PAULLUS BELINUS a Belloforte. Misere & Helvetiorum Pagi suos, ad id, ut pro Raetis se vades sistant, discessionem ab Armis, & occupatorum restitutionem extorqueant. Eo & STREDELIUS, ALEXAN-

f) Anh. I. c. cap. LII.

ALEXANDER VATTIELIUS Archiducis Pincerna, ac MAXIM. MOHRUS ſe contulere. Ibi erant & Rebellium Deputati, Ducis FERIÆ, cujus juſſibus ſtabant gloriam ac triumphos ſpectaturi, beneficia accepturi. Helvetios Dux honorifice excepit; eorum conſiliis quod fortunam in manu haberet uti noluit: Raetis vero ſe durum exhibuit, Straedelius etiam contumelioſum ac inſolentem, ſic ut ipſi FERIÆ diſpliceret. Legatis occupatorum reſtitutionem petentibus FERIA manu pectori & Crucis inſigni, quod ut Eques S. Iacobi de Compoſtella gerebat admota, *Vallem Telina ſe Raetis, ob inconſtantiam, injuſtitiam, & perjuria*, Rebellium calumnioſis vocibus utens, *reſtituere non poſſe* repoſuit. Tanta duritie commoti Legati diſceſſum declarare an fingere. FERIA, *Pacem an bellum eligant nil referre; militem enim qui Raetiam ferro ac igne vaſtet mandata exſpectare* regerebat *g*). Archiducales intonabant, Foedus Cathedrale ſine ſuo conſenſu tractandi facultatem non habere ob veteres conventiones, per quas Archiduci devinctum eſſet. Eo nempe loco Raetorum Sors erat, ut Leges accipere a victoribus deberent; qui ſi aequiores ſe praehibuiſſent melius & ſibi & eorum Principalibus conſuluiſſent. Ad vix modum poteſt Animus rebus ſervare ſecundis. Multa verborum ambage, terminis in Raetos plerumque injuriis conceptos a FERIA & STREDELIO Articulos Raeticis Deputatis Straedelius praeſentavit thraſonica utens expreſſione, ſe in eorum compoſitione infandum prope ſuſtinuiſſe laborem (fatica di cane) ac jam videre poſſe quid addendum cenſeant? Fuere ibi ex Proſcriptis, tunc Legatorum Perſonam ſuſtinentibus, qui & hunc reliquis Articulis addi debere cenſuere; *ne ex Engadinis inferioribus & Octo Jurisdictionibus, utpote Archiducis ſubditis ullus in duobus Foedd. ac Dominio Majævillano habitare, multoque minus in civem cooptari poſſit; imo & ex dictis locis ortos, & jam ab Annis* XXV. *continuis in duobus Foederibus & Dominio Majæv. cives, in Patriam remitti debere h*). Itaque & hunc Stredelius facile aliis Superaddidit. Adeo vindictae cupido, ut quos deſignat petat, etiam innoxios clade involvit! Articuli a Legatis utriusque Partis d. XV. Jan. MDCCXXII. Subſcripti ac mox lingua italica Mediolani, & germanica Conſtantiae, editi ſunt; quorum Argumentum, prolixiores cum ſint, in Summam

Mmm 2 contractum

g) Spr. p. 294.
h) pag. 258.

contractum SPRECHERI verbis adponimus. Vid. & Theatr. Europ. Tom. I. pag. 579. 580.

I. TRANSACTIO INTER RÆTOS ab una & VOLTURENOS ac BURMIENSES ab altera parte, articulis XXV. comprehensa.

Eam controversiam Dux Feria, ut Mediator, hunc in modum decidit. *Rætos omni suo juri, prætensioni, ac titulo in & super Volturena ac Comitatu Burmii in perpetuum renunciare, & compensationis ergo a dictis Volturenis ac Burmiensibus vigintiquinque mille aureos annuatim recipere debere. Pro ea autem Summa Camera Mediolanensis seu Hispaniæ Rex ipse sponsor constituebatur. Caeterum commercia libera esse debere. Exsulibus Acatholicis Volturenis permitti quovis Anno duos menses sed distinctis vicibus in Volturena morari, sed duplici hac adjecta conditione, ut nomen suum apud consules profiteantur, deinde intra Sexemium bona divendant. Si quae lis inter Raetos, Exsules Acatholicos Volturenae, & incolas Vallis Telinae nunc in pendenti sit, aut intra annum forte nascatur debere Archiducem LEOPOLDUM ex suis unum qui justitiam administret mittere: Lites vero quae inter Raetos & Volturenos cum tempore nasci possent, constituto ab utraque parte arbitro uno, & Tertio ab Archiduce adjuncto ex æquo & bono decidi.*

Octo Jurisdictionum, Oengadinae inferioris & Vallis Monasteriæ, licet in ereptas terras pari Dominii jure fruerentur mentio nulla fiebat, illarum enim contingentem partem Archidux ob bellicas expensas sibi vendicabat.

Secreta insuper Transactio inter Ducem FERIA, Archiducales ac Volturenos & Burmienses etiam facta dicebatur, qua praeter alia *Volturenis, permittebatur cum Pagis Helvetiis catholicis Foedus inire.*

Act. Mediolani. In Palatio Ducali. Die XV. *Ian. MDCXXII.*

II. TRANSACTIO inter Regem Hisp. ut Ducem Mediolani, & Raetos, Articulis XXXVIII. complexa.

In

In Politicis Foedus Perpetuum iisdem fere conditionibus, quibus ante annum cum Grifeis tractatum erat, Sancitum eft. Circa ecclesiastica autem, cum in anteriori Tractatu illo Raetiae dominantis nulla fuiffet mentio, nunc Dux fuo modo difponens, ftatuebat: *Religionem catholicam ubique locorum Raetiae libere exerceri, Quorumvis ordinum Sacerdotes habitare, Monafteria ac Collegia exftruere & inftituere poffe. Omnes reditus, qui Monafteriis, Ecclefiis, & Oratoriis jure debentur pendi, Apoftatas* (a fide Romano - catholica ex Italia profugas) *expelli, S. CONCILII TRIDENTINI Decreta, Bullam in Coena Domini*, (qua Proteftantes anathemate feriuntur) *& Stilum Gregorianum a Catholicis obfervari: & omnia Decreta a Raetis quocunque tempore cufa iftis adverfantia antiquata ac abolita effe debere.*

Pollicitus erat Dux Raeticis Delegatis clavennæ Comitatum fecundum prifca jura reftituere: at cum a Clavennatibus miffi advenisfent Gaud. Morus, & Georgius Peftalozza, & in eorem gratiam promifforum oblitus, promte definiit: *Clavennæ Comitatu Religionis Proteftantis exercitium excludi, nec longiorem quam duorum Menfium in Anno Acatholicis moram permitti. Ad ripam Mezolae Praefidium Hifpanicum unum annum permanere debere, nempe donec aggeres ad Saxum Corberium in ora Vallis Tellinæ exftructi fint.*

Act. Die, loco, & Anno, ut Supr.

III. Transactio Mediatore Duce feria, inter Archiducales Commiffarios, & Raetorum Duorum Foederum ac Majaevillani Dominii inita, Articulis vi. conftans.

In ifta Capitulatione, Praerogativae Romano - catholicae Religionis eadem quae in Articulis modo memoratis per extenfum repetuntur. Sed infupra, *Advocatia Curienfis Epifcopatus Auftriacis vendicatur. Declaratur Epifcopum poffe quemvis, etfi Raetus non fit, modo natione Germanus, Epifcopatu dignus, a Canonicis rite electus, & a Pontifice confirmatus fit*, eligi. *Controverfias inter Epifcopum & Cathedrales, & alios, apud quos Epifcopus habet quod praetendat, debere intra*

intra biennii Spatium a Judicibus ab utraque Parte electis terminari. Adhaec, *Duo Foedera, Majaevillanumque Dominium omni foederationi cum Octo Jurisd. Oengadinis infer. & Monasteriensibus intercedenti renunciare, ac cum eis dehinc haud aliter quam cum aliis Austriacis subditis bonam viciniam colere; Et si forte contingat modo nominatos subditos rebellionem denuo moliri, illos non modo ipsis non auxiliari, sed contra eos reprimere, ac Austriacos adjuvare debere. Per annos duodecim, vel plures, si necesse sit, Archiducem in Oppidis Curiae ac Majaevillae Presidium sufficiens alere. A duobus Foedd. ac Dominio Majaev. Tribunal censorium institui, a quo Proscriptis Raetis damna resarciantur. Denique, Veteres conventiones inter Austriacos, Comites Tirolis, & Episcopatum Curiensem, hujusque Homines (Gottshausleuthe) Hæreditarium denique Foedus Anno* 1518. *Sancitum renovabantur. Sexta instantis Martii dicta, qua utriusque Partis Comissarii Curiae congregari, & Pacta juramento firmare. Debebant quod vero ob causa dicendas non factum.*

Act. Die, Loco, & Anno, ut Supr.

Sic rebus ad nutum gestis, advenere FABRITIUS BOSSIUS, qui obsoletis quibusdam protractis coloribus Pesclaviensem ditionem, & Comes THEODORUS TRIVULZIUS qui titulo feudi possessi Vallem Misaucinam sui iuris esse, sibique addici postulabant. IAC. TUSCANUS Curiensis Canonicus, Præpositus S. Victoris, & in Valle illa Episcopi Vicarius in favorem Trivulzii animos incolarum inclinabat. Erat autem Ducis Feriæ non aliud designatum, quam ut commodato Trivultii titulo in extremo Vallis illius loco, Bellinzonae confini, Monticello dicto, Propugnaculum exstrueretur, quo transitus ex Helvetior. provinciis in Italiam prohiberetur, quemadmodum & ad Clivum D. LUCII aliud excitare cogitabant, ut transitus omnes in sua unius manu esset. Sed designatis & postulatis unitim restitere & Mesaucii, & Helvetii concordes *i*). Hinc Feria auram videns adversam earum caussarum arbiter esse negavit; resque hactenus ad votum tractasse contentus,


i) Th. Eur. Tom. I. p. 765. Spr. p. 258. & 366.

tentus, tam Archiducales quam Raeticos opiparo convivio exceptos, Hos aureis etiam torquibus donatos remiſit.

Ad haec Gallici Legati litteris e Salodoro, d. xiv. Febr. exaratis, Raetos ab iſtarum Transactionum ratificatione dehortabantur: Sed eorum conſilia audiendo noluere hi majora diſcrimina adire. Igitur Oratores d. xxi. ſt. v. Ilantii congregati, reſponderunt, Auſtriacae Domus Potentiae ſe impares eſſe, & a Guefferio Saepius auxilia, ſed fruſtra expetita eſſe. Hinc et ab his Comitiis Transactiones expoſitae a Communitatibus ratificatae fuere; populis interea dolentibus, & de atroci injuria conquerentibus *k*). Interea non diu poſt Tractatus in lucem prodiit, quo miſer Raetiae Status depingebatur, & Chriſtianiſſimus Rex ad ſuccurrendum antiquis amicis rationibus oppido gravibus & luculentis implorabatur *).

k) Pag. 259.

*) Titulus eſt. Diſcours ſur l'Etat lamentable, au quel ſont reduites les Trois Ligues des Griſons, contre les Anciennes libertés & le Traité de Madrit, fait entre les deux Majeſtés le 15. Avril 1621. publie en l'An 1622. par aucuns affidez & anciens alliés du Roi, pour Supplir S. M. de prendre en main la cauſe des dits Griſons, ſes allies injuſtement oppreſſés.



CAP.



CAP. XX.

§. I.

1622.

Sævitia Austriaci militis exacerbati Raetigoii inermes armatos trucidant. Vis illata conscientiis desperationem producit, quae Saepius incredibilia praestat.

Ab oppressione externi Raetiae Status progressus sequitur in vim illatam Evangelicorum populorum conscientiis. BALDIRONUS rebus in Oengadina inferiore ad votum dispositis, & Ecclesiis fidei Capucinorum concreditis, sub festa natalitia Ao. MDCXXI. cum familiæ & Dragonibus suis Curiam remeat. Transiens Superiorem Oengadinam, Zuzii Sacrorum exercitium prohibuit, & Curiam veniens eodem zelo ductus Religionis Evang. exercitium in quatuor Pagis, & Majaevillani Dominii Ecclesiis fieri vetuit, Articulos nuper Mediolani Sancitos nil moratus *a*). Eo Statu res Religionis esse jussit BALDIRONUS dum jussu Archiducis ineunte Anno MDCXXII. Velcuriam profectus, colligendis quatur Legionibus militum incubuit. Quibus secum Curiam duxis, mox Tres aliae Legiones aggregatae venerunt a Duce FERIA Mediolano per Clavennam & Spelucam missae, destinataeque ad depellendum ex Alsatia Comitem ERNESTUM Mansfeldium, qui eam Provinciam infestabat. Tum adventitiae hae, tum permanentes in Raetia copiae omnibus graves erant, Evangelicis vero summopere injuriae. A Ferianis quipe Clavennae Evangelicorum corpora se pulcris extracta, ludibrio exposito, aliqua etiam combusta, aedes vero

a) Spr. pag. 258.

vero, complures demolita & destrueta; *b)* abs Austriacis Majaevillae, in Templo primorum Ecclesiae illius Reformatorum SAMUELIS FRICKII & ANDREAE SIEGFRIDI ossa exhumata, eademque opera Equitis JO. LUCII GUGELBERGII cadaver effossum pretiosa Veste, & Equitatus ornamentis spoliarum. *c)* His Apostolis sufficienter instructum se arbitratus BALDIRONUS conversionem Raetigojorum mense Febr. adgressus est, *prohibendo in Octo Jurisdictionibus* (Tertii Foederis) *Omne Religionis Zvinglianae* (sic verba Sonabant) *Exercitium*, *solum Praedicantibus infantes baptizandi & matrimonia consecrandi facultate relicta.* Hinc vero Planctus multi & graves. Sine mora Davosiani, Coenobiani, & Castrenses Oeniponta ad Aulicos Consiliarios mittunt libertatem exercitii suae Religionis rogatum. Reliqui exspectare voluere quid istis responsi daretur. Ex arce interea Fürstenburga JOANNES Episcopus Curiensis d. XII. Febr. Curiam appulit: SIMON quoque Abbas Beneduranus Corvantium veniens Monasterii illius possessionem adiit. Episcopi jussu de Suggestibus a Sacerdotibus Sequentia Puncta promulgantur.

I. *Calendarium Gregorianum correctum observari debere.*

II. *Causas matrimoniales ad Judicium Ecclesiasticorum Curiæ residentium deferendas esse, nec debere Politicum Magistratum, ut hactenus fecit, ejus quidquam sibi arrogare.*

III. *Nuptias ante confirmationem debere ter, distinctis vicibus, in Templo publicari.*

IV. *Matrimonia debere in Templo copulari, ibidemque in Ecclesiæ conspectu benedictionem Sacerd. accipere.*

V. *Dehinc non supra duos testes, marem unum, alterum feminam apud baptismum admitti.*

b) Spr. p. 260.

c) Id. p. 259. Anh. Gr. K.

VI. *Intra quartum & quintum gradum ducere, aut nubere non licere.*

VII. *Et si in propiori gradu conjuges cohabitare reperiantur, eos Curiam amandandos, ut ibi dispensationem obtineant, &a bsque peccato cohabitare possint.*

VIII. *Omnes Ecclesiarum curatores debeant Missale Romanum sibi comparare, quo solo Parochi utantur.*

IX. *Illi ad quos collatura seu Jus Patronatus spectat Ecclesiis de Parochis provideant.*

X. *Parochi antequam ullius Ecclesiae curam suscipiant, a Senatu Ecclesiastico Curiensi confirmationem accipiant.*

Dat. Curiæ in Palatio Episcopali, d. XX. *Febr. MDCXXII.*

JOANNES ZOLLER D. Præpositus,
Vicarius Generalis.

Deputati primis Martii diebus Oeniponto revertentes, hoc sibi a Barone BEMMELBERGIO & STREDELIO datum responsum retulerunt. *Sereniss. Archiducem nolle in Ditione sua Prædicantes tolerare. Caeterum brevi Comissarios in VIII. Jurisd. mittendos, qui tum circa Religionem, tum quæ fuerint alia gravamina disponent, quod aequum videbitur.* Iisdem vero diebus, BALDIRONUS datis ad JO. VICTOREM TRAVERSIUM Præfectum Castrensem litteris significavit, abs Consiliariis Oenipontanis Decretum emanasse, quo *jubeatur astu adhibito, militis ope omnes Prædicantes Raetigojæ captivos facere, & in castrum Guttenbergicum transmittere.* Quod cum aliquo modo innotuisset, effectum, ut Pastorum alii abierint, alii apud Amicos latitarint *d*). Septuaginta quinque coetus, rebus sic arctis, in Raetia numerabantur, a quibus

d) Pag. 261.

quibus Paſtores pulſi, quique animae cibo carere cogebantur. In eorum locum Capucini ſubinducti, qui Eccleſiarum cura ſibi arrogata miſſas & conciones ſuo more habebant; Sed quibus intereſſe populus abnuebat. Furibundi tunc milites, minaces in Predicantes voces emittere, quod eos in fruſtra diſſecare, confodere, excoriare. in coenum coniicere, igni tradere, & aliis Suppliciorum modis e medio tollere velint, dein libros Evangelicos in coenum coniicere, & quae militaris inſolentiae plura ſunt, patrare: quae vulgus dolore & ira implebant. Vim praeterea Milites infandam adhibebant. Alii ruſticorum humeros conſcendentes illis inequitabant, & cum curſu non pergerent, haud ſecus ac Jumenta haſta pungebant, dicendo: *hoc demum modo ruſticos Raetigojos domandos.* Alii incolarum aedes ingreſſi cum omni licentia quaevis perfringebant, diripiebant, furabantur, ſicut incolarum multi victu in rigidiſſima Anni tempeſtate deſtituti inedia morerentur, dum interim milites nemine prohibente pecudes auferrent, mactarent, luxuriarentur. Eo venerat, ut incolarum multi cordum ac foenum in aqua coquerent, hocque communi cum pecude victu miſeram vitam traherent. Ad pecunias extorquendas hoc fere ſcelerati Stratagemate utebantur. Quos inveniebant, *Haereticorum*, *Damnatorum*, *Perditorum*, *Diaboli Sociorum* probroſisque nomenclationibus aliis eousque onerabant, donec victa patientia durum aliquod verbum exprimebant; Dictorum indignitate motus ſi ruſticus aliquid in ſui defenſionem diceret, ſtatim illi crimen *blaſphemiae adverſus S. Rom. Eccleſiam* imputabant; ac velut horrore correpti clamabant, peierabant, ſclopetos pectori admovebant. Cauſa ſic comparata miſer ſi vitam volebat, eam vel promta pecunia, aut ſi ejus inops, pretioſioris ſuppellectilis, ovium, caprarum, pecudumve traditione redimere neceſſe habebat. Atque has injurias utut atroces populus toleraſſet, ſpe vivens, & earum bello poſito fore finem: unum ferre non poterat, ablatum vi ſibi animi cibum, prohibitum S. Religionis exercitium. Exaſperatus magis eſt edito a Regimine Oenipontano Mandato novo, quo, *Octo Jurisdictionibus imperabatur ut Praedicantes ubique expellerent, & quaevis Communitas diſerte profiteretur: an doctrinam Capucinorum audire & recipere velit.* Fuere quipe animoſiores, qui de vi cum vi repellanda cogitarunt, & THEODORICUS ENDERLINUS ad vocandos conterraneos in Helvetiam ſe contulit illic locorum diſperſos, licet inde parum auxilii adpareret. Interea BALDIRONUS mandata rite exſequi

 cogitans

cogitans, quo tutius negotium perficeret, & populo terrorem incuteret, ultra praesidiarias tres cohortes, quae in Raetigoja erant, adhuc centum & triginta milites plerosque ex selectioribus Salisburgianis qui Curiae in praesidiis erant, Dragones insuper suos die XXI. April in Raetigoviam ducit. Acerium veniens Mandatum Ejus Jurisd. Hominibus exponit, peditibus tunc ibi loci relictis. Ipse cum Equitatu Arcem Castrensem insidet. Altera die Populo Lucani convocato Mandatum suum intimat, milite Populum cingente. Populus post horae deliberationem, unanimiter respondet: *Se in omnibus rebus Politicis Serenissimo Archiduci LEOPOLDO & Ejus Ministris obedientiam praestare velle. Sed quod Negotium Religionis adtinet, cum illud in Juramento clare reservatum fuerit, per viscera IESU CHRISTI orare ne vim conscientiis inferre tentet: potius enim se mortem oppetere, quam vi ad religionis abnegationem cogi, velle. Caeterum, admittere ut Capucini libere in Regionem veniant, & officio suo apud milites absque impedimento fungantur.* His auditis BALDIRONUS totus excandescens, Judicem Populi nomine loquentem JODOCUM CRESTAM nullo Juris Actu comprehendi, & una cum illo nobilem etiam virum JO. SPRECHERUM, eo quod orabat ne Judicem tam inhumane tractarent, vinculis constrictos ambos in castrum abripi jussit. Tunc folium Hominibus in manus tradit, ad quod proxima die Dominica sibi categorice responderi postulat, sciret ut Princeps quid ipsi agendum. Folio hi Articuli erant inscripti.

I. *Ut Prædicantes ex Regione Statim dimittant.*

II. *Ut subditi omne exercitium Religionis Zvinglianæ, imo omne quod Catholicæ Romanæ Religioni contrarium est, tollant & abrogent.*

III. *Ne Secretas congregationes habeant, neuc invicem sibi libros Secretarios praetegant.*

IV. *Ut Subditi utriusque Sexus, & aetatis, nemine excepto, semper conciones catholicas, & Institutiones catecheticas, sub poena Statuta frequentare teneantur, ac non nisi sufficientes ob causas emanere.*

V.

V. *Nemo catholicam Religionem profiteri, aut suam abjurare prius teneatur quam per institutionem catecheticam aut amicam collationem fuerit edoctus, sic ut libere & non coacte confessionem Religionis catholicæ edat, suamque falsam abjuret: adeoque neque ad Missam, neque ad confessionem Auricularem neminem trahi donec ut dictum, sit Catholicus, & Religionem catholicam veram esse fateatur* cc).

Populus invicem Stupere, & abnuere, dicereque vim suis inferri conscientiis; ac quod ultimo loco ad coactionis inuidiam amoliendam addatur, illusionem ac fucum merum esse. Ecquae enim, ajebant, ea Religionis libertas est, ademtis omnibus mediis eam conservantibus, pulsis Pastoribus, libris & congregationibus prohibitis; contra aliis omnibus, de quorum iniquitate dubium nullum obtrusis? Perinde ac non cogeret fame mori qui omni victu privat! interea ostensa constantia voces comprimebat.

Videns BALDIRONUS se ferocia non proficere, & a Praefecto TRAVERSIO (qui gentis genium melius noscebat) ut incolumitati suæ prospiceret monites sibi timeres die adhuc eodem cum Dragonibus suis Curiam remeat animum tamen simulans transeundo Acerium, Scribae nomina eorum, qui Capucinum concionaturum audituri forent, diligenter adnotare jubet. Raetigoji tam subito discessisse BALDIRONUM videntes, eum non alio fine abiisse crediderunt, quam ut amplioribus copiis redux omnes deleat, terram devastet: ira itaque in rabiem versa nollentes ferarum ritu velut in fovea deprehensi caedi, consilium quod de sperario suggerit arripiunt, unitaque vi, quibuscunque instrumentis, injurias Ducis adeo impotentis, ac militis tam insolentis depellere constituunt. Id consilium primi Saxenses & Conteriani proposuerunt, a caeteris facile admissum. Dies Palmarum, quae in XXIV. Aprilis incidebat exsecutioni dicitur. Ergo Sylvas ingressi, quisque fustem decempedalem domum deportat (arma enim illis erant ademta) cui clavos, cultros, & quidquid ad offendendum aptum erat infligunt Morgensternas vocant. Alii clavis, securibus alii, Alii Hastis, aliisve

cc) Conf. Theatr. Europ. Tom. I. pag. 649. sq.

aliisve ut dabatur se armant, ad diem parati. Non potuere hæc tam tecte fieri, quin ad Austrios notitia dimanarit; id quod inde cognoscebatur, quod eorum nonnulli die Dominicam Palmarum antecedente linteum album, ea erat tessera quam sibi elegerant Raetigoii, pileis impositum gestarent *d*). Hinc magna anxietas, quod se proditos timerent, & de Successu dubitarent: multi id consilium abiiciendum, & per invia montium exitum e patriae finibus svaderent. At praevaluit Sententia consilii Semel capti, duobus cumprimis Ministris eam commendantibus, & animos incolarum ad conservandam avitam libertatem accendentibus Eadem die innotuit Austriacos qui Convalli hæserant desertis Stationibus versus castrum Castels viam ingressas esse; hujus vero inopinae discessionis fama ansa opportuna visa est tentandi fortunam. Animo hinc sumto Saxenses ac Conterienses eos insequuntur, quibus mox etiam Coenobiani ac Serneusiani se adjungunt, & illuscente Palmarum die XL. Davosiani, & plures Scanavicani. Globus iste fere nonnisi fustibus armatus arcem Castri, cui se Austriaci supra sexcentos incluserant, obsidet nuncio tamen praemisso, quo *liber illis ex ditione sua discessus relictis armis promittebatur*, *eam si repudiant legem*, *ultima esse passuros.* Obsessi spe auxilii a Baldirono mittendi ad haec superbe: *gratia rusticorum se uti nolle*, *sed potius ad ultimum pro fide morituros.* Hoc responso tanto magis irritata plebs, quod ex captis quibusdam militibus intelligerent esse *si Baldironus novis copiis auctus adveniat propositum totam Raetigojam ad confinia usque Oengadinæ igne devastare.* Conabatur Castrensis Praefectus VICTOR TRAVERSIUS animos mitigare his pactis. 1. *Predicantes dimittantur duobus exceptis.* 2. *Istis functiones alias non permitti*, *nisi baptizandi infantes*, *& copulandi conjuges.* 3. *Non esse cur audire Capucinorum doctrinam abnuant*, *cum penes auditores stet fidem dictis adhibere, an denegare.* 4. *Neminem cogi ad missam posse.* Adsentiebantur huic consilio Procerum quidam, & videbatur ipse populus in Sententiam inclinare cum nuncius Acerio missus quadringentos nonaginta quinque Austriacos a hora decima ad duodecimam abs Cruciensibus, Acerianis, ac Lacupratensibus, fustibus trucidatos esse, majore cadaverum parte in fluentem Langarum projecta, nunciat. Ac vera narrabat ille, mereturque prope inter prodigia censeri potuisse a populo inermi

d) Theatr. Europ. Tom. I. p. 695.

inermi, nec nisi fustibus instructo tam brevi temporis spatio tantam Stragem fieri. Praesidiarii ad castrum Fragstein excubantes pileis occisorum & cadaveribus secundo fluvio advehi conspectis, armis abjectis in Majaevillanum castrum aufugerunt, Hic Raetigojorum vires experturi. Id factum intelligens populus, jam amplius negligendam negabat occasionem jugum sibi inique impositum excutiendi, ereptamque conscientiae libertatem recuperandi. Hinc Sexcentis illis Austriacis castro Castellano inclusis, discessionis veniam jam petentibus, die XXVI. April eam his legibus dedit: *Ut relictis armis, solis baculis instructi, inoffensi ad clivum usque D. Lucii, qui Raetiæ limes est, abeant.* 2. *Juramento spondeant nullo unquam tempore adversum Tria Foedera militare.* 3. *Promittant apud Archiducem intercedere ut generalis anteactorum instituatur abolitio, Præsidiarii e Raetia abducantur, & cuncta in pristinum Statum restituantur.* A sua parte spondebant Raetigoii *omnia jura, Archiducis, quæ ipsius Antecessores ad hoc usque tempus possederunt inviolata observare.*

Baldironus Curiae existens cognita suorum caede omnes Scanavicanae vallis vicos igne vastavit, *a*) adque subigendos Raetigojos a Griseis, ab Engadinis inferioribus, Mediolano auxilia postulavit. Sed Grisaei & Engadini emanserunt, et antequam Mediolano copiae advenîarint Raetigoii Duce Generali Rodolpho à Salice Malansiano, & Colonello Jo. Petro Gulero sibi praefectis Austriacos in castro Majaevillano obsidione clausos tenuerunt, & variis cladibus affecerunt *b*); Sic ut demum ad Comitis Caspari ab Alta - embs intercessionem octingenti quinquaginta Landsknechti (hoc nomine incolae Austriacae ditionis intra Arulam montem appellantur) cum centum quinquaginta uxoribus, sub conditionibus ante allegatis, ipsis Kal. Iunii liberum discessum obtinuerint. Ipsam urbem Curiam, in qua Baldironus cum bismille centum & quinquaginta militibus Hispanicis & Archiducalibus, omni commeatus genere instructus haerebat belligeri illi Heroes aggressi, d. XI. Iunii obsidione cinxerunt, eoque adduxerunt, ut Baldironus prae moerore vix cibum sumere vellet, Episcopus, Canonici, Senatores, ac milites de discessu cogitarent; Episcopi tandem & Senatus

a) Srech. p. 288.
b) Id. pag. 272. sq.

natus mediatione Baldirono ejusque cohortibus liber discessus cum armis & impedimentis daretur ea lege ut Oeniponte detenti quatuor captivi, *duo Ministri* JO. à PORTA, & CASPARUS ALEXIUS, *item* BLASIUS ALEXANDER & CASP. RUINELLA *liberentur; Militis omne contractum æs alienum promte exsolvatur; a Raetigoiis vero Baro a FELS, & locumten.* POPPUS pariter dimittatur. His legibus, cautionem spondente Episcopo & Canonicorum Collegio obtinuit Curia egredi trux ille Baldironus nil nisi minas & supplicia spirans; Raetigoiis dum cum cohortibus viam pergebat, cum fustibus Sanguine tinctis in acie stantibus *c*). Iidem Tribus ante diebus, VIII. nempe Iunii Septingentis ac trigintaquinque Hispanis Legionis Serbellonianae in fortalitio Imicastri obsessis liberum discessum cum armis & impedimentis facile concesserunt, sola depulsione externæ vis contenti. Sunt hæc memoranda, quod qui tantam hostium vim adtriverint Soli essent duarum dictarum Raetigojae Jurisdictionum homines, cum Majaevillanii Dominii incolis, nonnullis Engadinis inferioribus ac Monasteriensibus, cum paucis Davosianis, Scanavicanis ac quatuor pagicis, quorum universus numerus mille & quadringentorum non excederit *d*) globus omni humano auxilio destitutus Magistratus enim Davosiorum, Curiensis, aliique, metu successeus sinistri continuo illorum motus improbarunt. Hinc durantibus motibus & abs confederatis Helvetiis, & a Veneto Legato Tiguri residente, & a Marchione Badensi Subsidia & auxilia efflictim petierunt; sed nihil impetrarunt *e*). Quantumvis Tiguri Ecclesiae Antistes JOH. IAC. BREITINGERUS eorum causam tum pro rostris, tum privatim impense commendaret, Senatus tamen iram Archiducis Studiose vitans, edicto vetuit Raetigoiis accurrere aut succurrere *d*). Eo tamen non obstante tum ex urbe tum ex agro Secreta multa opis advolavit. OTTO WERDMYLLERUS quamdiu motus duraverunt & cum tercentis militibus simul interfuit fideliter *e*).

Durante Curiae urbis obsidione, die nempe tertia Iunii Septuagenarins obiit JO. PONTISELLA Scholae illic Praefectus, multigenae erudi-

c) Pag. 305.
d) Pag. 307.
e) Pag. 275.
d) Ejusd. Mem. ap. Cel. abnepotem illi homonynum in Gymnasio ling. Græc. Prof.
e) Anhorn Graub. Krieg. Cap. 49.

eruditionis vir. Is compluribus ante obitum annis, ut generis sui ultimus hoc sibi fecerat distichon tumulo suo inscribendum.

> Pontisella suae cecidit lux ultima gentis:
> Curia laeta tulit: Curia moesta tulit.

Quo nomine quasi divinus dici potest. Nam cum lumina clausit, Curia intus copiis conferta, foris cincta vere moesta erat *f*). Habetur ejus HYMNUS IN VENEREM *grace olim ab Homero Scriptus*, *latine versibus Heroicis expressus*, *ad Cl. V. Dn.* JO. GULERUM *cum* ELISAB. SALICEA *deuterogamum.* Tig. 1590. trifolii opus.

In Strage militis Austriaci die Palmarum Lacuprati necem sibi acceleravit Capucinus P. FIDELIS, qui laicus proprio nomine Marcus Rayno vocabatur, & Juris utriusque Doctoris simulque Assessoris Curiae Ensishemianae in Alsatia titulo olim clarus, deinde secularis vitae pertæsus, adscito nomine P. FIDELIS Capucinorum ordini adscriptus, in coenobio Velcuriano Guardianus, nunc institutae novae Missionis ad convertendos Raetigojos Praefectus Socio sibi adscito P. Joanne Brunner Ueberlingensi, vel ut alii perhibent Kreyvangensi bene mereri ambibat, & Baldirono omnium conatuum circa Religionem, articulorumque propositorum Auctor fuisse dicebatur. Is post celebratam mane Crucii Missae officium, una cum JOANNE IACOBO Barone a Fels, (qui Scribae loco eorum qui missae se sistebant nomina adnotari curabat) & manu circiter triginta militum, Lacupratum ad habendam concionem se contulit. Populo illic metu militis congregato, Capucinus suggestu conscenso concionem orditur, & in exordio adhuc erat cum celeri gressu miles in Templum irruens clamat Acerii, qui vicus e regione situs est, ignem & fumum cerni. Nempe edebatur illic caedes militis; isque in Templum confugiens, in quo tormentarium pulverem repositum tenebant, dum in pulveris pyrii divisione illic negligenter versatur, igne correpto, Templi laquear concidit, quo decem milites percussi ac peremti erunt. Ad militis vocem populus dilabi. Concionans Capucinus opinans populum ex metu


f) Spr. pag. 504. Theatr. Europ. p. 699.

militis, qui Templum cingebat & arma muris applicaverat, proripere ſe, eum bono animo eſſe jubet, fide facta nihil Siniſtri eſſe quod metuant. At videns aures ſibi non praeberi, directo ad eos, qui proxime ſuggeſtum ſedebant Sermone, bonis eos verbis ad catholicam amplectendam Religionem hortatur, exquirit dein: *an confiteri ſibi velint, an minus?* Illis aſſa voce negantibus, Capucinus Soccos extractos comploſit, ut excuſſus inde puluis de ſuggeſtu ſuper Sedentes ſpargeretur. Templo egreſſi viſo Acerianorum animo, Fenaſiis illic locorum latentibus Signum dant, hisque accedentibus & ipſi militem ad Templum & intra adoriuntur, caedunt. Quo conſpecto P. FIDELIS ſuggeſtu protinus deſiliens, per chori porticum elabi tentar detinetur vero a honeſto quodam viro, cui claus ſenti nomen, eum amplexante, obteſtanteque ne Templo egrederetur, in quo Salutem ipſi promittebat, non item ſi foras egreſſus tumultui ſe inmiſceret. At monita renuens audire Capucinus, manibus boni viri ſe explicat, & Saltu de praealto coemiterii muro (declivis loci ſitus eſt) facto, turbae fugientium militum & ipſe ſe inmiſcens, fuſte, an romphaea non definiverim, trucidatur. Cadaver Sublatum honeſta Sepultura ab incolis in coemiterio terrae mandatum eſt; quod vero mox Secuto Septembri menſe Comes SULZIUS Archiducalium copiarum Dux ſupremus occupata denuo armis, ut dicemus, Raetigoja exhumavit; indeque Caput Velcuriam ad Capucinos, corpus Curiam in aedem cathedralem transferri curavit: ubi locorum reliquiarum loco aſſervata religioſe coluntur, Laurea Martyrum a ſuis, locoque inter Divos nuper a Romana etiam Sede illi adſignato: quo jure, quave injuria noſtri non eſt disquirere P. Fidelis Socium P. JOANNEM Abundius à Salice incolumen ſervavit, cumque Raetigoii Helvetiis poſtulantibus lubentes dederunt: nec eſt dubium eodem modo cum P. Fideli actum fuiſſe, ni ſemet in fugientium turbam, praeſensque mortis periculum coniecisset *g*). Haec in Raetigoja.

Inferioris Oengadinae communitates, ipſa Palmarum die Dominica, 24. April. Equiti RODOLPHO PLANTA mille circ. florenos dederunt, ut Oeniponta profectus, qua apud Archid. & Conſiliarios valebat

g) Pag. 268. 269. Anhorn Wiederg. pag. 155. 156. & Graub. Kr. cap. XLIX. Bucelin. Rhæt. p. 360. Theatr. Europ. Tom. I. p. 696.

bat gratia, liberum Religionis exercitium obtineret. Is vero pecuniis acceptis in Tyrolim concessit, et in praedio prope Meranum nuper emto usque ad secutum Novembrem haesit; intra quod tempus versam rursus rerum faciem, denuo Subactos Raetos, fortunamque Austriaco Nomini liberaliter favere videns, haud diutius cogitandum ratus, Romano catholicam professus est religionem, sequente exemplum mariti MARGARETHA TRAVERSIA ipsius conjuge. Meruit tunc titulum Feudatarii Archiducis in inferiori Oengadina, quam auctoritatem ut res tunc erant, militis vi subnixus, quamdiu in Oengadina morabatur, (morabatur autem tantum per intervalla) facile tuitus est ad mortem usque; quae ipsum duo post lustra in memorato ad Meranum praedio, nullo sui Raetis desiderio, nullisque liberis relictis, hujus vitae turbelis eripuit. Haecque est conversio illa, de qua sibi Lavizzarius, & Quadrius tantopere gratulantur, operam P. HYACINTI de Brixia ea de causa praedicantes, & ne quid gloriae desit, ajentes a Rodolpho Cernetium reverso etiam suae Jurisdictionis subditos secundum ritus catholicos vivere coactos fuisse. Id vero nec tentare ausus Rodolphus, ob alia satis exosus, nec unquam tantam vim sibi inferri possi sunt inferiores Oengadini.



§. II.

Ministri Io. à Porta & Casp. Alexius dimittuntur. De Blasio Alexandro Supplicium Sumitur.

Caeterum nec Ministri duo, JO. à PORTA AC CASPARUS ALEXIUS, nec BLASIUS ALEXANDER BLECHIUS e carceribus Oenipontanis condicto tempore dimissi non sunt; quantumcunque pro liberatione duorum priorum & Turicensis Senatus, & Foederati Belgii ordines, & ipse Curiensis Episcopus, qui Semet vadem constituerat, saepius & enixe institerint. Hinc illi animas sic firmaverant, ut divino freti auxilio lubenti ac forti animo martyrium sustinere parati essent; ut hujus testes sunt eorum litterae ex captivitate in Raetiam exaratae, Spiritum Apostolicum spirantes, quibus de accusatorum malignitate conqueruntur, suam innocentiam ipsis tormentis probatam declarant, suosque ad perseverantiam in fide exhortantur *). Tandem cum nullius criminis possent convinci, & Raetos ut mox dicetur armis Subactos nulla adversum Austrios audere, post exhibitum pro mensium viginti septem victu sufficiens vadimonium (utrique illorum Supra termille Rhenenses ea captivitas stetit) medio mense Decembri Anni MDCXXII. libertati restituti sunt, Alexandro ad supplicium reservato, qui valedicentes carmine comitatus est inter lacrymas properanter composito **). ALEXIUS Tigurum, indeque Genevam, ubi litteras huma-

*) Inspiciantur JOANNIS à PORTA ad coetum suum Cizerianum litteræ apud *Anhorn Wiederg* pag. 114. -- 120 datæ 1621. 12 Maii. Ejusdem pene argumenti sunt CASP. ALEXII ad Ioh. Iac. Breitingerum Antist. Tig. d. 12/22 Aug. 1622. exaratæ quas penes Nos Servamus.

**) Hoc est:

Non eo vobiscum, sed eat bonae mentis imago
Ut patiens gladio submisit colla Iacobus

Angelus

humaniores & Theologiam non ſine laude docuerat, rediit, nec diu ſuperſtes fuit: à PORTA in Raetiam reverſus Caſtrenſis Oratoris in Exercitu

Angelus at Petrum tetro de carcere traxit
Impia ferventem Stephanum Synagoga trucidat
At fugiunt reliqui, verbi qui Semina ſpargunt.
Quum Paullus Romae, Ninivis loqueretur Jonas
Nec Mare nec Serpens potuit, nec bellua piſcis.
Evadunt ſalvi Socii Danielis et ipſe
Flamma ſalus Sociis, hinc claudunt ora Leones.
Cum ſobole at genitrix ſcelerata eſt morte peremta
Teſtibus & tandem conſtat denſiſſima nubes
A quibus expetitur ſparſi vindicta cruoris
Voce ſub Altari laudes geminante Jehovae
Sic quoque Vos fratres (Veſtri Solamen Achatis
Pars animæque meæ) rapuit bonus Angelus atro
Carcere, prorupit vectes, & vincula ſolvit
Reſtituit Patriae, quae facta eſt fraude Tyrannum
Serva: gemit moribunda Johannis capta tenebris
Currite ſuccincti, tenebras depellite luce
Vulnera curate, ruiturae fulcra locate
Et qua jam pridem jam longe ferventius ite.
Aſt Ego quid faciam tantae Servatus Abyſſo?
Sancte Pater! fiat Semper tua Sancta voluntas
Sanguine teſtabor moriens victurus in aevum
Juſtitiam Patris celſo quæ venit Olympo
Salvificamque fidem Chriſti quam gratia donat
Victima Sola mihi fuſo perfecta cruore

Credenda

ercitu Raetico provinciam fideliter administravit, usque ad An. 1625. quo eum ex hac vita evocatum invenio.

Quatuor

Credenda est: crucient, strepitent idolæ colentes
URE, SECA, quamvis promatur mortis imago
Quid metuam mortem? Quæ vita futura fideli!
Quid metuam Casus? Jova numerante capillos.
Inmemor Anne mei coeli cui cura volucris
Verba cibant Christi nitido manantia cælo
Porrigit ille cibum corvis alimenta ministrans
Nec patitur nudum campi qui lilia vestit
Angustum calcavit iter cum regna petivit
Filius ipse tuus bibit e torrente, Caputque
Extulit: Ille triumphavit post prelia victor
Tolle crucem dixit, patiendo imitare Magistrum
Pugna opus est dixit dabiturque corona triumphi.
Crimine ne pereas, cohibenda est caro rebellis
Hac ratione fides cocto est purgatior auro.
Quique negare nequit dulcissima munera mundi
Fortunas, Patrem, Sobolem, cum conjuge fratres
Haud erit augusto dignus vel nomine CHRISTI
Propter eum ponens animam, servabit eandem
Quam si perdiderit, totus persolvere mundus
Non potis est, dixit Christus quicunque fatetur
Principibus coram medios interque Tyrannos
Bestia quando furit, blasphemat Pseudopropheta
Nomina Sacra Dei, Judex memorabit eundem
Cum venerit Justus scelerique coarguet orbem

Et

Quatuor erant quorum ALEXANDER reus agebatur. *Primum*, quod in exercitus Raetico - Helvetici profectione Bormii Templa ſpoliare juverit. *Secundum & Tertium*, quod juxta cum aliis primo Pompejum Plantam, dein ſex honeſtos catholicos Engadinos morte affecerit; denique *quartum*, quod Sereniſſ. Domus Auſtriacae, Hiſpaniarum Regis, nec non S. Romanae Eccleſiae hoſtem ſe infenſiſſimum geſſerit. *Primi* non potuit convinci, ut potius audacter ad ipſos catholicos illos qui militiae illi interfuere provocaverit ceu innocentiae teſtes, non dubitans reperiri qui meminerint quam ſevere eos qui Sacra adtrectaverant increpuerit. Numero illorum qui Pompejum trucidaverant interfuiſſe fatebatur, ſed eo ſe peccaſſe negabat, quod ille a duobus Raetiae Judiciis Cenſoriis Thoſanenſi & Davoſiano proſcriptus eſſet, premio quingentorum, coronator illi qui vivum aut mortuum adduceret promiſſo. Nec aliam eſſe rationem reliquorum ſex Ardezii peremtorum, eo quod Pompejo velificati Monaſteriam Vallem occu-

Et turmis Alitum, & Patris diademate cinget
Purpura Veſtis erit, convivia, gaudia, tale
Jus Regni, decus & ſplendor, & gloria mentis
Corporis & fulgor conſenſus amorque perennis
Nullus ei fletus, dolor, æſtus, hyemsque nocebit
Viſio clara Dei, coeleſtis gaudia vitae,
Qualia non acies vidit, nec lingua locuta.
Aſpiciet quicumque Deum profitetur Jeſum
Aurea Jeruſalem, Paradyſus manſio ſemper
Agnus ubi reſidet Dominus, Victor, Leo Iudae
Siſtit ubi Patri ſponſam ſine crimine pulcram
Spiritus emundans rapuit quam carcere Mundi
Tradit ubi Regnum, tres ut dominentur in unum
Laeta ubi Sanctorum pſallit nova cantica ſemper.
Gloria, Laus, & Honor, benedictio, robur, Amenque
HUC EGO NUNC PROPERO, MUNDO VALEDICO, VALETE.

occupare, vastare, Patriam libertate avita privare, Evangelicam denique religionem in Engadina inferiore delere totis viribus annisi sint. Denique ad ultimum, plus se Patriae & Evangelicae Ecclesiæ debere, quam Romano Pontifici, Austriacae Sereniss. Domui, Hispaniarumque potentissimo Regi, qui utriusque jura adterere non desinant. Haec illius Processus Summa. Juris Doctores qui Sententiae ferendae interant supplicium non meruisse judicarunt at major Judicum pars, gnara ejus quod Archidux votis Rodolphi nuper conversi cupide gratificetur, morte gladii eum damnaverunt. Quam tamen effugisset ALEXANDER, si Apostasia salvare vitam voluisset: eam vero conditionem toto captivitatis tempore, & ultimis cum maxime diebus saepius oblatam constanter abnuit, fidei suae rationem eruditione qua pollebat promte reddens, & adversus objectiones mascule defendens. Cum duceretur ad supplicium, mansveto, hilari, sed alacri vultu Judicibus vim & injustitiam exprobrat, dein suam in Iesum Christum fidem multa verborum emphasi praedicabat, ut confluxus populi frequens (ut in talibus casibus esse consuevit) stuperet. Locus supplicii idem qui Baroni a TIEFFENBACH de quo Supra. Ad illum perveniens fusis ardenter precibus animam Deo commendavit, dein carnifici oculos velo obducere volenti *sine* inquit animose *nil metuam, sed oculis meis sanguinem meum, quem dulcissimi Salvatoris IESU CHRISTI causa effundam lubens adspiciam;* & loquens brachium dexterum (id volebat Sententia) extendit. Eo amputato & alterum obtulit, ajens: *posse sibi & istud præcidere.* At carnifex mandata exsequens Caput securi uno ictu percussit. Corpus ipsius eidem tumulto, quo Baronis Tieffenbachii sine mora illatum est. Dies erat XXIII. Decembris, Anni MDCXXII. Hic finis fuit ejus, qui praefervido ni dicere praestet praepostero, Patriae ac Religionis amore labores superfluos, e Synodi consortio exclusionem, aerumnas, exsilium, mortem denique ipsam sibi accersivit. Martyr passim salutatur; meliore forte jure quam RUSCA celebratur. Litterae tres, quas e carcere ad conjugem suam Magdalenam Cattaneam, unicamque filiam Tiguri degentes diversis temporibus perscripsit, animum contritum, patientiam, mansvetudinem injuriarum remissionem, in fide Evangelica constantiam, dignam denique ad beatam analysin praeparationem luculenter testantur. Natus erat genere honesto, quod huc dum floret senti in inferiori Oengadina, Ao. 1590. die 20. Febr. Studiis probe animum excoluerat Tiguri, Basileae, ac Parisiis

Parisiis; hinc laurea A. L. Magistrii domum redux Anno 1616. Ministrorum albo adscriptus, & Berbennensi in Valle Telina Ecclesiae praefectus fuerat *). Natis eo tempore ob Federis Hisp. renovationem inter Magnates diversis Studiis, quae multo fervore tractabantur, Alexander animum prodidit vehementem, Dei & Patriae credens agi caussam: at ea propter in gravem Symmystarum incurrit indignationem ac reprehensionem. Quam cum contemneret, & Georgio Ienatio adhaerens fidus Achates indies evaderet efferatior, Synodi consortio exclusus est, ut alibi notavimus. Inque ea conditione haud dubie in Valletelina vitam finiisset, si quo tempore caedes Evangelicorum edita est, illic locorum fuisset reperiundus: excurrerat autem diebus illis cum conjuge sua nuper ducta Sentum in Patriam, visitatum familiares. Haec ei peregrinatio saluti, an malo fuit. Abdicato Ministerio martem cum Ienatio secutus odia Hispanizantium cumulavit, suo tandem cruore piata. Ejus facta cum Raetiae Ministerio, cujus membrum fuerat, probro verterentur, tantopere doluere Evangelii Ministri, ut pro diu captivi liberatione intercedere sedulo abstinuerint; de quo ipse in litteris, quas habemus, amare conquestus est, quod tamen fraternae charitatis officium pro à Porta & Alexio toto animo praestiterunt. Quae cum ita sint, patet nonnisi Religionis & ordinis odio ductos Lavizzarium *a*) & Quadrium *b*) potuisse labes factorum Alexandri, Ienatiique, toti Ministerio aspergere, fataque exprobrare; facto certe probis viris & bonae notae Historicis summopere indigno **). Conf. Theatr. Europ. Tom. I. p. 578.

§. III.

*) Inter carmina encomiastica Fort. Sprecheri Palladi Raeticæ praemissa visitur etiam unum ab ejus calamo profectum.

a) Pag. 244.

b) Tom. II. pag. 289.

**) Ne dictis nostris desit fides, dabimus ex nostro Tabulario, quae ad manus sunt.

Ex Actis Colloquii Superioris Engadinae habiti Ao. 1619. die 8. Ianuarii

Nobis multae sunt relatae quaerelae, ac praecipue in Dnum. Blasium Alexandrum, & quidem 1. *Quod apud Nos sit in armis una cum magno hominum*

num numero, quos forte ipse movit. 2. *Ille tanquam Dux præit armatus, ac sclopetis instructus.* 3. *Populus motus instinctu Blasii vult moderari suffragia hominum, & quasi cogere. Ille auditus est dixisse:* Patria nostra non potest consistere nisi faciamus Sanctum illud opus, nimirum foedus cum Venetis. *Item dixit:* Qui non approbant foedus Venetum, sunt Hispanizantes, *Hispanizantes autem ait esse exstirpandos &c. Ille una cum aliis irrupit in aedes Dni. Andreæ Stupani,* (Ministri Ardetiensis) *Secreta aperuit, Scripta adortus est, sibi sumsit. &c. &c.*

Ven. Coll. elegit Lucium Papam (Ministrum Samadoenum) & Andream Albertinum (Zuziensem) qui adeant Dn. Alexandrum, ac aperiant juxta mandatum Ven. Synodi (habitae Bergunii) quid de illo spargatur, ac postea non dubitent asserere, si ista ipse vel alii Ministri faciant, illos carere mandato Synodi, ac proinde rogent ne quid temere, ne quid inconsulte agant, imo considerent arma nostra spiritualia esse, non carnalia; deinde uno errante ac peccante omnes quasi Ministros constitui reos &c. Deputati fecerunt officium præsente Colloquio erga Dn. Alexandrum, qui eos opportune convenit &c.

Ex Act. Col. habiti Cellarinae Ao. 1619. d. Iun.

Dn. Blasius Alexander humanitatem fere omnem erga fratres exuisse videtur, eo quod aliquos variis iisque horrendis convitiis ac maledictis incessit, ut Dn. Lucium Papam Virum de Ecclesia optime meritum. Dn. Antonium Zanettum &c. idque in Politicorum conspectu, Summo cum Scandalo, & ordinis nostri vituperio. Itaque Ven. Coll. ita statuit. 1. Rei plenam cognitionem & examen Ven. Synodo relinquendum. 2. Ut Scandalum evitetur, nec detur vel minima maledicendi occasio homini iracundo, statuitur interea temporis ipsius Colloquium & consvetudinem declinare. Salutare tamen, ac benigne manus porrigere non est prohibitum. Eaque facimus & nostro, & ipsius bono; nam ejus causa patet Ministerium nostrum hoc tempore graviter pati, ac laborare.

Ex Act. Coll. habiti Biveri, Ao. 1620. d, 26. Octobr.

Allatum nobis est Mag. Blasium Alexandrum & Georgium Ienazium nos apud Tigurinos misere, traducere, appellare Hispanos, Desertores causae Christi, aliisque nominibus. — Ven. Coll. statuit has ad Tigurinos litteras dare.

„ Rev.

„ Reverendi, Clariſſimi Viri, εὐζωίαν precamur Vobis a Dno. noſtro Ieſu Chriſto.

„ A. M. Blaſio Alexandro & Georgio Ienatio fratribus ac Symmyſtis olim
„ noſtris non ſolum in Patria noſtra variis injuriis diu affecti, lacerati ſumus,
„ non ſine Eccleſiae Domini detrimento, verum etiam ut Nobis allatum eſt in
„ exteris, nempe apud Vos graviter accuſamur, laedimur, falſo appellamur
„ Hiſpani, Deſertores cauſae Chriſti, aliisque nominibus, quae alioquin erro-
„ rum graviſſimorum indices eſſe ſolent. Itane homines iſti ſinceris Dei Servis
„ impie exagitandis nondum ſunt defeſſi. Itane in bonis accuſandis ut ſe ex-
„ cuſent, maculandis ut ſe purgent tam ſedulo operam & induſtriam collocant?
„ Dolemus ſane, nam hac ratione Nobis, aliis, ſibi fraudi ſunt & damno non
„ exiguo: at laetamur eo quod nos ita geſſerimus, ut ejusmodi hominibus
„ non placeamus non tenue bene actæ vitae indicium interpretamur. Par
„ pari referre nolumus, quin loco injuriae nobis illatae adverſariis noſtris, ut
„ ſe ipſo opere declarant, mentem precamur meliorem. A Vobis vero Viri
„ Rev. obnixe petimus ut alteram aurem nobis reſervetis, calumniis ſtatim fi-
„ dem non adhibeatis. — Id ſi feceritis in aperto collocabimus Nos Hiſpa-
„ nos appellari quia Hiſpanis pie reſiſtere voluimus, Deſertores cauſae Chriſti,
„ quia cauſam I. Chr. defendere fuimus paratiſſimi, ſed mediis piis a Ven.
„ Synodo Berguniana praeſcriptis, a Vobis per litteras approbatis, nec placuit
„ facienda eſſe mala, ut eveniant bona — — Caeterum monete obſecramus
„ homines iſtos hanc inhumanitatem, ne durius loquamur, tandem exuant.
„ Deinde Deſideramus ſummopere ut ea quae hactenus benevolentie veſtrae
„ aura nos amplecti pergatis, Nobisque in acie novaculae verſantibus precibus,
„ auxilio, conſilio, iis enim opus habemus vel maxime adſitis, ut difficulta-
„ tes ſuperare, pericula tranſire, gladio Spiritus pugnare poſſimus animoſe &
„ intrepide usque ad extremum Spiritum. Hiſce Valete Viri Reverendi, Fra-
„ tres in Domino omnium optimi. Deus Vobis, Nobis forti ſua manu adſit,
„ virgam irae ſuae in nos accenſae in ignem abiiciat. Amen.

Datae Zuzii, ultima m. Octobr. Ann MDCXX.

Reverendae Dignitatis Veſtrae

Obſervantiſſimi ac Studioſiſſimi
Fratres ac Symmyſtæ
Miniſtri omnes Eccleſiarum JESU CHRISI
quæ ſunt in Superiori Engadina.

 §. III.

§. III.

Tria Foedera rursus coëunt, & armis cum Austriacis decertant. Sequitur Capitulatio Lindavii.

Raetia, jam extero militi evacuata, Comitiis indictis per oratores die XXVII. Iun. MDCXXII. antiquam confoederationem instaurat, promulgata amnestia anteactorum, liberoque reditu in Patriam, cuicunque Parti addicti fuerint, sive Austriacae, sive Hispanicae, sive Venetae, sive proscripti, sive non proscripti; Sola lege inviolatae observanda, nempe deinceps ab omni Partium Studio abstinendi. Unanimi horum oratorum consensu Capitulationes elapso Ianuarii mense Mediolani initae, ceu iniquae, solaquae vi extortae rejectae sunt; proque aviti Status conservatione constitutum Singula Foedera mille ducentos milites promtos ac paratos habere debere. Exercitus Dux, liber Baro RODOLPHUS à SALICE nominatus est. Episcopus Curiensis, ceu Reip. Raet. membrum ad praestandum idem juramentum invitatus, actum declinavit, *præstare sibi non licere* excusans *nisi prius impetrata ad id a S. Sede facultate.* Nec deerant qui ominarentur novam hanc Trium Foederum unionem unice destructionem Religionis Romano - catholicae pro scopo habere, et apud exteros spargerent plures Communitates exercitio cath. religionis privatas, Sacerdotes male mulctatos ac expulsos; quin post publicatam amnestiam Templum unum (locus non nominabatur) spoliatum fuisse. At commenta illa suos Auctores non juvarunt; a die, re, & ipsis Romano-catholicis Raetis fideliter confutata *a*). Ad Comitia Helvetiorum quæ illis diebus Badenae habebantur, missi legati qui in belli imminentis necessitatem subsidia pecuniaria peterent. At non nisi bona verba reportarunt. Helvetii loco pecuniarum operam pro controversiarum compositione promiserunt. Valesiani mille milites, Raetorum utique sumtibus GUEFFERIUS illic consultus *Christianissimum suum Regem* dicebat

a) Sprech. pag. 307. 390 sq.

cebat *Tractatum Madrillianum observatum velle*; ut vero ille effectum Sortiatur, & Helvetii catholici inducantur ad sponsionem pro Raetis faciendam, necesse esse, *ut in Valle Telina unice Religionis catholicae exercitium concedatur*, proindeque *Articulos mense Novembri Anno MDCXX. Ilantii sancitos* (quos suo loco lector reperiet) *previe acceptandos & observandos esse* b).

Haec licet rematae Reip. Raeticae propositum parum juvarent, nihilo tamen minus agitata fuere Curiae de hoste aggrediendo consilia. Prudentiores, statim ac urbs Curia se dedidit voluissent omnes vires ad recuperationem Engadinae inferioris conferri, ac sine mora eo mitti debere. Ast Iuniorum praevaluit Sententia contendentium, citius Hostem per depraedationes agri ipsorum ad compositionem belli compelli posse. Ad horum consilium, mandatum Davosianis ac Castrensibus per Flüelam penetrare Susium; Grisaeis ac Cathedralibus Superato Albula hostem Cernezii haerentem aggredi; Capitaneo Wyssio per clivum D. Lucii in agrum Austriacum excurrere. Non carebat expeditio difficultate. Metabantur enim Susii Cohortes quatuor Comitis ALVICI de SULZ; Guardae Sex Baronis Fuchsii; Cernezii cohortes decem Baldironi, Straedelii, & Steigeri. Quantumvis vero exercitus tam numerosus ad excipiendos impetus instructus & paratus esset; ex memoria tamen perpessorum adeo fama adventus Raetorum perculsus fuit, ut de discessu sine mora cogitaverit. Hinc cum Davosiani ac Castrenses, non supra sexcentos quadraginta, condicta die, Iulii nempe IX. Susium descenderent, vicum vacuum invenerunt: dieque eadem BALDIRONUS & STREDELIUS convasatis omnibus, Cernezio vico oppidi speciem praebenti quique supra ducenta domicilia praestantioris structurae numerat ignem pluribus locis subiici jussit, quo totus viginti tantum quatuor vilioribus habitationibus exceptis conflagravit, summa festinatione cum cohortibus suis per Valderae jugum in Monasteriam Vallem aufugit potius quam discessit. In Valle Monasteria ea trepidatto Austriacorum erat, ut nullus militum in fortalitio S. Mariae manere voluerit; ut dubium non sit Raetos si unitim praesto adfuissent, nullo labore austriacos sua ditione depulsuros fuisse l). Quae Guardae erant cohortes FUCHSII, fama venientium

b) Pag. 312. sq.

l) Pag. 314.

tium Raetorum perculsi, die jam VIII. Iulii versus Tirolim iter ingressae, illa die vicum Vettonium ducentis domiciliis elegantis plerumque structurae constantem incenderunt, a quo incendio totus una cum Templo conflagravit, sex tantum modo domibus exceptis. Ex omnibus vicis viros aliquot secum abducebant obsides, putantes nempe hoc medio Engadinos ad observantiam obedientiaque Austriacam revocare & continere.

Dux ROD. à SALICE die VII. Iulii cum Semptem cohortibus Vallem Drusianam ingressus, quatuor mille aureos, nempe ut provinciam vastatione parcat, extorsit, & juramentum quod nullo unquam tempore adversum Raetos arma gesturi sint. Cogitabat per Futschuolae jugum Vettonium pervenire *m*), ast dum moras in Valle illa trahit & caeterae etiam Raeticae copiae tardant, Baldironus novis viribus collectis Oenotrio descendens cum amplissimo exercitu d. XIV. Iulii Oengadinae inferiori se infudit. Impetum ejus congregati in angustiis Plattae - malae Remussiani ac Celinenses non sustinuerunt incolae & Sententiis discordes, & belli imperiti, & tanto numero impares, hinc qui fuga non evaserunt trucidati sunt nullo ætatis aut sexus respectu *n*). Tunc Austriaci CELINUM, CIANFLORUM, vicum D. MARTINI, RESTUELLAM, vicum S. NICOLAI SYLVAM - PLANAM denique REMUSSIUM, adeoque (uno MENAO excepto) pagos infra Sentum omnes igne devastarunt *o*).

Irruptionem Baldironi intelligentes Drusiani, excursionibus in Raetigojae & Oengadinae Alpes damnum perpessum resarciebant. Culturani d. 29. Jul. ex Alpibus Vettoniensium octoginta Vaccas abduxere *p*). Montefuniani secum habentes milites Salisburgianos d. 7. Aug. ex alpibus Lacupratensium, die 11. ex Iecs Majaevillanorum, d. 12. ex Carneira Convallensium d. 16. ex Trusen Acerianorum stationibus pecuariis, pecudes omnis generis, omnemque butyri ac casei commeatum abduxerunt *q*). Ita magno suo malo Raeti experiebantur nullam bello inesse salutem.

Cantones

m) Pag. 315 - 317. *n*) p. 318. *o*) p. 319. *p*) p. 327. *q*) p. 329. 330.

Cantones Helvetici turbarum pertaesi, jam abs aliquo tempore & Archiduci & Raetis compositionem persvadere. Studebant, nunc ad eam maturandam Legato ad Archiducem misso sui mediationem offerunt *r*). Data fuerat XXVIII. Iulii, qua utriusque Partis Deputati Velcurii convenirent: at locum Archiduci subditum Raeti recusarunt. Sic Oppidum Lindavii libera Imperii civitas placuit: quartam Septembris Archidux dixit, qua utriusque Partis sit confluxus, & cessatio armorum incipiat.

At vero antequam dies illa illucescat Archidux de infer. Oengadinis & Raetigoiis ultionem voluit. Hinc undiquaque ex Austriacis ditionibus incolae contra Raetos exciti. Legionibus Sulzianis & Wattenvillianis additi incolae IV. Dominiorum cis Arelam montem, Vallis Drusianae, & Sylvae nigrae. Tyrolenses ducebat Lichtensteinius & Fuchsius: Valtelinos Robustellus: Baldironus suos: Exercitus numerum censebatur superare decem millium. Comes SULZIUS ex Valle Samnuna, per angustias & invia montis Zampoirae in Oengadinam inf. penetrans igne ferroque vastabat *s*). Una die, Kalendae erant Septembris, amplissimi vici SENTUM constans ducentis & quinquaginta, & metrocomia SCOLIUM prope tercentae numerans domicilia, nec non residuae illae Vettonii Sex aedes in cineres & favillas abierunt *t*). Dicebant milites: *ab Archiduce LEOPOLDO singulis sibi dono datam esse domum, & praedam: at cum domum cochlearum instar secum asportare nequeant, igne se tradere.* Diebus sequentibus, quibus Legati Lindaviam proficiscebantur, Jurisdictionis Supra-Tasnanae vicos ARDETIUM, BOSCAM, SUPRA-OENUM, GUARDAM, & LAVINIUM Vulcano tradidere *u*); Susio Solo ad montis radices pro stationariis relicto. Progredienti in Superiorem Oengadinam exercitui obviam venientes JODOCUS RASERIUS, & PETRUS PERINUS pacto & pretio vastationem redemerunt *v*). Hinc verso per Scalettam itinere Davosianam ingressus terram, incendiis (sparsim habitant incolae) late grassatus est. Ab effreni milite Archivum illius Federis ac Jurisdictionis in Curia asservatum disjectum, Scripturae, Diplomata, caeteraque hujus generis monumenta discerpta, conculcata, ablata; ex vexillis

r) Pag. 311. 332. *s*) pag. 332. *t*) pag. 335. *u*) pag. 338. *v*) pag. 339.

vexillis militaribus, inter quae unum a Pont. JULIO II. Raetis donatum Pontificalibus insignibus ornamentisque aliis distinctum, fasciae crurales confectae, quaeque militaris licentiae plura patrata *x*). Descendens in Raetigoviam exercitus totam communitatem a coenobio D. Iohannis nuncupatam, quadringentas habitationes complexam, inde SAXUM, CONVALLIUM, D. ANTONII vallem FAGETUM, ACERIUM, CRUCIUM, & LACUPRATUM igne vastavit. De Templorum turribus ubique locorum campanae dejectae, abductae confractae venundatae *y*). Veniam petentibus Dux ALUICUS frigide, *militem se iratum ac indomitum habere*, respondebat. Pari fato d. VIII. MALANSIUM, triginta domibus exceptis, & IGESII vici apud Quatuor - pagicos pars incendio absumtae *z*). Miserorum incolarum, quos ea diluvies obruit Pars haud exigua gladio cecidit; Multi interiere fame: Alii cum familiolis in Helvetiam fugientes pane afflictionis vitam trahebant. Et haec Pacis Lindavii tractandae Praeliminaria. Qui Singularia cognoscere cupit, reperiet & apud Historicum quem citamus, & concinnius digesta expositaque in Theatro Europaeo Tom I. pag. 703 – 705.

Cum nostrum non sit belli actiones singillatim persequi. In hac expeditione a Sacris fuere Comites Capucini duo P. ALEXIUS, & P. JO. CASPARUS à CASTROMURO vulgo P. PIUS dictus, qui Papali auctoritate vexillis benedictionem impertiverunt. Nunc spectabilem Lindavii conventum contemplemur.

x) pag. 342. *y*) pag. 346. 348. *z*) pag. 349.



§. IV.

Tractatio initur Lindavii; quae Raetis volentibus nolentibus obtruditur.

Indicta die, IV. Septembri. LINDAVII frequens ac magnificus ille conventus fuit. Archiducis nomine quatuor aderant Comissarii, Director

Director Baro a BEMMELBERG, Cancellarius Aulicus Doct. JO. LINTNERUS, Vice - Cancellarius Tyrolensis D. BURCKLENNERUS, denique FERD. FUGGERUS Regentiae Oenipontanae Consiliarius. Pro Raetis erant JO. GAUD. SCHMIDIUS á Grünegg, WOLFG. á MONTALTA, JO. TRAVERSIUS, FORTUNATUS á JUVALTIS, ULRICUS BUOLIUS & Generalis RUD. à SALICE. Actuarium secum habentes JO. HENRICUM WASERUM Tigurinum, celebris Theologi & Polyhistoris Caspari Waseri filium, Rerum Raeticarum peritum; postea Reip. Turicensis Consulem. Ibidem Campaniae Episcopus simulque Apostolicus Nuncius ALEX. SCAPIUS, SEBASTIANUS á CASTELBERG Abbas Desertinus, HIERON. CASATUS Legatus Hispanicus, JOH. ANT. MOLINA Guefferii Interpres. A Helvetiæ Pagis delegati viginti quatuor, a singulis bini, Salodoro, & Friburgo exceptis, qui unum tantum miserant. Congressi sunt cum Austriacis Helvetii aliquot dies pluribus Sessionibus, at quidquid tentarint, æquas pro Raetis leges obtinere non potuerunt. Nullo modo se induci patiebantur Austriaci, ut Decem Jurisdictionum Fedus admitterent reliquis duobus Federibus jungi, declarantes Ejus incolas (uno Majaevillano Dominio excepto) Austriacae Domus naturales subditos esse. Ad Documenta & Argumenta pro Raetis militantia, numero & robore valida, typisque, omnium luci exposita *), nec respondere

*) Eximio Scripto illo & continetur plena Relatio gestorum, simulque Priscorum Documentorum plurimorum exempla exhibentur, hancque maxime ob causam magni faciendum, nunc quidem temporis rarum. Titulus est: *Pündnerischer Handlungen wiederholte und vermehrte Deduction, darinnen weitläuffig dargethan und erwiesen wird, was massen die Einwohner des X. Gerichten Punds in alter hoher Rhaetia, von des Hochlobl. Hauses Oesterreich nachgesetzten Obristen und Befehlshabern, wiederrechtlich überfallen, in die äusserste Dienstbarkeit gewetten, grausamer Weise tyrannisirt und geplaget; und deswegen ihnen die Natur und aller Rechten erlaubte Defension Leibes und der Seelen, in verwichenem Monat Aprilis abgedrungen worden. Gedruckt Ao.* 1622. 4to. Const. Paginis 118. Juvabit expressorum Documentorum saltem indicare titulos. No. I. *Der Landschaft Davos Lehenbrief von* Hug Werdenberg *und* Donat von Vatz, *dat.* 1289. No. II. *Der Gräfin von* Montfort *Lehenbrief, der Landschaft Davos geben Ao.* 1483. No. III. *Uebergab der Gerichten Graf* Wilhelm *von* Montfort, *Graf* Hugen *seinem Vettern, dat.* 1459. No. IV. *Confirmation* Hugonis *Grafen zu Montfort der Freyheiten auf Davos. Dat.* 1460. No. V. *Uebergab* Hugonis von Montfort, Sigismundo *Herzogen von Oester-*

pondere quidem. Tantum (ajebant Victores) Tertii Federis hominibus concessum fuisse olim ut se Grisaeis ac Cathedralibus federe jungerent; nunc ut se rursus illis jungant non concedi, eo quod permissione illa turpiter abusi fidem & devotionem Domus Austriacae exuerint, & e re sua duxerint Praefectos sibi datos ludibrio habere, in Seditionibus semper primos animum ostendisse nomini Austriaco infensum Hinc coactum Archiducem inmensis sumtibus conscribere exercitum, quo dignitatem tuitus sit sub obedientiam redactis rebellibus. A tanta duritie cum non remitterent, Helvetii discessum parabant. A discessuris Raeti consilium & auxilium implorant. Responsi loco Quinque Pagici, qui uno utebantur hospitio, per SONNENBERGIUM Scultetum Lucernensem vesanos tumultus, Seditiones, vi expulsas copias eorum bono missas

Oesterreich. Ao. 1471. No. VI. *Confirmation von Vogt Gaudenz von Matsch. Ao.* 1471. No. VII. *Confirmation der Freyheiten der VI. Gerichten, von Vogt Gaudenz von Matsch. Ao.* 1471. No. VIII. *Dass die VIII. Gerichten ohngehindert mögen Pündnis suchen und machen.* No. IX. *Zollfreyheit von Erzherzogen zu Oesterreich. Ao.* 1478. No. X. *Vogt Gaud. von Matsch erlasst die Gerichten ihres Eyds. Ao.* 1478. No. XI. *Schiersch und Castels kommen unter Oesterreich Ao.* 1496. No. XII. *Comfirmation aller Freyheiten der VIII. Gerichten vor und nach dem Schwabenkrieg von Kays.* Maximiliano I. *Ao.* 1496 *&* 1500. No. XIII. *Verheissung der Regierung zu Insbrug gethan den VIII. Gerichten in Churwalden;* ubi & Caroli V *Freyheitsbrief. Ao.* 1520. No. XIV. *Deren innerhalb dem Schloss Bellfort Freyheitsbrief. Ao.* 1438. No. XV. *Freyheitsbrief deren ab der Langwys in Schanfigg. Ao.* 1441. No. XVI. *Kauffbrief der Herrschaft Mayenfeld. Ao.* 1509. No. XVII. *Verein deren von* Brandis *wegen der Herrschaft Mayenfeld und Gem. III. Pündten. Ao.* 1477. No. XVIII. *Urthel so den* 27. *Iun. Ao.* 1614. *in Sachen der Herrschaft und der* 3. *Gerichten, zu Mayfeld ausgesprochen worden.* No. XIX. *Erbeinigung mit dem Hochl. Hause Oesterreich. Ao.* 1618. No. XX. *Gemeiner XI. Gerichten Pundsbrief. Ao.* 1436. No. XXI. *Der III. Pündten Pundsbrief. Ao.* 1524. No. XXII. *Abscheid der Iahrrechnung zu Baaden. Ao.* 1567. No. XXIII. *Der X. Gerichten Ehe-Artickelbrief. Ao.* 1561. No. XXIV. *Der X. Gerichten Abzugbrief. Ao.* 1561. No. XXV. *Ordination dass kein frömder in den X. Gerichten vor* 12. *Iahren zu Aemtern soll gebraucht werden. Ao.* 1563. No. XXVI. *Der Kesselbrief des X. Gerichten Punds. Ao.* 1561. No. XXVII. *Artickelbrief betreffend die Geistlichen. Ao.* 1524. No. XXVIII. *Der III. Pündten Artickulbrief betreffend die Geistlichen Gefälle. Ao.* 1526. No. XXIX *Gemeiner III. Pündten Kesselbrief. Ao.* 1570. Clauditur Sylloge verbis ex 1. Maccab. II. 37. allegatis: *Moriamur in simplicitate nostra. Testificabitur cælum & terra, quod nullo judicio habito perditis nos.*

missas exprobrant, negantes in sua potestate esse quidpiam vel consulere, vel promittere. Nec plus consilii aut auxilii a Pagis Evangelicis, voce HOLZHALBII Consulis Tigurini dolorem ob fata adversa impense testantibus. Adlatae GUEFFERII litterae ab omni cum Austriacis conventione dehortabantur. Cui responsum: non posse ipsum latere rerum Raeticarum conditionem; Regionis unam partem Hostis praedam jam esse factam, & de altera defendenda spem non esse nec in armis, nec in praesidiis. Hinc si Regia auctoritate efficiat, ne ultra grassetur hostis, lubenti se animo ab omni conventione abstenturos, cum videant non aliam fore, quam placuerit victoribus dare; Id minus si possit, non posse aliter quin conditionibus vel iniquissimis Patriae ruinam sistant. Ad hæc cum nil rescriberet, Raetici Consulis Tigurini consilium ac necessitatem ipsam secuti nomine *Federis Grisæi*, *Cathedralis*, *ac Praefecturae Majaevillanae*, *exclusis Oengadinis inferioribus & X. Jurisdictionum Federe* Tractationem firmarunt, signarunt. Id quidem ne fieret primo rationibus, dein & precibus tentarunt: Sed surdis fabulam. Austriaci enim in illos exacerbati, cum eorum legatis illic praesentibus tractare noluerunt: quorum singulariter invisus illis erat HULDERICUS BUOLIUS Maladerensis quod nossent ipsum cum filio FLORINO in Seditionibus, aliisque occasionibus semper Nomini Austriaco adversum se praebuisse maxime *a*). Ejusdem fere tenoris erant Articuli, cum articulis elapso m. Ianuarii Mediolani factis, ultimo capite recensitis *b*). Quoad Religionem, declarabat Archidux *patrocinium Religionis catholicae & Capituli Curiensis: nulla* proin ac *irrita* declarata *quaecunque in derogationem libertatis religionis catholicae, aut diminutionem Honoris, Dignitatis, Jurisdictionis, aliarumve rerum Episcopo Curiensi, aliis Prælatis aut Personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Spectantium, ullo unquam tempore Statuta, aut usurpata fuerunt;* sic ut *Episcopus, Praelati, aliaeve Ecclesiasticae Personae ad Sedes suas, Jura, Honores, Dignitates tam politicas quam Ecclesiasticas, Bona, census, reditus, ut olim possederunt, in integrum restitui debeant, & in omne ævum conservari. Nec Curiense Capitulum in Episcopi electione uni Cathedrali Foederi, obligari, verum in ejus optione stare quemvis alium, dummodo Germanum, & Episcopatu dignum eligere. In omnibus locis duorum Foederum ac Dominii Majaevillani liberum esse*

 debere

a) Iuvalta in Biogr. Ms. *b*) Supr. Cap. XIX. fin.

debere Catholicae Religionis exercitium. Cuivis Sacerdotum ordini, in Raetia libere habitare, ac Monasteria exstruere licere. Caeterum nec Archiducem, nec Curiensem Episcopum, ejusve Successores, nec alias Ecclesiasticas Personas, debere rebus quas duo Federa & Dominium Majaevillanum circa suae (Evangelicae) *Religionis exercitium, sine praejudicio tamen catholicae statuerint immiscere, neque quoad Templa, aut beneficia quae Protestantibus jure debentur, innovationem ullam adtentare. Et siquidem circa restitutionem Jurisdictionis Politicae, Bonorum, ac Redituum facile fiat ut nascantur lites, decem Iudices debere ex utraque parte quinque eligi, quorum fuerit intra biennium controversias dirimere. Iudicata debere ab Archid. & Raetis exsecutioni dari. Templum Pesclavii Solis catholicis cedi; sic tamen ut liceat Evangelicis alibi Sacra sua exercere, aut proprium si velint Templum exstruere.*

Act. Lindavii ult. Septembr. Anni MDCXXII.

Adversus hunc Tractatum publice ac in optima forma protestatus est Christianissimi Regis nomine Interpres JO. ANTONIUS à MOLINA: Sed nil curata ejus protestatione subscriptus utrinque & signatus fuit. Missus ad Communitates displicebat plerisque, sed metu militis Austriaci in Raetia haerentis nemo publice obloquebatur: Sic metu praesentium & spe meliorum acceptatus fuit. Missi JO. GAUD. SCHMIDIUS, FORT. á JUVALTIS & CHRISTOPH. LEHNER Curiensis Consul, qui Archiduci nunciarent, & copias militares abduci postularent. Enimvero milites & durante Tractatione & post illam praedari ac saevire non desinebat; eorum que negligentia ipsum quoque MAJÆVILLÆ oppidum d. XXI. Oct. totum conflagravit praeda Austriacorum undique congesta refertum, Solo Castro illaeso. Exauditi fuere Legati, sed lege qua Raetigoii florenorum millia viginti quatuor enumerare jussi sunt. Quod hyems immineret copiae Sulzianae & Salisburgicae Curiae hyberna sumserunt mille circ. Capita; Burgundae, Volturenae circa Raetiam-imam; reliquae in vicinis Majaevillae. Exorta vero in exercitu contagio, (morbus dicebatur Hungaricus, quo caput ingenti dolore, intestina gravissimis torminibus cruciabantur) magnam ejus partem absumsit. Ea lues tum Curiae, tum in inferiore Oengadina, ac Raetigovia grassata magnum a belli clade superstitum numerum exstinxit. Calamitatem auxit

auxit annonae caritas, indeque enata gravis penuria, qua multi interiere, tanta ſane ut iſtis anni, nempe MDCXXIII. hyemi vulgo epitheton *Anni famis* adhaeſerit *c*).

Archiducales probe gnari Tractatum Raetis diſplicere in motus animorum adtenti quid fieret aliquamdiu ſpectaverunt; at videntes Raetos patientes ac fractos Anni tandem MDCXXIII. primis Maii diebus ii Raetigoviam miſerunt IURGLENNERUM & Baronem á FELS, qui homagium exigerent. Hi quocunque ſe conferebant habebant ſecum Comitem SULZIUM, qui populum ad jurandum congregatum mille ducentis peditibus, & quinquaginta Equitibus cingebat. Ea ratione nulla Communitas reperta, quae homagium non praeſtiterit, praevie tamen *libertatis conſcientiarum* ſeu *Religionis* reſervato Articulo; circa quem & ab illis fides fiebat, fore ut a nemine turbentur. Dati & obſides fuere qui poſt Coaevrei in Raetiam adventum Velcurio dilapſi ſunt *d*). Nihil tamen fidem datam morati Duces militiae, ac Praeſidiarii ubique locorum Oengadinae inferioris & Raetigoiae Capucinos induxerunt, imperioſe jubentes populo eorum inſtitutiones frequentare. Sed quidquid agerent, ſacrifici illi non niſi muris officia faciebant, adeo non reperiebantur, cui religionem perſvaderent *e*). De operae illorum pretio infra aliquid dicturi. Tanta averſio populi ab inſtitutionibus Capucinorum male habebat Auuriacos, quod cum ea omnimodam dominationis novæ averſationem conjunctam eſſe viderent. Transferebatur vero ejus rei culpa primario in Miniſtros, et quidem praecipue Superioris Oengadinae, eſtque de hoc Archidux Leopoldus & voce apud Conradinum & Conſtantinum Nobiles fratres Plantas, & litteris ad Raetos perſcriptis conqueſtus; quam vero ſive ſuſpicionem ſive calumniam Miniſtri diſerta ad Archiducem Apologia amoliti ſunt *).

§. V.

c) Theatr. Europ. Tom. I. p. 705. - 710. Waſer MS. Spr. p. 356. ſq.
d) Pag. 371.
e) Anh. Graubkr. cap. LIV.

*) Eam ex COLLOQUII noſtri autographis hic apponimus.

Re-

Reverendissimo Serenissimoque Principi ac Domino
Domino LEOPOLDO, Dei gratia Archiduci Austriae &c.

Freti nostra innocentia, nec non justitiae Studiosissima tua benignitate ubique praedicata, Serenissime Princeps hisce nostris Illustrissimum Tuum conspectum subire non dubitamus. Summo cum dolore intelleximus hisce diebus, ad aures tuas Serenissimas esse delatum Nos praecipue Novis rebus studere, tum in suggestu, ubi Populum docemus, tum extra Suggestum in Colloquiis privatis & conventiculis, Nos Personam Tuam Serenis. contemnere, carpere, traducere, novas moliri factiones, quibus animum populi alias bene affectum corrumpamus, pacem publicam turbemus; Nos denique vetera Sectari vestigia cum Politico Regimini nos inmiscemus.. Gravia hæc sunt crimina: Sed patere Sereniss. Princeps pro Tibi innato aequitatis Studio ut paucis respondeamus; nam si accusare sufficiat quis innocens erit in toto terrarum orbe? Igitur Supranominata crimina a Nobis sunt alienissima. In suggestu nostro nihil novitatis spirare, sed populum curae nostrae commissum Solo divino verbo pascere Satagimus. Extra suggestum si e numero nostro quispiam tentaret aliquid novi aut Sinistri, ac Nobis innotesceret, non ipsi Solum pro viribus inhibere, verum etiam si opus brachio politico implorato malum tollere unice est in Votis. Utinam Illustrissimi oculi Tui consilia, conatus, Actionesque nostras intuerentur, sane ipsa Cellsitudo Tua Serenissima Nos inique traduci facile judicaret. Nec Serenis. Nomen tuum carpere, de spicere, seu indigne tractare unquam fuit aut est animus. Novimus ex divino mandato Principes terrae ordinationem esse Summi Dei ac proinde legitimo honore afficiendos exemplo piorum omnium. Novimus Regem illum Regum JESUM CHRISTUM Reges terrae honorasse, atque aperte mandasse: date Caesari quae sunt Caesaris. Ad novas Paci repugnantes factiones quod attinet, quid dicemus? Miramur alicui, homini in mentem venire potuisse ut tale de Nobis crimen fingeret. Judica rogamus obnixe Potentissime Princeps ex veri similibus solum. Antehac Rhaetia nostra aliquo modo libera existente, a factionibus tanquam a veneno praesentissimo abhorruimus, ut Rhetia tota, imo illi ipsi forte qui haec crimina de Nobis spargunt testatissimum facere possunt. Num igitur veri simile, Nos Patria jam tecum novo eoque arctissimo Federis vinculo juncta atque connexa factionibus delectari? praesertim cum publice ac privatim fidem datam non violandam, sed sancte servandam vi mandati divini doceamus. Adde quod Engadina nostra omnium fere nostrum Patria est dulcissima, in qua & familiam habemus, & bonis a benigna Dei manu concessis fruimur. Num ergo veri simile, Nos si liberum & fidei & officii nostri exercitium juxta promissa relinquatur illibatum, novas movere factiones, quas vel praeteritis exemplis vastatrices esse certissimas haud ignorare possumus? Sed quid multis? Si nullus hominum de innocentia nostra testaretur, res ipsa Sane, ipsa Patriae praesens facies, sicut & Lindavii Foederis tam Solemniter repetita confirmatio pro Nobis clamaret. Regimini Politico ut non antehac sic nec hoc tempore nos temere inmiscemus, aut ingerimus

ingerimus: et Sane si quis ex numero nostro hoc crimine teneretur, is vel nostro judicio severe puniendus esset. Non ignoramus gladium nostrum Spiritualem esse; nec latet unicuique vocationi Suos esse terminos positos quos transgredi nefas. Caeterum si placeret Serenis. Tuae Celsitudini, res novas quibus studere, factiones perniciosas quas moliri, Regimen Politicum quod ambire dicimur, declarare, ac quibus verbis, quo facto, quo opere ista tentemus, aperire, plenius ac planius ad singula responderemus, clarissimeque intuendum exhiberemus Eos qui talia de Nobis disseminant, nihil aliud quaerere quam ut fictis criminibus Celsitudinem Tuam in Nos incendant ac inflamment. Quo circa rogamus humillime Sereniss. Princeps, alteram aurem Nobis reserves, Sinistram de Nobis opinionem ne concipias; re ipsa apparebit Nos nihil aliud agere, quam ut Deo tribuamus quod est Dei, Suum etiam Principibus, Dei Scil. Ministris non denegemus, adeoque munus, ad quod a Deo & Ecclesiis nostris vocati sumus pie, fideliter, pacifice obeamus, ac nominatim Lindavicae Unionis tam firmiter stabilitae simus quam observantissimi. Hic jam subsistimus, ne aequitatis Studiosissima CLEMENTIÆ TUÆ diffidere videamur. Quod Superest, rogamus Deum Opt. Max. ut Serenis. Tuam Celsitudinem quam diutissime salvam atque incolumen conservet, omni benedictionum genere augeat. Amen. Datae Zuzii, die IV. Septembr. Anno a Nativitate Servatoris MDCXXIII.

Reverendissimæ, Serenissimæque CELSITUDINI TUÆ

Addictissimi

Pastores Ecclesiarum Evangelicarum
quæ sunt in Engadina Superiori.

à Tergo.

Reverendissimo, Serenissimoque Principi, ac Domino, Domino Leopoldo, D. G. Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Episcopo Argentinensi & Passauiensi, Landgravio Alsatiæ, Comiti Tirolis & Goritziæ, &c. Domino Nostro Clementissimo.

§. V.

§. V.

Evangelici Peſclavii cæduntur. Paſſim afflictis inſidiæ.

Calamitoſa haec tempora Zelo quo in Evangelicos ferebatur accomoda reputans PAULLUS BECCARIA Volturenus, Peſclavii Parochus litteris ad Robuſtellum & Conſilium Vallis Telinae perſcriptis, quibus ſignificabat haud paucos haereticos Volturenos exſules in Communitate Peſclavienſi conſediſſe, conſilium petebat. Dedere Voltureni conſilium votis congruum, exaratis ad Peſclavienſes ſub d. 3. Dec. Ao. MDCXXII. monitoris quibus non tam conſulebant, quam imperabant, ut dehinc *exſulibus Volturenis commorationem, habitationemque, negent Hæreticis* (non alio nomine Evangelicos appellare moris) *Religionis exercitium prohibeant: id ſi negligant, vini ac frumenti commercium tranſitumque* Peſclavienſibus lucroſum *denegabant.* Simul cum litteris aderat Cap. ABUNDIUS TAURELLUS inſtructus publica fide de mediis per quae dicta in effectum mitterentur unita opera tractandi *a*). His conſiliis & auſibus obtemperans Magiſtratus Populusque Peſclavienſis, extraneis diſceſſum intimat; conterraneis Evangelicis ſuae Religionis exercitium (communi utebantur Templo) denegat: Igitur abire juſſus Eccleſiae Miniſter JACOBUS RAMPA, nullam diem tutam videns, Zuzium in Patriam demigravit. In gratiam preſſorum, Oratores duorum Federum & Dominii Majaevillani facti injuſtitiam & Comiti SULZIO, & ipſi FERIÆ Duci demonſtrarunt, effeceruntque ut Decretum Peſclavienſium mitigatum eſt, ringente licet Parocho, qui clamabat: *Peſclavium eſſe membrum Italiae & non Raetiae, ſibique per Brevia Apoſtolica injunctum operam dare ut hæc quoque Italiæ pars hæreſi purgetur b*). Hinc ſedatam credens tempeſtatem Paſtor ad ſuum gregem reverſus eſt: Sed iratos reperiens adverſae Religionis animos denuo diſcedere coactus *c*). Nec vano metu territum abiiſſe docuit Anni

a) Quadr. Vol. II. p. 313.
b) Sprech. pag. 359. 360.
c) Pag. 368. ſq.

Anni MDCXXIII. dies 25. Aprilis. Ea enim Ducibus Antonio Paganino *d*), Doctore Jacobo Lanfranco, fratrae Andreae Lanfranci tunc temporis Tirani Parochi, (idem hic est qui ante biennium Parochus Monasterii, militi Austriaco ex Tiroli in Vallem Monasteriensem aditum patefecerat) numerosa latronum Sicariorumque ex Valle Camonica, aliundeque, zelo exstirpandi haereticos & spe praedae collectorum caterva, quibus se etiam multi Brusienses adjunxerant, sub noctem devolavit, Evangelicos opprimere incautos, delereque omnes cogitans.

Id tamen ad votum eis non successit, quod quamprimum eorum adventus rumor dimanavit, quotquot pedibus valebant in fugam se dederunt, eaque adhuc nocte numero prope tercenti Superato Bernina monte in Oengadinam Superiorem pervenerunt. Viros viginti tres, & feminas tres, qui aetate graves insequi suos non potuerant, deprehensos scelesti trucidarunt. Dein reversi domos habitatoribus vacuas ingressi spoliabant, praedam avehi curabant, Romano - catholicis conniventibus & in sinu gaudentibus: Ne factis deesset color, libros Evangelicos repertos igne sub dio exstructe comburebant *e*). Singulariter odium contra Haereticos, zelumque pro catholica fide talibus factis ea occasione ostendere voluit PAGANINUS GAUDENTIUS paullo ante Ecclesiae in pago Mëës prope Clavennam Minister, nunc ejurata quam praedicaverat confessione Ejusdem persecutor; de quo suo loco plura *f*). Noluere videri Valtellini suo haec consensu patrata esse, ajendo in litteris ad Duo Foedera & Dominium Majæv. datis, infimæ conditionis homines quosdam suos cum quibusdam aliis ex Camonica Valle accersitis eas caedes ac rapinas citra Magistratus sui consensum exercuisse, patrasseque, quos tamen punire promittebant, punierunt tamen nunquam. In Raetia ipsis Romano - catholicis displicuit atrox factum, hinc LUCIO à CAPAULIS Evangelico JOANNEM FLORINUM suæ confessionis Magnatem, auctoritate & dexteritate valentem adjunxerunt, ut publico nomine Pesclavium profecti copiam redeundi in Patriam indigenis obtinerent. At non obtinuerunt. Pesclavienses enim Bullam Pontificis opponebant, qua teneri se ajebant Haereticos Italia arcere,

d) Vid. Supr. p. 306.
e) Quadr. Vol. II. p. 320.
f) Anh. Graubkr. cap. LIV. p. m. 710

Ostendentes Gregorii XV. contra Haereticos in Italia commorantes, Eorumque fautores constitutionem *) FLORINO iniquitatem commisso-rum

*) Bulla, quae obtendebatur haec erat:

GREGORIUS PAPA XV. ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis, B. Petri Apostolorum Principis Successoris munus exigit, ut pro incumbente Dominici gregis cura & sollicitudine Praedecessorum suorum constitutiones, eas praesertim quae ad S. Fidei catholicae conservationem pertinent, quo suum perpetuum sortiantur effectum, & inviolabiles observentur, innovet & extendat, prout rerum & temporum qualitatibus debite compensatis, conspicit in Domino salubriter expedire. Aliae siquidem a fel. record. CLEMENTE Papa VIII. Praedecessore nostro emanarunt litterae tenoris subsequentis.

CLEMENS Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cum non sine magno animi nostri dolore accepimus, quamplures Christi fideles ex diversis Italiæ partibus, eorum Patriis, ubi vera & Sancta catholica, Apostolica, Religio viget, & publice praedicatur, discedentes abeant in longinqua loca, ubi non solum haereses impune grassantur, sed quod pejus est, Catholicae Religionis usus publice interdicitur, & prohibetur, quo ut personae ibi permanentes, etiamsi catholicae sint, cogantur tamen contra earum pia desideria S. Missae Sacrificio aliisque divinis officiis & S. Sacramentorum perceptione, in suarum animarum discrimen diutius carere. Quare Nos his & aliis malis & periculis inde provenientibus, quantum cum Domino possumus obviare cupientes, hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus ut de caetero nullus Italus sive mercator, sive cujusvis alterius conditionis vel status existat, quovis quæsito colore, praetextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Civitate, Oppido, seu loco, ubi aliaque Ecclesia cum Parocho vel Pastore seu Sacerdote Catholico non existat, in qua libere & sine omni periculo palam & publice celebrari & audire possint Sanctæ Missæ, & alia divina officia, & conciones, & Sacra Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora Sepeliri & caetera fieri juxta ritum S. Romanae Ecclesiae, utque iidem Itali abstineant a Matrimoniis cum haereticis mulieribus, & ab haereticorum sepulturis, filios suos de S. fonte lavari per haereticos non permittant, nec ipsi vicissim haereticorum filios nisi per catholicum Sacerdotem lavare praesumant. Medicorum quoque Haereticarum opera, necessitate cessante, & ubi adsit copia Medici catholici idonei non utantur. Cum vero Itali praedicti ex Italia recedunt ad morandum seu habitandum in partibus praedictis, id significent suis ordinariis Episcopis vel Inquisitoribus locorum, a quibus Serio admoneantur ut in eis perpetuo Catholicam & Orthodoxam Fidem constanter retinentes & profitentes piam & catholicam vitam ducant, Dominicos & festos dies, abstinentias, & Sancta Ieiunia ab Ecclesia

rum exprobranti, reponebant: *præcipi sibi Verbis Dei obedire.* Ut ut tamen ille evidenter demonstraret, eos occidendo ac furando expressa Dei mandata transgressos esse, frustra fuere omnia; nec locus consiliis aut mandatis Raetorum datus; hinc re infecta domum rediere g). Aliquam diu post in monte Bernina litteræ Capucini Ignatii ad Monachum quendam amicum Scriptae repertae fuerunt, quibus ille gloriabatur se Auctore ac promotore lanienam Pesclavii editam fuisse. Id vero crimini ipsi obiici audiens Nuncius Apostolicus SCAPIUS contra Oengadinos-Superiores adeo excanduit, ut nisi litterae illae sibi consignentur illis interminatus fuerit his verbis aliquoties repetitis: *Io vi farò brusare, vi farò brusare, vi faro brusare, vi faro Brusare g).*

At quid mirum Pesclavienses a vicinis Volturenis facile inductos? In media Raetia erant, qui Sanguinaria agitabant consilia. Tres fratres HEUSLERI, natione Austriaci, Parochi apud Quatuor Pagicos, THOMAS Cicerii, JOANNES Trimontii & GEORGIUS Hypovadii, de trucidandis Igesianis constituerant, eoque rem deduxerant ut quadam nocte mensis Maii Anni MDCXXIII. feroces nonnulli Juvenes Trimontini. Ad condictum locum Ruina, qui prope Cizerium est, eodemque tempore etiam alii Hypovadiani ad Rhenum usque venerunt. Deo autem favente fuere in eo numero aliqui Sanioris mentis, qui factum improbarunt, sic ut re infecta discessum sit. Fama istius designati dissemi-

Rrr 2 nata

Ecclesia praecepta religiose colant, atque omnem haeresim, ut & omnes haereticos, Schismaticos, & ab orthodoxa fide aberrantes fugiant & evitent, ac ut saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum confessione & S. Eucharistiae perceptione per eos facta fidem vel testimonium ipsius ordinarii Inquisitoris in Italiam transmittant: ad quod & Nos dictos Italos teneri & obligatos esse decernimus & mandamus. Quod si quis propriae Salutis immemor contra promissa facere praesumserit, possit per Inquisitores Hæreticae pravitatis Severe puniri. &c. Datæ Romæ apud S. Marcum. Sub annulo Piscatoris, die 26. Julii. 1596. Pontificatus nostri Anno quarto.

Nos inviolabili dictarum Clementis litterarum & in eis contentorum quorumcunque observationi, quantum Nobis ex alto conceditur per amplius providere volentes, motu proprio & ex certa Scientia &c. &c. &c.

g) Srech. p. 370.
g) Juvalta in Biogr.

nata Igesiani apud Senatum Curiensem conquæsti sunt. Senatus rem ad Episcopum ac Capitulum detulit. Parochus Trimontinus, qui consilii comperiebatur Auctor, pejerationibus ac miris excusationibus culpam amoliri conabatur. Juvenes ex composito ajebant nocturnae profectionis scopum non fuisse alium quam ut quosdam Cizerii commilitiones per jocum in fontem immergerent. Pellucebat veritas: ast ob Austriaca praesidia, quibus Raetia repleta erat, is erat Evangelicorum Status, ut concoquere cruda ac Silentes comprimere dolorem deberent.



§. VI.

Episcopus Curiensis amissa jura repetit, fortuna brevi fugiente.

Nec desides, Episcopus Curiensis, aliique Ecclesiastici Raetiae, ad Lindaviensis Tractationis rigorem amissorum olim Jurium, dignitatem, ac Bonorum restitutionem contendebant. Animum addebat Pontificis Nuncius ALEXANDER SCAPIUS nuper in Raetiam delatus, animi Vir imperiosi & vehementis *). Folium, quo postulata Ejus consignata erant, haec continebat.

Prætensiones Reverendissimi Episcopatus Curiensis erga Tres Ligas Grisæas Domus Dei, & X. Jurisd. pro restitutione tam Jurium suorum, quam Venerabilis Ecclesiæ Curiensis Prælatorum, & totius Cleri.

„ Antiquissimi, olim florentissimi, ditissimi, nunc vero ob homi„ num amentiam & temporum injuriam afflictissimi & miserrimi Epis„ copatus

*) Instruction du Roi Tres Chretien a Mr. Bassompierre pag. m. 30. Le Scapi, Nonce de Sa Sainteté c' est un Esprit ardent.

„ copatus Curiensis Statum periculosum S. D. N. exponi curavi, Jura „ item, Possessiones, Reditus Ecclesiae, libertatis exterminationem, „ Jurium ac Privilegiorum usurpationem, Tyrannidem ab Haereticis „ in Episcopos, Canonicos, Clerum, & Catholicos exercitam, inva- „ sionem bonorum Episcopi, Venerabilis Capituli Monasteriorum, „ & aliorum censuum, Redituum, insinuavi:

„ Hisce justis & variis quaerelis commotus S. D. N. pro paterno „ erga Ecclesiam, fidemve catholicam suo Zelo, per suum BREVE, „ Romae apud S. M. M. Sub annulo Piscatoris die 25. Iunii, Anno „ 1622. datum mandavit, ut bona, Proprietates, fructus, Reditus, „ Proventus, Jura, Obventiones, & Emolumenta Episcopatus a De- „ tentoribus repetam, nec ab illis occupari permittam; qui etiam „ S. D. N. Invictissimo Imperatori, Hispaniarum Regi, Regi Gallia- „ rum, Archiduci Leopoldo, Gubernatori Mediolanensi, Octo Pagis „ Helvetiorum Scripsit, ac opportunum mihi in tot tantisque miseria- „ rum ac malorum fluctibus periclitanti, auxilium ferendum Sanctissi- „ me adhortatus est. Ego, ut obedientem decet, multoties & variis „ in locis quæ ad Ecclesiam spectant, una cum Vener. hujus Eccle- „ siae Catholicae Canonicis & Rhaetis exegi, & Serio eos ad Restitu- „ tionem juxta tenorem Capitalationum Mediolani & Lindavii erecta- „ rum admonui, sed surdis verba feci.

„ Quae vero Episcopus Curiensis tam suo quam Ven. Capituli „ nomine vult, sunt quae sequuntur.

„ Primo. Ut fiat restitutio omnium Jurisdictionum tam rerum Spi- „ ritualium quam temporalium a Raetis, quocunque modo, „ seu ex consensu, seu populi voto ablatarum. Ab Anno „ enim 1526. ad tempus usque mandati multa facta inter ho- „ mines Trium Foederum contra libertatem Ecclesiasticam, „ Jurisdictionem & Sacros Canones; quippe in omnibus cau- „ sis, Rhaeti, etiam asserti Catholici, ac si veri essent Epis- „ copi, potestatem suam immiscuerunt taliter, ut nec in „ causis matrimonialibus judicare desiverint: castigarunt, pu- „ nierunt, in carceribus detinuerunt. Sententiam ad suum „ libitum

„ libitum dixerunt, ad mortem condemnarunt, bona Eccle-
„ siastica vendiderunt, distraxerunt, inter se ad libitum divi-
„ serunt, plures peregrinos Apostatas fugitivos vocarunt,
„ quorum opera haereses introductae, libertas Ecclesiastica
„ violata, & mali mores Suborti: quae omnia Reverendissi-
„ mus Episcopus ad Suum Tribunal repetit; ordinario &
„ Ejus officialibus Spiritualibus curatores Suos nunquam præ-
„ sentarunt, anniversaria abstulerunt, quorum reditus sibi
„ reservarunt. Haec autem omnia ad Forum Ecclesiae perti-
„ nere, nemo est qui dubitet.

II. „ Exigit Episcopus tam Suo, quam Capituli, Praelatorum, &
„ Cleri nomine, Decimas, Proventus, Telonia, impositio-
„ nes, & omnia alia bona per Rhaetos alienata.

III. „ Repetit Episcopus Monasteria utriusque sexus per Raetos
„ occupata tam eorundem pertinentia, & Bona.

IV. „ Exigit Reditus ordinarios, Restantias omnium Censuum &
„ Decimarum injuste a Rhaetis possessarum ab Anno 1526.
„ usque ad Annum 1623.

V. „ Justam praetendit Episcopus caducitatem omnium feudorum,
„ quae Rhaeti hactenus tam in ligis, quam extra possede-
„ runt, eo quod Episcopum Dominum feudi ad mortem
„ condemnarunt.

VI. „ Mandat Episcopus ut in totius Episcopatus sui districtu,
„ Novum seu correctum CALENDARIUM observetur.

VII. „ Ad placandam iram Dei omnipotentis vult ut inauditae
„ usurae inter Rhaetos de medio tollantur, & quinque pro
„ centum florenis, prout in Imperio moris est, ratione
„ census tribuatur.

VIII. „ Vult & mandat ordinarius, ut omnes Sententiae per
„ Rhaetos in Episcopum, Canonicos, Clerum aboleantur, &
„ illatae

„ illatae injuriae cum omnibus expensis recompensentur,
„ ubi pars laesa id petierit.

IX. „ Inhibet Reverend. ne Rhaeti ad eorum Tribunal, nec Episcopum, Canonicos, Praelatos, nec ullum Clericum ullo modo aut via citent, sed ubi necessitas exigit, Iudicem competentem adeant.

X. „ Praetendit Reverendissimus Episcopus Sua Caesarea Privilegia, videlicet Venationes, Piscationes, Fodinas auri, Argenti, & ferri, &c. et omnia quae Invictissimi Imperatores ac Reges Romani Imperii Episcopis Curiensibus gratiose concesserunt, secundum tenorem Privilegiorum.

XI. „ Repetit omnia Feude Episcopalem mensam spectantia a Rhaetis ablata.

XII. „ Vult Reverendiss. Episcopus ut sui Officiales intersint Rhætorum Consiliis, ut antiquitus observatum est.

XIII. „ Ad laudem Dei, & pro augmento Fidei catholicae, pro bono Juventutis Rhaeticae vult Rev. Ordinarius introducere Societatem JESU, & P. P. Capucinos, & alios Religiosos.

XIV. „ Omnia petit & repetit, quae repetunt D. D. V. Capituli Curiensis.

XV. „ Aufert Reverendissimus Episcopus falsam Praetensionem in electione Suorum Officialium & Ministrorum. Hujusmodi enim concernunt Reverendissimi V. Capitulum.

XVI. „ Vallem Telinam quod adtinet, aget suis loco & tempore, sub Judice competenti.

Signat.

JOANNES Episcopus Curiensis.

Haec

Haec omnia Episcopus, Ecclesiasticique etiam cum comminatione virium externarum postulabant, & eo rigore ut remittere nescirent. Habiti congressus ea de re varii, omnes successu optato destituti. Comes SULZIUS Copiarum Austriacarum Dux Restitutionem illorum Jurium ex imperio non urgebat, sed svadebant tantum, Raetos hortans ut cum Ecclesiasticis componerent, & aliquam eis Satisfactionem indulgerent. Hinc Romanocatholicae Religionis Sectatores haud diu reluctati Episcopo cognitionem causarum Matrimonialium, & omnes immunitates Ecclesiasticorum cum nonnullis aliis juribus concesserunt. At Evangelici obstipo collo reluctabantur, quaerentes moveri sibi litem de Rebus ac juribus per annos jam centum quiete & absque controversia possessis: at aperte denegare non audebant, quod persvasum omnibus esset Episcopum actionem istam nunquam fuisse suscepturum nisi a Pontifice & Archiduce persvasus, deque eorum auxiliis per militares copias tunc temporis in Raetia & Valle Telina haerentes certus esset; metuebant ergo ne hortationes ab eo qui cogere potest profectae, vim tandem necessitatis essent allaturae. Sic ventum ad Pacta, inita Transactione, qua Episcopo Suprascripta Postulata omnia, cum amplioribus etiam explicationibus & extensionibus concessa sunt: *Articuli Anni* 1526. *Episcopalem restringentes Potestatem aboliti: Causarum Matrimonialium cognitio Foro Capituli dimissa: Episcopi Praefectis, Aulico, Fürstenburgensi. Eremussiensi, ac Fürstenoviano Sessio in Raetorum Conventibus permissa: Jus creandi Iudices in quibusdam Iurisdictionibus, ad modum quo ante Annum* 1526; *Census item & Anniversaria Ecclesiastica, Decimae minores et majores, Feuda, Emphyteuses, Laudemiae, Monasteria praeterea Monialium in Catzes Tomiliascae, S. Dominici in civitate Curiensi, & quaecunque alia restituta: Appellationes in Spiritualibus eidem relictæ: Non solum Raetum Cathedralem, sed quemvis alium, natione Germanum, Episcopatu dignum, electionis capacem esse debere Statutum: Apostolico Nuntio*, si vero es recusaverit, *Comissariis Austriacis Raetisque, qui Lindavii Tractationem interunt, comissum controversiam de censibus ab annis jam prope centum hucusque perceptis terminare. Act. Curiae. d.* 18. *Decembr. Ao. MDCXXIII* *).

Haec

*) Ipsarum Tabularum apponibus Exemplum; in documentum quam sit difficile modum rebus servare Secundis.

¶ *WIR*

Haec poſtquam obtinuere Eccleſiaſtici, & videntes Evangelicis quodammodo infixum eſſe Archiducem Epiſcopi cauſam fovere ac ſuſtinere

WIR PRESIDENT UND GESAMTE RATHSBOTTEN DES LOBL. OBERN Grauen - und des Lobl. Gottshausbunds und der Herrſchaft Meyenfeld, dermahlen aus Befelch unſerer Ehrſ. Gemeinden und Obern, allhier in Chur auf einem allgemeinen Beytag verſammt, thun kund allermänniglichen, daſs nachdeme unterſchiedliche Zuſammenkünften und Conferenzen gehalten worden, entzwiſchen den Hochwürdigen Herrn, Herrn Alexander Scapi *Biſchof zu Campagna, Apoſtolichen Nuncio in der Schweitz und Pündten, &c. mit Beyſtand der Edlen und Wohlehrwürdigen Herrn* Hans Zoller, *Doctoris, der Thumkirchen zu Chur Probſten und des Tit. Herrn Biſchoffs* Vicarii Generalis, *und des* Caſpar Sainds, *beſagter Thumkirchen Dechants, und unſerer lieben, Herrn* Doctor Schmid *von Ilantz,* Rudolf von Marmels, *Landamman zu Lugnetz,* Lucius Scarpatet *gewesten Landvogt zu Oberhalbſtein, und* Anthoni Gugelberg von Moos *Richter zu Malans, als mit Wohlgedachtem Herrn* Nuncio *über folgende Puncten und Articklen zu tractiren, von uns rechtmäſſigen Deputirten endlich mit unſerm Vorwiſſen und geſammter Verwilligung, folgendes accordirt und beſchloſſen worden. Als*

I. Daſs die Eheſachen, wann beyde, oder nur das Einte von den Eheleuthen, es ſeye Kläger oder Beklagte, der Röm. cathol. Religion zugethan ſind, unter den geiſtlichen Forum, wann aber beyde Mann und Weib Proteſtanten ſeyn wurden, in einer jeden Inſtanz unter die jeweilige Oberkeiten, aus ihrer prætendirter Reformirter Religion gehören ſollen.

II. Alldieweilen von Seiten des Herrn Biſchoffs wird bewieſen, daſs der Hoffmeiſter, der Hauptmann zu Fürſtenburg, der Hauptmann zu Ramüſs, der Hauptmann zu Fürſtenau, und vielleicht noch andere ſeiner Beamteten und Bedienten, denen allgemeinen Bundstäglichen Verſammlungen beyzuwohnen und Sitz darinn zu haben pflegten, als wollen Wir, daſs in das Künftige, ungeachtet des im Iahr 1526. *hierwieder gemachten Geſatzes, der Herr Biſchoff und ſeine beſagte Beamteten, von eben dieſem Recht zu genieſſen haben, jedoch mit Vorbehalt derjenigen Sitzen, ſo denen Hauptmann und Beamteten der Orten im Engadin gehören ſollten, welche weilen ſie gleich dem Bund der Gerichten ſupprimirt bleiben, nicht billich ſcheint daſs Sie der Räthen der andern zwey Bündten, ſo dermahlen von beſagtem Bund der Gerichten zertrennt ſind, theilhaftig werden.*

III.

fustinere, minis nunquam intermissis cum nonnullis Communitatibus agere coeperunt. Curiensibus originalia quaedam Instrumenta Decretorum

III. *Da es von Seiten, und im Nahmen des Herrn Bischoffs und anderer Geistlichen prætendirt wird, dass vor dem Iahr 1526. in etwelchen Othen die Landamman und Amman von Ihnen erwöhlt worden seyen, als erklären und decretiren Wir, das unangesehen des Decrets so in selbigem Iahr hierwieder ergangen, sie auch fürohin, ohne einige Hindernissen, gleichwie zuvor erwöhlt werden sollen.*

IV. *Dass ins künftige die jährliche Bodenzinsen oder Zehenden, in ihrer Materi, Gewicht und Mäss, gleichwie es vor dem 1526. Iahr geschahe, und nicht der Schatzung nach, wie nach besagtem Iahr erfolgt, ungeacht des selbiger Zeit hierwieder gemachten Decrets sollen bezahlt werden.*

V. *Wie es nicht vor billich kann angesehen werden dass die Weltliche, die jährliche Gefäll wie es Anno 1526. geschahe, supprimirt haben, als lassen Wir frey denen Geistlichen, welchen sie zukommen, selbige zu Chur oder anderstwo, von denen die selbige schuldig, solche einzuziehen, und wollen dass sie solche ohne Wiederred bezahlen.*

VI. *Obwohlen nun einem jeden Ordens Prælat frey stehet, Neulinge in ihre Klöster, auf und selbige für beständige Ordensglieder anzunehmen, um sich nach dem heiligen und seeligen Willen derjenigen, so solche gestiftet und dotirt, zu conformiren, nichts destoweniger damit man zu keinen Zeiten das Decret de Ao. 1526. welches denen Prælaten verbiethet dergleichen anzunehmen, hierwieder anziehen könne, wiederruffen und annulliren Wir selbiges Decret, und wollen dass die Suppression des Klosters zu Catzis, und dessen der Dominicaner Mönchen in dieser Stadt Chur, und anderer in anderen Orthen, nichtig und unkräftig seye; und ordnen dass alle Güter, Zinsen, Zehenden und Rechtsammen, so ihnen zugehörig waren, sollen samt denen zugehörenden Häusern und Kirchen, von denen jetzmahligen Besitzern und Innhabern, wieder zuruck gegeben und restituirt werden.*

VII. *Wir wollen dass die kleine Zehenden, so man vor dem Iahr 1526. zu bezahlen pflegte, auch ins künftige denen welchen sie gehören, unangesehen des Decrets, so hierwieder gemacht worden, sollen bezahlt werden.*

VIII. *Die grossen Zehenden aber sollen fürterhin auf den Tennen, und in denen Weingärten, und nicht in denen Scheuren und Kellern, und zwaren völlig, und nicht der fünfzehende allein bezahlt werden; annullirende gleicherdingen was in besagtem Iahr 1526. hierwieder decretirt worden.*

IX.

torum quibus se laesos quaerebantur; promissorum de Solvendis Decimis, Monasterium S. LUCII, & S. NICOLAI cum reditibus eo spectantibus

IX. Billich und gesätzmässig ist es, dass man auf die Natur der Lehen und Emphyteutischen Contracten achtung gebe, welches mehr als alles andere kann aus den Lehen und Contracts Instrumentis oder Briefen erkannt wird; welche Briefe oder Instrumenta wann sie nicht zu finden, decretiren und wollen Wir, dass sie anzusehen seyen, als ertheilt nach dem gewohnlichen Stilo und Clausulen, oder Bedingungen so man in dergleichen Contracten zu setzen pflegt: dahero wollen Wir dass die Ordnung de Ao. 1526. in so weit sie besagten Instrumentis, oder der ordinari Natur selbiger Lehen oder Emphyteutischen Concessionen zuwieder, nichtig seye.

X. Es ist billich dass die Laudemia, zu teutsch Lehn-Waare, nach denen Rechten bezahlt, und das Decret de Ao. 1526. in so weit es diesem Articul zuwieder seyn möchte, annullirt werde.

XI. Dass die Fisch und Iagdgerechtigkeiten allen denen Prælaten, welchen sie gehörten, so fern sie von ihnen nicht rechtmässiglich alienirt worden, restituirt werden.

XII. Es ist billich dass man allen Kirchen und Pfarrherren gebe, was man Ihnen vor dem Iahr 1526. gabe, erklären daher vor nichtig und unkräftig, die Disposition des Articuls selbigen Iahrs, wordurch man es denen Gemeinden heimstellet.

XIII. Wo der Bischoff oder andere Prælaten pflegen die Landamman, oder Vorgesezte zu erwehlen, ist auch billich, dass er die Bussen oder Frefel habe, dann dieses jenem anhängig; dahero wollen Wir, dass man auch dies Orts den Articul selbigen Iahrs 1526. kraft welchen die Bussen den Gemeinden zugehören, nicht beobachte, sondern dass er nichtig und aufgehebt bleibe.

XIV. Alle Appellatzen in geistlichen Sachen, und die dem Bischöflichen Foro zugehören, sollen auch führohin vor denselbigen kommen, und nicht vor den Weltlichen Staab, wieder einen Articul Ao. 1526. welchen Wir hiemit kraftlos und aufgehebt erklären.

tantibus per terrorum extorserunt. Apud Quatuor pagicos inter caetera etiam de Jurisdictione Politica prope actum erat. In Tomiliasca eo commu-

XV. Zufolg denen letzlich zu Lindau und anderstwo gemachten Tractaten, auch damit die Wahl des Bischofs, der Thumherren, und Würden der Thumkirchen desto freyer bleibe, erklären Wir dass alle nicht nur aus Bündten, sondern auch aus Teutschland Gebürtige, zum Bistum, Würden und Thumherrenstelle zu gelangen fähig, und folglich die zwey Decreten oder Articklen von Ao. 1526. so diesem zuwieder, ungültig und nichtig seyn sollen.

XVI. Uud weilen die Herren Geistlichen vermeinen, dass diejenigen so die Frücht und Einkünft sowohl obgesagter als anderer Klöster (welcherthalben man vielleicht absonderlich wird tractiren müssen) als auch aller anderer Gütern und Einkünften, so denselben auf was Weis es immer wäre, gehören möchen, angefallen, eingenommen, aufgehalten, und zwischen denen Gemeinden oder einigen Particularen, besagter zwey Bündten und Herrschaft Meyenfeld, oder Gewalthaber bemeldter Gemeinden und Particularen würklich zertheilt, und die Frücht und Einkommen derselbigen verpflichtet seyen; als antworten Wir, dass weilen im Lindauischen Tractat von der Wiedererstattung dieser genossenen und schon consumirten Früchten und Einkünften nichts gemeldet wird, so seye man zu selbiger nicht schuldig; dagegen die Herren Geistlichen replicirten, dass weilen selbiger Tractat die Wiedererstattung der Früchten nicht ausschliesst, man verstehen müsse; dass diejenige, so solche unbefugt eingenommen, auch zu derselbigen schuldig seyen, damit in der Nebensach gleiche Regul, wie in der Hauptsache gehalten werde, als willigen Wir ein, um die Expedition dieser Conferenz zu beschleunigen, dass dieser Punct, oder Streitigkeit der Erklärung, der Oesterreichischen und unseren Commissarien, so sich bey der Negotiation und Stipulation besagten Lindauischen Tractats befunden, übergeben seye, wann der Herr Nuntius dieselbige, wie sie Ihme übergeben wird, zu schlichten sich weigern würde.

XVII. Ueber welche Puncten, Capitul und Articul, wie Wir vor unsere Gemeinden und Obern, uns die Fug und Macht vorbehalten haben, alle Rechtsammen, so Wir, es seye an was für Orthen, oder zu was für Zeiten es immer wäre, rechtmässig erhalten zu haben, prætendiren könnten, rechtmässig wieder die Herren Geistliche, dem Lindauischen Tractat zufolg, anzuführen und zu deduciren; so soll im Gegentheil auch denenselben das Recht, alle Repliquen und Exceptionen, so Ihnen wieder besagte unsere Prætensionen und Rechtsammen, rechtmässig competiren möchten, zu machen und zu allegiren vorbehalten seyn.

XVIII.

communitates adegerant, ut pro Modio (*Viertel*) hordei, de quo antea annuatim tres bazios solvebant, in posterum bazios decem pro singulis modiis promittere coacti fuerint: & cum conclusum fuisset ut ea conventio Annos quinque duraret, asseverante idipsum Canonico, virulentes ille Nuncius praesente Regionis Judice FORTUNATO à JUVALTIS (cujus propriis verbis refero) his formalibus verbis illum objurgavit: *Vergognatevi che siate così Goffi! Io non voglio che la convenzione sia per cinque anni: Io voglio che la sia perpetua.* Hac duritia & immanitate Episcopum caeterosque Ecclesiasticos sic exterruerat, ut omnes coram illo tremerent, nec ullus contra nutum ejus hiscere auderet. Tandem arcum nimium tendendo ita rupit, ut frusta hinc inde dissilierint. Urgebat inter alia & hoc: *debere Protestantes omnia Templa ab ipsis possessa una cum coemiteriis ac bonis eo spectantibus Romano - catholicis restituere, ceu a catholicis in illius Religionis, non alterius usum exstructa & reditibus donata*, at dum Summa obtestatione urgens a Curiensibus duo Templa a D. Martino, & S. S. Felice

XVIII. Und vveilen die Herren Deputirten der Gemeinden, begehrt und gebetten haben, Ihnen 12. Tag Termin zu gönnen, um mit ihren Gmeinden über den I. IV. und XVI. besagter Articuln sich zu berathschlagen, und selbige zu erörtern, als bleiben diese aufgeschoben, und versprechen sie innert dieser Zeit ihren abgefassten Entschluss zukommen zu lassen; jedoch mit Vorbehalt des Rechts zu urtheilen über Ehesachen, so ins künftige zvvischen Catholischen Eheleuthen sich zutragen möchten, vvelche sie von nun an unvviederruflich vervvilligen und zulassen, dass sie vor dem geistlichen Richter und Foro, angezogen und erörtert vverden sollen.

Und zu Evviger und unverbrüchlicher Steiffhaltung, alles dessen vvas in obigen XVIII. Articuln, Puncten und Decreten begriffen, haben Wir geordnet und befohlen, dass diese mit der zvvey Pündten und Herrschaft Meyenfeld Insiglen, öffentlich vervvahrt und corroborirt vverden. Dessen zu Urkund &c.

Geben in Chur, den 18. December. St. N. des 1623. Iahrs.

JOHANNES Bischoff von Chur.	*CHRISTOF. von CAPOL Bundschreiber des Obern Grauen Bunds.*	*JOHANNES TCHARNER Bundschreiber des Gottshausbunds.*
(L. S.)	(L. S.)	(L. S.)

Felice ac Regula nuncupata peteret, responsumque terroribus ex more adhibitis postularet, cives in maximas angustias coniecit *). Comes SULZIUS intelligens eam rem in tota Regione exacerbationem & desperationem concitare, indeque metuens ne motus ille animorum in tumultum periculose erumperet, tandem Curiensibus mentem suam aperuit asserens, a Principali suo mandatum sibi non esse, ut copias suas militares ad haec & similia executioni danda adhibeat, & absque Caesaris, Archiducisve mandato se arma his contentibus prosequendis capessere nolle. Audita ea SULZII asseveratione Raeti animos resumserunt; indeque contemtis Nuncii terroribus promissa illa per minas & metum extorta vana hæserunt, omni effectu destituta. Tunc terribilis ille ac Stomachosus Nuncius, antea nil nisi flammas & ferrum spirare solitus, larvam sibi detractam Senties vela demisit, nec actionem amplius prosecutus est. Sic idem illi (JUVALTÆ judicio) evenit quod Asino Æsopico, qui dum pelle Leonis indutus omnia animalia caetera perterrebat, nunc exuviis Leonis illi detractis metuque in contemtum verso, qui erat rursum comparuit.

CAP.

*) Anhorn *Rhät. Wiedergeb. pag.* 159. 161. *Als an die Stadt Chur begehrt wurde, den Römisch Catholischen die Kirchen St. Martin und St. Reglen zu überantwurten, und wann sie eine eigne Kirche und Gottesdienst haben wollen, mögen sie solche anderstwo bauen und anordnen: so hat die Lobl. Stadt Chur, dieses Begehren mit freundlichen Worten und allerbest fürgebrachten Gründen, rund abgeschlagen. Endlich schlugen sie das Recht für. Die Burgerschaft hat sich zusammen gethan, und sich rund resolvirt, den ersten Meßpriester, der in eine oder die andere Kirche gehen wolle, alsobald zu erschiessen.*



CAP. XXI.

§. I.

1623. —— 1625.

Liga Regis Galliae, Ducis Sabaudiae, & Venetorum, pro Raetiae restitutione. Depositum Vallis Telinae in manus S. Sedis. Cooevrei Expeditio felix.

Raetiam vero non diu oppressam tenuit Leopoldus. Galliarum enim Rex, & cum eo Sabaudiae Dux, Venetiarumque Resp. aliisque Principes, quibus Austriaci progressus suspecti erant de restituendo in pristinum Raetiae Statu consilia inierunt, admittere nempe nolentes, ut per id quod Austrius Raeticorum claustrorum arbitrium occupavit Ilaliam commeatu praecludere possit *a*). Ut exsequendo consilio viribus etiam adesse posset, subditis suis Hugonottis d. IX. Octobr. MDCXXII. pacem dedit: tuncque Avenionem profectus CAROLUS EMMANUEL m. Novembre cum Rege contulit: ibique Venetorum nomine consentiente JO. PESAURO eorundem ad Christianiss. Legato Fedus initum est, quo communibus viribus id acturi erant, ut pulsis armis Austriacis Raetia ad Sensum Tractatus Madrilliensis restituatur; inque hujus Federis communionem & Rex Britanniae, & omnes Italiae ac Germaniae Principes invitati. Signatum $\frac{5}{16}$ Febr. MDXXIII. Parisiis *b*). Sic a Hispaniarum Rege postulata est impletio Tractatus Madrilliani. Pontifex GREGORIUS XV. metuens ne exorto

a) Spr. pag. 370.

b) Pag 367.

orto inter Potentiſſimos Monarchas bello Italia implicetur utrique per Nuncios Suos perſuaſit in poteſtatem S. Sedis Sequeſtro deponi Vallem Telinam, Comitatus Clavennae & Burmii, donec negotium totum amica tractatione Romae tranſigatur. Aſſenſi ſunt Reges, diverſis moti cauſis uterque *c*) Conabantur omnibus modis id depoſitum repellere Voltureni, pulcre videntes haud alio fine in conſilium deſcendiſſe Regem catholicum, quam ut bello (ut ajunt modo) occupatas terras Raetis Dominis reſtituat: verum turbatores illos ad miſcendum & perdendum factos nemo curabat *d*). Non Debebat depoſitum durare ſupra menſes tres, termino exeunte in m. Iulii, currentis Ao. 1623. ſic ut intra breve illud tempus finis prolixo negotio daretur. Ad condictum, Duce Nicolao Ludoviſio Fiani Duce, ac Pontificis fratre, XIII. cohortibus conſtans Militia Pontificia, d. XXIX. Maii Vallem Telinam ingreſſa Praeſidia occupavit; Hiſpanis Mediolanum abeuntibus. Cohortes per vicos diſtributae. Cum Duce Fiani erant etiam Nuntius SCAPIUS, & NIC. VIDUS Comes Balnei, quem Exercitui Praefectum reliquit; ipſe enim paucos poſt dies inde diſceſſit. Guefferius equis diſpoſitis e Gallia in Vallem Telinam properavit, ut cum eo conferret, ubi cum non reperiret recta Romam contendit. Ad alendum hunc exercitum Galliae Rex in principio XXV. Mille aureos contribuiſſe fama erat; quod crederet intra condictum tempus negotium a B. Patre ad votum componi: *e*) in qua vero opinione falſus eſt. Licet enim pro Securitate Religionis catholicae facile daret quae Hiſpanus petebat, & Pontifex ſvadebat, unum tranſitum, cujus tamen gratia omnia fiebant, obtinere non poterat, quod illius jus ſibi adſereret Hiſpanus conſervatae & defenſae Religionis ergo. Ac habebat Hiſpanus Pontificem ſibi addictiſſimum, cujus gratiam promoto matrimonio Principis Venuſinae Neapolitanae, cum Ludoviſio Duce de Fiano, Ejus ex fratre filio, demeruerat. Eum ergo habens obſequentem Hiſpanus ut Galli eluderet conatus, Auctor erat Pontifici Vallem in Principatum evehendi, & Protectioni S. Sedis ſubmittendi, ea lege ut penes Pontif. ſtaret cuicunque velit illam in feudum tradendi, ea ratione allegata, quod ea via optime Volturenis & Religioni catholicae conſuleretur. Nec

c) Digna legi habet Vauciennes, Mem. Tom. I. p. 12. ſq.
d) Quadr. Tom. II. p. 320. 321. 324. ſq.
e) Spr. p. 377. 378.

Nec displicebat Pontifici consilium, qui novum istud feudum Nepoti Suo destinabat, spe quoque illectus forte fore ut vigente inter Monarchas aemulatione, Nepos ceu tertius gaudeat Haeres *f*). Dum de die in diem negotium differtur, supremum diem, 8. Iulii obiit Pontifex. Qui ei d. 7. Aug. ejusd. Anni 1623. Suffectus est MAFFÆUS BARBERINUS, sub URBANI VIII. nomine Gallis propensior negotii gravissimi inter duos Monarchas compositionem cum Studio tentavit, at non perduxit. Multifarias artes politicas, implexasque operas adhibitas, si cupit cognoscet lector cumprimis Laudabiliter expositas a P. Linage de Vauciennes: Anno tandem 1624. d. 24. Febr. Legatis Monarcharum Schema Articulorum, quibus compositio terminari posse sperabatur Romae proponitur; quorum ut brevibus complectar, hic erat sensus. „ *Raetos ad gubernandas Subditas sibi terras mittere officiales suos posse sicut ante Annum MDCXX. sed non nisi catholicos.* „ *In Valle Telina, Comitatu Burmii, & Clavennae, nec non Pesclavii & Brusii non aliud Religionis permitti exercitium quam Solius Romano-catholicæ Raetos debere exercitium Solius Romano-catholicæ Religionis cis montes favorabili cura promovere, caeterum Ejus exercitium in omnibus Raetiae locis liberum facere, Apostatas ab Eccl. Rom. expellere. Hæreticos teneri intra sex annos omnia quae in terris subditis, item Pesclavii ac Brusii possident, alienare, aut vendere, intra quem terminum duos menses interpolatis vicibus in illis locis commorari conceditur. Liberos Haereticorum in dictis locis adhuc existentium, posse ac debere retineri, sed ad catholicum morem in Seminariis catholicis, aut locis piis aliis, ex Parentum impendiis educari; adque hoc præstandum Parentes Juris processu Summario praecisa appellatione debere adigi. Omnibus Ecclesiasticis, cujuscunque ordinis ubivis dictorum locorum licere habitare, collegia exstruere, visitationes instituere, Jurisdictionem Suam exercere, absque impedimento. Tria Raetorum Foedera teneri Ecclesiis & Ecclesiasticis Personis omnia bona inde a quadraginta Annis occupata aut usurpata restituere; adque eam restitutionem Haeredes quoque eorum qui occupaverunt, usurpaveruntve, teneri, non solum quoad Summam Capitalem, sed & quoad fructus jam perceptos. Si contingat articulos Religionis unum pluresve negligi, aut aliquem transgredi, declarare se*

f) Pag. 369. Lavizar. pag. 270. Quadr. p. 336. sq.

„ *Raetos debere exclusos ab omni Jure, quod in subditas terras habent*
„ *cum expressa renunciatione; Sic ut dictae Provinciae non amplius*
„ *Raetos pro Dominis agnoscere debeant, sed debeant esse liberae. Hinc*
„ *ut ei major stet firmitas debebere a Raetis ipsis duos Reges exorare*
„ *ut protectionem subditorum adversum se recipiant. Explicare vero*
„ *casus transgressionis esse unius Pontificis: Duos autem Reges, quando*
„ *a Pontifice compellabuntur debere auxilium & arma ad exsecutionem*
„ *commodare g).*

At neutri Regum, ac omnium minime Raetis Articuli placuere. Absque jure transitus Hispanus Provincias nolebat reddere: Gallus sibi soli transitus volebat. Nec repertum medium, aut temperamentum, licet variis modis quaesitum h). Richelium Cardinalem exspectabat hoc negotium, qui inertibus consiliis vitam daret.

Dum haec in Aulis agitantur, Marchio Balnei Pontificiae militiae in Valletelina Dux Praegallos jussit omnes Ecclesiarum Ministros dimittere. A duobus Foederibus & Dominio Majaevillano ad eum missi Casp. Schmidius Ilantinus, & Gub. à Salice liberum Evangelicae Religionis exercitium pro confederatis Praegallis enixe petierunt, sed non obtinuere. Sic eo mandante Capucini omnia Templa illius Vallis occuparunt i).

Circa finem Aprilis Anni MDCXXIV. gubernaculo regni Gallici restitutus Cardinalis RICHELIUS mox rebus novam faciem dedit. Is volens initium sui ministerii illustrare, elusam tractatibus restitutionem, vi exprimere constituit. Id consilium exequendi munus impositum est Marchioni de Cooeuvres. Audiens hoc agi Archidux Leopoldus, abs singulis octo Raetigojae Jurisdictionibus titulo tributi, honorarii, & Stipendii Capucinis ac Notariis debiti annuos flor. Septingentos m. Aug. extorsit; publicato item Mandato, ut qui proximo Paschate confessio-

g) Singillatim exhibentur in Theatr. Eur. Tom. I. p. 768. - 770. Vid. & Spr. pag. 378. - 383

h) Pag. 384. Vauciennes Tom. I. pag. 20. Ed. Amst. 1725.

i) Sprech. pag. 377. 378.

confessionem catholicum non ediderit, divenditis bonis, proximis Iulii Kalendis, solum vertat. Hoc ultimum Dynastae illius fulmen, in auras tamen vibratum *k*).

Enim vero quamprimum exercitus Gallico - Ligisticus Raeticae ditioni pedem intulit, itineraque insedit, Capucini & Notarii Austriaci d. 29. Octobr. sua sponte abierunt, comitati abs delegatis Magistratuum providentibus ne a quoquam vel verbo laederentur: fuerant enim incolis molesti & invisi: Et scitur eos aerario Archiducali non parvi stetisse *). Ad Sacros quod adtinet eorum labores, conciones quas pro conversione populorum illorum habebant, majore sui parte in diffamatione Reformatorum, quos plerumque Deformatores, vocitabant, consistebant, & fere circa haec 4. versabantur; a) *Reformatores falsas doctrinas introduxisse*; cujusmodi illam: Deum esse Auctorem peccati. b) *Corruptionem morum invexisse*, docendo opera non esse ad Salutem necessaria, sola nos fide salvari. c) *Ecclesiam reformatione non indiguisse*, quum sit infallibilis: d) *Reformatores fuisse homines flagitiosos:* haecque ubivis privatis in colloquiis etiam importune ingerebant

k) Id. pag. 393.

*) Ex Rationario JOH. VICTOR. TRAVERSII Præfecti Castellani. „ *Als 8. Herren Capuciner in den VIII. Gerichten haben gewohnt, da hab Ich Ihren Herren Proveditoren ausgeben, baar Geld laut Quittungen fl 2206. kr. 43. über etwas Wein das Ihnen von Feldkirch ist kommen, da Ich den Fuhrlohn hab bezahlt, namlich fl 21. und etwas munition Brod ist Ihnen zu Chur auch geben, da Ich den Fuhrleuthen hab zahlt fl 10. das haben sie alles verbraucht über etwas Busen, die Ich ihre Speditoren habe lassen empfahen und Befehl hab geben. Das haben sie nit wollen leyden, das Ich ihren Speditoren Busen geben lasse, haben deswegen nach Insbruck geschrieben den Herren Geheimen Räthen. Die haben Mir geschrieben und befohlen, Ich soll die Busen selbs einziehen. Das hab ich gethan, und für sie zahlt ihren Speditoren, wie gemeldt, das baare Geld.*

Auf Davos habe allein Ao. 1623. ein Weibsperson gestraft um R. 8., weil sie den Herren Patres etwas böse Wort hatte geben; dann sie ein armes Weib ist gsin, und hab ihro gedräut, so sie mehr unbescheidenlich seye, sie aus dem Land zu weisen. Seither habe nüt mehr von Ihro gehört: ist bald druf gstorben. Ein Mannsperson hab auch etwas wenigs gestraft, auch wegen Worten. Der hats angehnds erlaydt, habs lassen empfehlen der Herren Patres Speditor bey der Posta. &c.

bant. Infantes solebant crepundiis, cibariis, placentis, imagunculis, aliisque sensibus blandientibus, allicere, talibusque amorem Religionis novae instillare l). Adultos plerumque minis adhibita etiam vi terrebant. Tantum vero abest sua convertendi methodo lucrati aliquid sint, ut potius animos a se averterint *). Conscripsit ea tempestate Stepha-

l) Ioh. P. Saluz in Præf. ad Molinaei Capucin.

*) Quae de eorum genio & operis habet saepius Laudatus JUVALTÆ in Biographia hæc sunt. „ Erant inquit Capucini Monachi qui inter belli calamitates in Raetiam irrepserant genus Hominum libertati Raeticae maxime infestum, sordido illo vestitu & simulata externa vitae austeritate humilitatem & mundanorum affectuum mortificationem prae se ferens, ac inde Sanctimoniae opinionem ac famam captans; cum tamen neminem lateat illos pannos affectus & vitia tantum tegere non excludere. Saltem illorum opera id testantur. Hi se Pontificiis fucato Religionis ac Sanctimoniae prætextu insinuabant, illosque quantum poterant a Protestantium familiaritate ac consvetudine abducebant, simultates odia, diffidentias inter illos serebant. Instillabant ne Protestantes ad sepeliendos mortuos in suis coemiteriis admittant, ne illorum nuptiis ac baptismis (quod antea amice frequentabatur) intersint, sed illorum consvetudinem fugiant & exhorrescant; hisque modis homines confederatos, cognationibus affinitatibus & mutuis officiis conjunctissimos distrahebant, inque damnosas suspiciones dissensionesque coniiciebant. Qui inter Nos fuere, non erant admodum doctrina exculti. Audivi Semel concionem funebrem Capucini Almensiensis in obitum filiolae Dni. Cap. Henrici à Schauenstein adeo insipidem, inemptam, ac insulsam, ut nihil supra. Nihil aliud adduxit, quam fabulam de morte D. AGNETIS adeo prodigiosam, ut qui illi fidem habeat, etiam Asinorum volatum credere possit. Erat tamen is, ut plerique sui ordinis adeo furiosus, ut Protestantes ad Pontificiarum feriarum observationem vi compellere vellet. Et cum quodam die Pontificiis feriato, cujusdam Protestantis Servus, cum bove ad opus, hero subsequente progrederetur, Capucinis id prohibere annitens lapidem arripuerat in illum conjecturus nisi catholici quidam furiosum detinuissent. Enimvero Herus furca quam manibus tenebat in Capucinum ruebat, eumque consossurus erat, si in Servum lapidem jecisset. Et cum superinde Capucinus admoneretur, ut ab ejusmodi actionibus abstineret, si infortunium aut mortem evitare velit, his praefracte respondit: nil sibi hac monte optabilius contingere posse: Si enim in ea contentione ad defensionem catholicae Religionis occisus esset, Coronam Martyrii sibi in coelo paratam fuisse. Alius Capucinus in eodem pago cum ex Protestantibus unus intra parietes domesticos ligna diffinderet, ad illum ingressus insiluit, eique securim e manibus extorquere voluit, procul dubio in eum vibraturus. Sed illo securim retinente supervenerant vicini, qui illos violenter contendentes diremerunt. His similes erant & reliqui per Communitates sparsi. Certe mirum non erat si ejusmodi homines, aut ipsi infortunium subirent, aut aliis

Stephanus Gabriel tunc Palæopoli prope Turicum Paſtor *catechesin minorem* rudioribus informandis aptam, lingua inferioris Oengadinae, & Antidotum ad Capucinorum criminationes lingua germ. in uſum cumprimis Raetigojorum Tiguri Ao. 1625. impreſſa *m*). Pro veritate dogmatum Religionis Reformatae contra primarias Romano - cathol. objectiones, Idem, circa illud tempus, dialecto Supra Sylvana edidit *Stateram Fidei*, in germanicum etiam idioma verſam & ſaepius recuſam.

Exercitum paucos poſt dies ſecutus ſupremus Dux FRANCISCUS HANNIBAL ESTRÆUS Marchio de Cooeuvres, Inſulae Franciae Locumtenens, & Laoduni Gubernator coram Raetico Senatu d. 23. Novbr. Curiæ congregato, multa de Regis ſui in Raeticam gentem affectu diſſeruit, voluntatemque Ejus ac Confederatorum, de rebus Raeticis uti ante rebellionem Valtellinorum erant, reſtituendis expoſuit *nn*). Eum proinde Raeti haud ſecus ac Angelum de Coelo demiſſum exceperunt, totoque expeditionis tempore tum militibus dandis, tum aliis quibuscunque potuere rebus adjuvarunt. Initium Reſtitutionis abs Raetigoiis, inferioribus Oengadinis, & Monaſterienſibus factum; quos ille Raetico corpori rurſum conjunctos voluit: quam conditionem illi lubentes

aliis pararent, & inferrent. Humilitatem jactabant, at erant hominum ſuperbiſſimi. S. litterae nos docent Nos omnes eſſe peccatores Chriſti Sanguine redemtos, & quidquid fecerimus Servos nos eſſe inutiles: hi contra aſſerunt ordinem Capucinorum tantum quantitatem bonorum operum facere, ut omnibus etiam peccatis redimendis ſufficiant; ac praeterea illis multa opera ſupererogatoria exuberare, quae aliis in ſalutem animarum vendere, aut commodare, aut gratificari poſſint. Vidi Ego maximo ſtupore ejusmodi diploma per Capucinos Dno. Jo. Petro Schalketto in Catzas habitanti conceſſum, quo ipſum cum tota familia, in filiationem FRANCISCI eorum Patriarchæ ſuſcipiebant, & communicationem omnium bonorum operum, quae toto ordine fierent, permittebant. Quotiescunque Raeti Tractationem Pacis Oeniponti aud Mediolani inſtituerunt, ſemper illis IGNATIUS Capucinus adverſatus eſt, & Principes turbata actione Pacis contra illos concitare conatus eſt. &c.

m) Gabr. ad Eſ. Schucan. Ao. 1625. d. Antidotum ne exiguitatu periret, recuſum dedit Anh. Wiederg. p. 164. - 232.

nn) Exercitus Duces, numerum, & formam fuſe enarrat Romainmotier Hiſt. Milit. de Suiſſe. Tom. I. p. 150. ſq.

lubentes acceperunt, renunciato Tractatu Lindavico, & omnibus aliis, in quae jurare vi coacti fuerant, reservatis tamen Juribus, quae Austriaci ante bellicos motus tenebant *n*). Cum Cooevreo erant Oratores Sabaudicus, & Venetus, Ligae namque nomine res gerebantur: horumque milites ad confinia Vallis Telinae excubabant, Gallos praestolantes. Quamvis Galli quocunque per Raetos transierunt, soluta disciplina viverent, ob spem tamen Restitutionis omnia tolerata. Post aliquot dierum in Raetia moram Cooevreus Superato Bernina Pesclavium ingressus est; ubi aliquamdiu haesitavit, utrum arcta adeo tempestate (dies erat 29. Novbr.) Vallem telinam descendere, an Vernum exspectare tempus conducibilius foret. Vicit tandem prior Sententia, eamque felix excepit Successus. Nam promotis castris, & Papalibus excubiis quae Castro Plattae-malae insederant fugatis Vallem feliciter ingressus est, moxque Tertiarium Tirani per Delegatos fidem promittentes deditione recepit. Illic Cooevreo Gallos Raetosque ducenti milites Veneti, numero ducenti, se adjunxerunt, qui per Vallem descendentes fortalitiis expugnandis, & ad deditionem cogendis nonnihil temporis morati, non multo labore totam Vallem sub suam potestatem redegerunt *o*). Facta haec mense Decembri. Major difficultas in occupando oppido Clavennae & Comitatu, resistentibus Hispanis cumprimis arce Fuentana adjutis, & Papalinis; advenientibus vero Ao. MDCXXV. primis Febr. ex Veneto Dominio per Ivreæ montem cohortibus peditum supra viginti & equitum rurmis quatuor, ligae exercitus itinera penetrans Clavennam occupavit. Papalini castro se incluserunt, extrema passuri. Nec eiici inde prius potuere quam duobus tormentis majoribus ex Valle Telina per Pesclavium & Pischadellam profundis nivibus immenso labore per Oengadinam Super lacus gelu ac frigore constrictos, Clavennam deductis, quibus arcem fulminantibus, d. 8. Martii, se dederunt. Nesciebat Tormentorum Praefectus se cum illis per lacus vehi; & ubi id rescivit vehementer excanduit, & contra conductores saevire voluit, quod se non monuissent; nunquam enim se dicebat tantum pondus glacies commissurum fuisse, praesertim cum ab illis tormentis expugnatio arcis Clavennae penderet

n) Sprech. pag. 401. - 403. Vauciennes p. 77. sq.

o) Pag. 407. - 416. Theatr. Hist. Tom. I. p. 834. sq.

penderet, ita ut illis submersis tota Expeditio vana fuisset *p*). Solam Munitionem in Summo lacu Lario ad Ripam Clavennae, Hispani usque ad Pacem Monsonii initam de qua mox tenuerunt.

Haec Ligistici Exercitus expeditio, multifariam traducta fuit, etiam Scripto; deque militiae Ecclesiasticae expulsione Pontificis nomine queri non desinebat Cardinalis SPADA in Aula Christianissimi Nuncius *q*). Eodem missus m. Martio Card. FRANC. BARBERINUS occupatorum fortalitiorum in S. Sedis manus restitutionem postulabat, ea lege ut Raeti Supremo in Vallem Telinam & Comitatus Clavennæ ac Burmii, dominio priventur; in qua Sententia dicebatur confirmari Cardinalis a Didaco Sarmiento de Acuna Comite Gondemari extraord. Regis Hisp. in Gallia Legato, quem admodum a MUTIO VITELLESCO Jesuitici Ordinis Generali, aliisque persvasus dicebatur Pontifex, Jure non posse catholicos Dominio Haereticorum subiici: ac voti repulsam ferens Fontebellaqueo, (ibi Rex erat) Cardinalis discessit *r*).

Praeter alios sparsus illis diebus contumeliosus in Regem libellus fuit, titulo: *ADMONITIO fidelissime verissime facta ad LUDOVICIUM XIII. Galliæ & Navarræ Regem Christianissimum, Authore G. G. R. Theologo Ao.* 1625. *Augustæ Francorum* (i. e. Parisiis) in quo Summatim ostendebatur Gallum foede ac turpiter impium foedus iniisse, injustum contra Catholicos bellum mouisse, illud salva conscientia prosequi non posse Foetum Alii P. Eudaemoni Joanni Cydonio Cretensi quem Card. Barberinus secam habebat, Alii Jesuitis, Alii P. cuidam Garasso, rursus Alii Auctori JOANNI HEUREUX tribuunt *s*). Libellus multis dictis in Regem injurius, Regis seu potius Card. Richelii jussu a Sorbona damnatus, & d. 30. Octobr. carnificis manu igni traditus fuit. Iam mense Januario e Valle Telina in Galliam profectus

p) Juvalt Biogr.

q) Vauciennes p. 102.

r) Prolixior de Card Barberini negotiatione relatio reperitur in l' Ambassade de Mr. Marechal Bassompierre Tom. I. p. 56 – 69.

s) Quadr. Vol. II. p. 391. V Spr. p. 429. Lucii & Hospiniani Hist. Jesuit. pag. 421. & 465. Edit. Basil. 1632.

profectus Capucinus ille Ignatius ab Archiduce se missum jactans, ubique locorum Raetorum Dominationem infamabat; id cum aliis, cumprimis Romae & Parisiis, Satagens, ut vel Voltureni Raetorum Dominio eximantur, vel in Tria Foedera distribuantur, vel in quartam Ligam evehantur t). Illi cumprimis Auctori tribuebatur Consilium per Card. Barberinum Regiae Majestati commendatum, de Ministris Evangelicis. Ut causa ac fonte omnium malorum tota Raetia excludendis *). Cujus Scripti fallis criminationibus commoti Ministri Raetiae

t) Spr. p. 415.

*) Dabimus ex cartis autenticis tum illius Consilii Exemplum, tum Apologiae Ministrorum.

I.

Modus quo Rhætiæ Pax dari a Christianissimo commode possit, insinuatus per Ill. Card. Barberinum.

I. *Neque Politicus, neque Ecclesiasticus status feliciter consistere unquam potest, nisi omnes Ministri ex Rhaetia explodantur, Religioque Calvinistica exstirpetur, multo minus in Valtellina.*

II. *Prospiciendum deinde de mediis, quibus omnis generis factiones tollantur e medio, subditique tam Valtellinæ quam Comitatus Bormiensis & Clavennensis digne Secundum Statuta sua atque jura habeantur.*

III. *Quoad hoc, Duo sunt Hominum genera apud Rhætos. Catholici, iique tum veri & sinceri, tum hypocritici qui potius Apostatarum quam Catholicorum nomen merentur, quique sua tantum spectant, non quæ sunt Ecclesiæ ac proinde Hæreticis in Omnibus ferme consentiunt. Hæretici vero sunt Protestantes &c.*

IV. *Hi toti a Ministris dependent, quippe qui pro imperio omnia regunt & moderantur; eoque res devenit ut si quis pius & cordatus animadvertat multa minus decenter geri, non audet tamen se se opponere, ne medio Ministrorum furor populi adversus se concitetur.*

V. *Per Ministros enim omnia mala, dissensiones, discordiæ, rebelliones exortæ sunt in Rhætia tum præsentibus tum præteritis temporibus.*

VI.

tiae Evangelicis Apologeticas ad Regem Christianiss. dedere litteras, per Legatum Angliae Regis Isaacum Wake ipsi Majestati, nec non caeteris

VI. *Per illos erecta sunt Capita illa Religioni catholicæ e diametro opposita Ao. 1524. & 1541. erecta, typisque Tigurinis excusa. Per illos erecta fuit Schola Sondriensis, quæ putabatur & habebatur Seminarium, non solum Valtellinam totam, sed totam etiam Italiam veneno illo pestifero, religione nimirum reformata inficiendi.*

Per illos morte plusquam crudeli atque indigna affectus fuit Archipresbyter Sondriensis, eo quod Scholæ illius erectioni se se opponeret. Per illos ablegati fuerunt 6. Commissarii in Valtelinam, qui Ministros catholicos abigerent, prohiberent ne publicarentur anni Jubilæi, nullæ fierent peregrinationes, nullæ annunciarentur indulgentiæ, nullam denique refugium, neque commercium haberent Ministri catholici cum Episcopo suæ Dioecesis: idque unica causa fuit universalis illius Rebellionis per totam Valtelinam.

Per illos tentatum fuit Religionem Calvinisticam in Boalz plantare atque instituere magnis sumtibus atque etiam Sanguinis effusione multorum catholicorum, illorum Templis abusibusque profanare, Religionem Catholicam inde expellere, ubi etiam Nobilis quidam qui se violentiæ isti opponere voluit, poenam capitis subire coactus fuit. Hinc multorum animi alienati sunt non tantum in Valle sed etiam in locis vicinis.

Per eosdem Ministros tentatum idem fuit in Comitatu Burmiensi, ubi nulla unquam Religio fuit, quam sola Catholica, quumque Ministri ipsi eo se conferrent, auxiliaque Rhaetorum peterent ut Reformatæ Religionis exercitium permitteretur, populus fremebundus arma arripuit, totisque viribus conatibus hisce restitit cum Sanguinis etiam jactura: neque hoc solum, sed ut Ministrorum propositum irritum redderetur coacti sunt mutuo accipere Summam coronator quadragintamillium, quam debent ad hunc usque diem.

Per illos diabolica illa Congregatio Tusanensis habita fuit, cui Ministri operam suam præstiterunt eique tanquam Judices assederunt, id quod toti Rhaetiæ extremam ruinam intulit.

Per illos factiones dissensionesque etiamnum inter Nos grassantes excitantur, & foventur.

Per illos horrendam persequutionem eque finibus patriis expulsionem passus est Legatus Regiæ Majestatis Christianissimæ, ut vel hinc appareat falsum

teris Principibus Foederatis consignatas. Inter Scripta tunc temporis edita, est unum etiam Auctoris qui se per octodecim Annos in Raetia Versatum

falsum esse quod spargitur a quibusdam, Protestantes favere Gallo, Catholicos vero Hispano, quum Protestantes multo magis se se opposuerint Gallo, quam Hi.

Per illos in ultima illorum Congregatione habita Ilantzii, consilium habitum fuit de arcendo Episcopo a Patria, de necandis Ecclesiasticis & præcipuis etiam ex Politicis Vallis Telinæ & Duorum Comitatuum, quo Catholica Religio plane expungeretur.

Imo illi ipsi nihil intentatum reliquerunt quo Dominium Rhaetiæ ad se raperent eoque potirentur, ut vulgo hodie in Rhætia spargitur: quin postquam Ministri isti tenebrarum huc accesserunt, venenatamque hæresim suam exspuerunt, nullam unquam misera Patria nec pacem, nec quietem sensit.

VII. *Neque speranda ab istis meliora: nam quamvis componerentur certa Capita, eaque a Dnis. Rhætis acciperentur, approbarenturque, obsignaretur iisque subscriberetur in Catholicæ Religionis defensionem & assertionem indesinenter tamen Ministri de mediis cogitarent, quibus eam exstirparent, Pacem publicam turbarent &c.*

VIII. *Quod si hodie & Ministri & alii Hæretici susque deque ferunt Decreta & Monita Dni. Marchionis de Cooeuvres in re Religionis promulgata quum Regiis armis munitis sit; quanto magis id facerent, si arma abiiceret.*

IX. *Plane impossibile est catholicæ Religionis libertatem & Pacem publicum cum Ministris & Calvinistica Religione simul consistere posse.*

X. *Nec est quod quisquam rei difficultate absterreatur. 1. Quia si forte Papa cum duabus Coronis in hoc consentirent, quis se opponeret? 2. Quia jam nunc nec in Valletelina, nec in Comitatibus, nec Pesclavii, nec in Prægallia, nec in inferiori Engadina, nec in Sancta-Maria, nec in Federe X. Jurisdictionum nulli habentur Ministri, nec alia Religio quam catholica: & quamvis appropinquantibus armis Regiis in aliquot horum locorum irrepsissent, nulla tamen ratione ferendi sunt, tum propter conscientiam, tum propter reputationem Regiæ Majestatis Quod si fiat de XL. Communitatibus quibus Rhætia constat, non nisi Octo supererunt, qui Ministros alant, Calvinianamque Religionem exerceant.*

XI.

Verſatum eſſe profitetur, nec aliter pacari poſſe profitetur quam exſtirpata, ut ait, Haereſi: Volturenos in Quartum Foedus aſſumendos ſvadet,

XI. *Multi iique præcipui ex Proteſtantibus tacile hoc exoptant, ut qui experti ſint Miniſtros omnis mali in Rhætia Auctores eſſe, ſique priſtino ſtatui restituendi forent, extremam internecionem ſibi imminere facile perſentiſcent; quod etiamnum non obſcure fatentur.*

XII. *Si ſecus fieret, loco unius ex Proteſtantibus, cui hac ratione ſatisfieret, offenderentur centum Catholici.*

XIII. *Aequum eſt ut propter bonam fidem tantis Patriæ anguſtiis ſubveniatur, quæ nullam unquam pacem quietemve ſenſit inde ab eo tempora quo Miniſtri ſuſcepti fuerunt. Æquum eſt potius ut unus judicetur, quam ut tota natio pereat.*

XIV. *Miniſtris & Proteſtantibus ſublatis Epiſcopatus cum omnibus Juribus, Privilegiis, Reditibus, in integrum reſtituetur &c.*

XV. *Media tollendi factiones aliaque incommoda, quibus ſubditi premuntur, omnium optima ſunt, ſi Vallistelina cum duobus Comitatibus reciperentur pro membro Federum juxta Articulos erectos Ilantzii 1513. ubi talis colligatio facta conſpicitur, ibique Valtelinenſes tenentur annuatim Dnis. Rhætis pendere fl. 1000.*

XVI. *Si voti compotes redduntur, optima quæque Chriſtianiſſimæ Majeſtati pollicentur; ſin ſecus, defectionem ad Hiſpanum, quando conſcientiæ libertas Sarta tecta illis maneat, minitantur.*

II. EXEMPLUM APOLOGIÆ factae nomine totius Ven. SYNODI Rhæticæ, Curiæ Ao. MDCXXV. die 3. Sept. contra mendacia a Capucino IGNATIO coram Rege Chriſtianiſſimo in noſtrum ordinem ſparſa. Lib. Coll. antiq. fol. 63. ſq.

ſvadet, & Trium Foederum Raetos aliquo cenſu demulceri poſſe facilis affirmat *u*).

Anni

u) Pag. 429.

CHRISTIANISSIME REX!

Freti innocentia noſtra, nec non æquitatis ſtudioſiſſima clementia Tua ubique celebrata, hiſce noſtris humillimis Illuſtriſſimum Tuum conſpectum ſubire non dubitamus. Nuper Scriptum quoddam virulentum Nobis eſt allatum, in quo inter alia ordo noſter coram Regia Majeſtate Tua ita traducitur, calumniis oneratur, injuriis afficitur, adeoque ad extremam perniciem petitur, ut mirum ſit exiſtere potuiſſe hominem tam humanitatis, tam veritatis ac Chriſtianæ caritatis immemorem, ut talia de nobis & fingeret, & ſpargeret. Cæterum ſemper Sapientis eſſe judicatum eſt famam innocentiamque ſuam non negligere, ſed pro viribus tueri, atque aſſerere: idcirco & Nos non quidem ad omnes, (multæ enim tam clare ſe produnt, ut non alia detectione indigeant) non inquam ad omnes calumnias atque injurias quibus afficimur, ſed ad praecipuas paucis reſpondere induximus animum. Rogamus igitur Regiam Tuam Majeſtatem Humilitatem noſtram ne ſpernat, ſed breviſſimam hanc noſtram Apologiam æquo animo cognoſcat.

Initio igitur Adverſarius noſter, quicunque tandem ille ſit, *Nos* proclamat *Authores omnium Seditionum, tumultuum, factionum, diſſidiorum, quæ unquam in Rhætia Patria noſtra, præſertim proxime præteritis hiſce annis exſtiterunt; unde omnia mala enata ſunt.* Grave, imo horrendum eſt hoc crimen Potentiſſime Rex ſed fictum & a Nobis (Deo ſint laudes) alieniſſimum. Scimus Dei beneficio ejusmodi diſſidia, factiones, atque tumultus peſtes eſſe certiſſimas, non ignoramus omne Regnum in ſe diviſum non poſſe conſiſtere, adeoque concordia res parvas creſcere, diſcordia maximas dilabi: ac proinde omni animi contentione & monitis noſtris & precibus aſſidue conati ſumus ab ejusmodi peſte populum Rhæticum avocare, Teſtis eſt is qui novit omnia. Teſtes ſunt multi boni, qui Studium hoc noſtrum clariſſime perſpexerunt. Utinam Illuſtriſſimi oculi tui Conſilia, Decreta, Conatus, actionesque noſtras intuerentur! Sana luce meridiana clarius evaderet iniquiſſime hic Nobiscum agi, ac nihil aliud quæri quam ut REGIA TUA MAJESTAS in Nos inflammetur.

Pergit Adverſarius, ac ne Nos tales ſine ratione proclamaſſe videatur quædam documenta in medium adducere ſtudet.

Primo. Ait Nos eſſe inventores legum in hac Regione latarum quae magnopere Religioni catholicæ adverſentur. Chriſtianiſſime Rex! Pacis publicæ in hac Patria noſtra & quietis fundamentum ſeu fulcrum certiſſimum ſemper judicatum

tum est esse hoc, nempe libertas, seu liberum utriusque Religionis tum Catholicæ tum Evangelicæ seu Reformatæ exercitium. Hinc novimus quidem Leges a Magistratu Politico consensu Populi latas, quæ faciunt ad libertatem hanc illibatam conservandam atque tuendam: Leges vero quæ Religionis catholicæ exercitio repugnent sane novimus nullas Ergo nec Earum inventores vere dici possumus.

Secundo. Asserit *Nos esse Authores Scholæ Sondrii in Valle Telina erigendæ ut hoc medio Religio catholica non ibi solum in Valletelina, sed & alibi exstirparetur.* Gravissima calumnia Rex Christianissime: nam Scholæ illius Scopus nequaquam fuit Religionis catholicæ exstirpatio, ut iste fingit ac Regiæ Tuæ Majestati persvadere conatur, ut nostrum ordinem in odium adducat acerbissimum: Sed hic fuit finis ut Juventus nostra utriusque Religionis in linguis ac liberalibus Artibus erudiretur. nec patrios fines horum Studiorum gratia magnis impensis excedere cogeretur. Hinc ordinatum fuit ut utriusque Religionis Præceptores vocarentur. Deinde Authores Nos esse Scholæ illius negamus. Penes Magistratum Politicum hæc residebat potestas. Perpende quæso Christianissime Rex unde Adversarius calumniandi materiam sumat. Mali sane & perfidi subditi occasionem, non veram causam ex hoc pio instituto arripuerunt omnia mala perpetrandi, sicque ex bono malum pravo artificio elicuerunt.

Tertio. Affirmat *Nos crudeli latrocinio Archipresbyterum Sondriensem e medio tollendum curasse, solum de causa, quod Scholæ Sondriensi se opposuerit.* Insignis injuria. Nam Archipresbyter ille nec captus est Nostri Ordinis consensu vel instinctu, nec damnatus, nec neci datus. Quæ autem facinora Patrarit, qua ratione obierit, quo jure damnatus sit, Nos hic in medio relinquimus; non enim nostrum, sed ipsorum Judicum hic est respondere.

Quarto. Asseverat *Nos Authores fuisse ut Sex Comissarii in Vallem Telinam mitterentur, qui catholicos Prædicatores expellerent &c.* Christianissime Rex, Hoc partim aperte falsum. partim calumniosum. Falsum est, Nos fuisse Authores ut Ejusmodi Comissarii mitterentur. Falsum itidem est Comissarios illos Catholicos Predicatores simpliciter & nulla exceptione adhibita expellere voluisse. Exteros enim Predicatores solum illud tangebat Decretum, ut cuivis Vallis Telinæ incolæ notum est; idque non quia catholici erant, sed quia Patriæ nostræ libertati insidiabantur, & turbarum ac Rebellionis horrendæ quæ postea secuta est, semina spargebant. An ignotum esse potest Regiæ Tuæ Majestati etiam Reges Catholicos & Principes finibus suis expulisse catholicos eti m Doctores nonnullos, non quod catholicam Religionem tollere cogitarent, sed ne ipsorum insidiæ bono publico nocumento esse possent. Calumniosum est etiam, eo quod Adversarius hinc materiam venatur odii REGIÆ MAJESTATIS TUÆ injuste in Nos incendendi.

Quinto.

Quinto. Ait *Nos Authores fuisse Diabolicæ Congregationis Tusanensis, ubi ea iniquitas in uso fuerit, unde extrema ruina totius Rhaticæ Gentis emanarit.* Nos, Potentissime Rex, Congregationem seu Censorium illud Judicium Tusanense cum Adversario nostro tam inhumano nomine non appellamus. Ad hæc, Nos illius Authores fuisse, aut nostrum Ordinem illam procurasse, id vero omnino pernegamus, ac injuriam Nobis hac in re fieri coram REGIA MAJESTATE TUA querimur. Tumultus omnes vi Decreti a Ven. Synodo nostra facti publice dissvasimus, ad Pacem Justitiamque hortati sumus. At, ait Adversarius, Illi Congregationi Novem Ministri interfuerunt &c. Interfuisse verum est: Sed interfuisse nostro consensu, nostra voluntate, aut Decreto, ida vero est, alienissimum. A Populo fuerunt vocati atque asciti, non a Nobis electi aut missi. Quod si quidam turbatis hisce temporibus terminos nonnihil excessissent, bona tamen intentione, num toti ordini adscribendum? Præterea an ea iniquitas in illo Judicio Censorio in usu fuerit, quam Nobis temere depingit Adversarius, Nos jam in medio relinquimus.

Sexto. Non erubescit affirmare *Nos hodierno die factiones atque dissidia in Patria nostra Seminare &c.* Ah Christianissime Rex, quanta Nobis hic infertur injuria! Quas quæso, quo dicto, quo facto, quo opere, factiones seminamus atque dissidia? Testem hic vocamus Illustriss. Dn. Marchionem Coveræum Regii Exercitus in his Regionibus Ducem Generalem. Sibi, sibi inquam Adversarius vel sui similibus Patriam nostram perditam cupientibus turbas attribuat, si vera fateri velit.

Septimo. Ait *Nos avide instituere voluisse lanienam ac necem omnium Clericorum, nec non primariorum Politicorum catholicæ Religionis in Valletelina & utroque comitatu ad omnimode exstirpandam Religionem catholicam.* Miramur sane quo ore, qua fronte adversarius noster hæc in Nos evomere ausus sit. Non hæc mens, non animus, nec desiderium nostrum hoc unquam fuit, aut est, aut erit. Non a Servatore nostro hanc inpietatem didicimus: non adeo crudeliter catholicam Religionem exstirpare desideramus: Sed libertatem solum Religionis nostrae intactam ac non impeditam cupimus. Aviditatem vero & inexplebile desiderium gladio, igne, exsilio, omnique injusto persecutionem genere aliquam Religionem tollendi relinquimus Adversario & sui similibus.

Alias hujus farinæ calumnias atque injurias tanquam venenata tela Adversarius in nostrum eiaculatur ordinem; in quibus tamen recensendis ac refellendis non immorabimur: primo enim intuitu se se produnt, vanitatemque sibi insitam ostendunt.

Jam Christianissime REX Adversarius noster eo impudentiæ progreditur ut ex calumniis atque injuriis a se fictis ac factis falso inferat *fieri non posse ut noster ordo, Religio Evangelica & Religio Catholica, Pax & concordia in Valletelina, & in tota Rhætia simul consistere possint.* Unde tamen propositum Suum principale aperit, nempe *Evangelii Ministros esse tota Rhetia pellendos, deturbandos, atque exterminandos*

nanos; Evangelicam Religionem (quam Calvinianam vocat) *penitus exstirpandam: idque et possibile esse, & aequum.* Hic jam Anguis, qui latebat in herba, virus suum effudit: hic Adversarius quid quærat ostendit. Demirari non possumus Adversarium eo audaciæ processisse, ut REGIÆ MAJESTATIS TUÆ patientia ita abuti ausus sit, ut factum tam impium tam perniciosum REGIÆ MAJESTATIS TUÆ aequitati non solum proponere, sed etiam persvadere conatus sit. Potentissime REX, Pauca haec libere dicimus: Fundamentum Pacis ac Salutis Patriae nostræ, ut supra dictum, omnium bonorum judicio est libertas, seu liberum utriusque Religionis Exercitium. Hoc fundamentum tollere est Patriam nostram evertere ac omnino perdere. Hoc fulcrum qui removet, certo surripit, aufert, ac paulatim omnino exstinguit omne Studium, omnem fidem, quæ jamdiu viguit in hac Rhætia Patria nostra erga REGIAM MAJESTATEM TUAM, adeoque aditum denuo aperit Hispanico & Austriaco Dominio, quod Adversarius unice quærit. Sed Deus avertat! Patria nostra tam avide REGIÆ MAJESTATIS TUÆ & consilium & auxilium exspectavit imo exosculata est, hac de causa, ut jam dictam libertatem sibi fere ablatam recuperare, ac retinere posset. Quid multis? Rhaetia non erit Rhaetia sine hac libertate. Tantum a veritate abest Sententia perniciocissima Adversarii, quam astutissime MAJESTATI TUÆ persuadere nititur. Sed tantum abest ut credamus Adversarium a REGIA T. MAJ. obtinere posse quod tam anxie quærit, ut potius speremus ac firmiter exspectemus a Regia Clementia Tua protectionem, libertatis nostræ tum recuperationem, tum conservationem, promittentes & Nos vicissim erga REG. MAJ. T. gratitudinem, fidem, sinceros animos.

Quae Adversarius affert de possibilitate & æquitate hujus sui venenati consilii atque pestiferi non refellimus: eorum enim iniquitas per se patet.

Igitur jam finis erit brevissimæ Apologiæ nostræ, ne MAI. TUÆ CHRISTIANISS. clementiæ, æquitati, Prudentiæ diffidere videamur.

Cæterum rogamus Deum Opt. Max. REGIAM TUAM MAJESTATEM quam diutissime salvam & incolumen conservet, omni benedictionum genere augeat, per JESUM CHRISTUM Dominum nostrum. Amen.

CHRISTIANISSIMÆ AC REGIÆ MAJESTATI TUÆ

CURIÆ Rhætorum, Anno a Nativitate Servatoris nostri 1625. die 3. Mens. Sept.

Addictissimi

Evangelii, seu Reformatæ Religionis

Ministri

nomine totius Ven. SYNODI RHÆTICÆ

Curiæ congregatæ.

Anni

Anni MDCXXV. menſe Octobri extremum clauſit diem Baro RODOLPHUS SALICEUS, qui pro recuperanda Raetica libertate, & depellendis Auſtriacis copiis, fidelem ac ſtrenuam in motibus præteritis operam navaverat. Viſitur ejus Epitaphium Malanſii marmori inciſum his verbis.

CELEBERRIMO HEROI

D. RUDOLPHO SALICÆO

LIB. BARON. A SALIS

GALLIAR. REGIS COLONELLO

RHÆT. MILIT. ARCHISTRATEGO,

MARITO DESIDERATISS.

ANNA DE HARTMANNIS

M. P.

OBIIT DIE OCT. M.D.C.XXV.

CUM VIXISSET ANN. XXXVI.

VIVIT POST FUNERA VIRTUS.

---

§. II.

§. II.

Galli Promissa elusoria. *Pax Monzonii.*

Redactis sub potestatem subditis Provinciis exspectabant Raeti sibi secundum Regiam fidem restitui. At longe alia cogitabant Duces Galli, muneribus Valtelinensium demeriti. Exponemus factum verbis JUVALTÆ quo inter alios arbitro res acta est. Mense Novembri inquit CHRISTOPHORUS LHENERUS Consul Curiensis a Coevreo ex Valle Telina Curiam rediens retulit eligendos esse, qui ad illum se conferant, illum enim restitutionem nunc ipso effectu praestare velle. Nuncius iste magno applausu exceptus fuit; hinc electa Legatio satis numerosa ad apprehendendam possessionem, quam fallaci spe jam percipiebant. Non nulli Legationem tam honorificam donis ac precibus ambiverunt. Postquam igitur ineunte m. Decembre Sondrium appulissemus, Cooevreo Legationis nostrae causam exposuimus. Respondit ille: tractandum esse de CONDITIONIBUS Restitutionis; & cartula in manus sumta conditiones Legit ab Aliis (ut ajebat) propositis, quæ continebant, *ut subditi liberam Magistratuum Electionem haberent, & Jurisdictionem tam civilem quam criminalem absque Rhætorum impedimento exercere possent. Cætera ad Supremum Dominum spectantia Grisonibus relinquerentur; Vallem tamen cum armis ingredi nequirent: Valtelini tributi nomine annuatim vigintiquinque coronator. Millia numerare tenerentur*: Volebatque super eas mentem nostram audire. Erant cum haec agerentur cum Covraeo etiam PETRUS MALO antehac Thesaurarius, nunc ut ajebant Consiliarius, Expeditioni adjunctus, & MEMMINIUS Secretarius, cujus consilio multum Cooevræus tribuere videbatur. Hoc Nobis prorsus inexspectatum accidit: Sumto interim ad consultandum spatio postero die respondimus: " Clementissimi „ nostri Regis litteras Nobis testari eum velle Nos a defectione sub„ ditorum & injustis armis Hispanorum oppressos sublevare, & restituto „ dominio in pristinum statum collocare: (Quod & pariter Regis Mi„ nistri asseverarunt) cumque Deus Regis & confederatorum pro jus„ tiori causa sumta arma prosperaverit, ac D. Marchio Dux Exercitus

„ feliciſſimus, ſuperatis fortiter tot difficultatibus, & fractis Hoſtium
„ conatibus Vallem Telinam feliciter recuperaverit teneatque: Superio-
„ res noſtros perſvaſum habuiſſe Dn. Marchionem Nobis poſſeſſionem
„ Vallistelinæ traditurum: ac in hunc finem ab ipſis nos miſſos, nec
„ Mandata noſtra ſe ulterius extendere ad tractandum. „ Super Articulis propoſitis declaravimus: Eosdem fere Articulos Nobis ab Hiſpanis Hoſtibus fuiſſe propoſitos, a Rege & Ejus Miniſtris Nos aequiores ac tollerabiliores Nobis promittere. „ Ad haec Tres illi ſe invicem intuentes riſerunt: fortaſſe Nos Somnia ac ſpes vanas Nobis fingentes ridebant. Inſequenti die Conſulem Lehnerum & me ſolos ad ſe vocarunt Cooevræus & Memminius, dixeruntque cupere ſe a Nobis intelligere cauſas, cur tantopere articuli illi Nobis diſpliceant; cum tamen ex 25000. coronatis annuis plus utilitatis in communi percepturi ſimus, quam nunquam antehac, & ulterius apud Nos remaneant Jura ſupremi Dominii, quod in ſe comprehendit Foedera ferire, de bello & Pace diſponere, tranſitum concedere, monetam cudere, & alia ejusdem tenoris. Reſpondimus, Nos iſtos fumos nihil pendere. Quale enim Dominium noſtrum foret, ſi quidpiam imperaverimus, & ſubditi reluctentur, Nobis tamen non liceat nec Armis nec poenis ad obedientiam compellere: Sic penes Nos erit Arbitrium Imperandi, penes illos erit Imperium impune detrectandi. Quod ad utilitatem ex 25000 Cor. diximus, ſi in ſolvendo tergiverſari voluerint, Nos eos ad ſolutionem adigere non poſſe, cum Magiſtratum in illos non habeamus, nec armis cum illis agere poſſimus, ſicque omnis Nobis via praecluſa ſit. Praeterea cum vinum ab illis emere & alia commercia illic exercere ſoleamus, hinc illos facile excogitare aliquid poſſe, ut ultra 25000. Cor. a Nobis exigant, Nosque illis tributarii fiamus. Addidimus. Si Articuli hi introducantur, tranſitum per Vallem Telinam in Hiſpanorum manu futurum, qui Volturenis vicini ſint, & quibus hanc libertatem ſuam debeant ---- Ad hæc illi reponebant, Circa tranſitum Regi Suo id curæ fore; & ſi in ſolvendo defuerint poſſe Nos ad Regem recurrere, qui illos efficacibus mediis ad ſolutionem adiget; de reliquis difficultatibus ſe cogitaturos: poſſe enim ſic Articulos in favorem Griſonum declarari ut multae difficultates tollantur. Haec noſtris retulimus. Adii etiam ſolus Dominum Aloyſium, Proviſorem Venetum, Virum auctoritate & prudentia conſpicuum, ſupplexque ipſum rogavi, quoniam inquiebam Reſp. noſtra poſt Deum Reip. Venetae

plurimum confideret, ut Nos consilio suo bearet, & quid Nobis in hoc rerum cardine agendum sit declararet. Is humaniter respondit: *Io mi stopisco di queste novità: Io vi ho dato parte a la Republica, & sin ora non ho risposta, e senza ordine non posso parlare; Venendomi qualche ordine non mancherò di farlo intendere quanto prima &c.* Consului etiam Ducem de Candales Venetiis venientem & in Galliam tendentem. Is acriter dissvadebat de his Articulis tractare, & Regem de his melius informandum esse dicebat. Nos igitur mandatis nostris insistentes de reditu ad nostros deliberavimus, idque COOEVREO significavimus. Ad hæc ille expalluit, indignationem inde conceptum celare non potuit. Petivimus facultatem decem modios vini (10. *Saum Wein*) pro quolibet Legato emendi, erant autem novem: Sed satis aegre id concessit ea conditione ut in oppido Tirani emeremus. Postea rescivimus in illa cella vinaria repositum esse vinum confiscatum, seu ex confiscationibus proventum, & Memminio donatum fuerat. Sed modius nonnisi 48. libris veniebat, cum tamen alibi libris tantum 32. veniret. Hæc erat gratia, sed non gratis data. Dum Hispani Vallem Telinam tenebant, vectigal ab iis qui emebant pro modio 4. cruciferos exigebant: Papalini vero 2. cr. contenti erant, sed Galli integrum coronatum postulabant. Hinc Archidux Austriæ etiam in sua ditione occasionem arripuit novum Ejusmodi vectigal imponendi, ut pro modio grani inde extrahendi cr. 40. pendere magno nostro damno cogeremur, & cum de innovatione quaereremur responsum tulimus: initium a Nobis esse profectum, & tandem vix obtinuimus, ut tertia pars remitteretur: reliquum immortale erit. Sic alienam culpam luimus. E plurimus actioniqus apparebat Gallos a Raetis aversos in subditorum favorem inclinare. Nec mirum. Nos Raeti enim causae aequitati fidentes & promissis Regiis innixi eorum tantum executionem indubiam praestolabamur: Subditi vero Gallos donis & muneribus assidue colebant, & omni officiorum genere demerebantur, eoque modo gratia apud ipsos praepollebant. Antequam Sondrio abiremus, Doct. Schenardus dixit duobus nostratibus: *Voi non volete accettare questi articoli? Se i Capitoli saranno accettati in Francia, in Spagna, ed in Roma, e Voi Grisoni restarete Co* .... Hic quamvis semifatuus haberetur, hac tamen in re verus vates fuit. „ Hucusque Juvalta *v*).

 Interea

v) Conf. Vauciennes Tom. II. p. 37. sq. Sprech. p. 441. sq.

Interea Pontifex URBANUS VIII. ſive ob eluſam Cardinalis Nepotis legationem oſtenſurus ægritudinem, ſive opinionem animi in partes Gallicas inclinatioris amoliturus, fecit locum conſilio Hiſpani Decembri menſe currentis Anni annuit, Duce Torquato Conti Duce Guadagnoli (qui poſtea in Exercitu Caeſareo fortiter actis celebritatem nominis conſecutus eſt) exercitum ſexmille peditibus & ſexcentis Equitibus conſtantem inſtruere, qui copiis Hiſpanicis juncti, occupatas a Cooevræo terras repoſcerent, ſubque Depoſitum S. Sedis ut fuerant reducerent. Hiſpani ſumtibus alebatur exercitus. Id agi audiens Gallus, confeſtim Mareſciallum Baſſompetram in Helvetiam mittit, qui Salodorum convocatis m. Jan. MDCXXVI. Helvetiorum Legatis, petiit communem operam pro executione Tractatus Madrilliani, & ut ejus exſecutionem impedire conatibus tranſitum per ſuas terras denegent. Reſpondere Helvetii unanimes: *Ex ſua Sententia debere ſubditas Regiones ſuis legitimis Dominis Raetis reſtitui*: addebant Catholici, *ſibi ſummopere eſſe in votis, ut nec aliud Religionis exercitium quam catholicum, nec alii officiales quam catholici dari ſubditis queant.* Hujus concluſi copia confeſtim Romam miſſa, adnexa ad Pontificem Paraeneſi, qua eum ut Patrem univerſalem ad pacem exhortabantur. Offenſus eo propoſito Pontifex, reſpondit Brevi ſub annulo Piſcatoris d. 17. Febr. 1626. dato, quo praeter alia dicitur: *poſſe ab Ecclesia exprobrari Pontificatui Suo ſocordiam, ſi ſecundum Griſonum Haereticorum vota pateretur impune laeſam eſſe in Valletelina dignitatem Apoſtolicae Sedis, quam religioſo obſequio Regnantes proſequuntur. Transfiguntur quidem gladio doloris viſcera Pontificiæ caritatis*, (ſunt Brevis verba) *ubi Nos conciliatorem Pacis ad eam miſerrimam neceſſitatem adduci videmus, ut armis cogamur Pontificatus dignitatem propugnare: at enim ubi* defendenda eſt Religio, Maledictus Homo qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. *Hoc Prophetæ oraculo quaſi tuba coeli aures noſtræ perſonant, arma paramus ut expugnemus impedimenta concordiæ — Quare vix dici poteſt quam invitis Romanæ Eccleſiæ auribus acceptum ſit Salodorenſe Senatus conſultum, quod in ſpem iterum occupandæ Vallistelinæ Griſones Hæreticos vocat. — Poteſtne Romanus Pontifex, cujus fidei Salutem fidelium Spiritus S. commendavit fieri Auctor ullius Decreti, quod Haereticorum Tyrannidi ſubigat catholicam libertatem? Tanta pietate fortitudinem Helvetiæ armatam eſſe credimus, ut ſimul ac audient vocem Beati Petri Pontificio ore loquentis ſperemus*

Vos

Vos ab ea Sententia non discessuros, per quam diu Ecclesiasticæ libertatis Defensores nuncupamini. Nunquam certe Nobis persvadere volumus portentum tam horribile a præsenti ætate aspiciendum esse, ut catholici Helvetii auxilia atque arma præbeant iis exercitibus, qui in Valletelina pro Hæreticorum imperio dimicabunt. Imitemini Majores Vestros Dilecti Filii, nec patiamini tantam Helveticæ Gloriæ notam inuri &c. y). Coram Helvetiis congregatis etiam se stiterat CASPAR SAINUS Capituli Curiensis Decanus, petens Vallem Telinam Episcopatui restitui, & Raetos ad Capitulorum cum Nuncio Scapio Ao. MDCXXIII. d. 18. Dec. initorum observationem adigi. Sed haec illi auribus percepisse satis habuere.

Haec dum aguntur in his partibus Dni. de Fargis Gallici in Hispania Legati, & Comitis de Olivarez, opera consentientibus Monarchis Conventio firmatur, quae a Monzonio Arragoniae urbe, in qua Ao. MDCXXVI. d. 3. Mart. signata est nomen meruit. In ea Galli de excludendis Valletelina Raetis, juxta articulos Supra a Cooevraeo propositos concluserunt, idque Raetis, de quorum corio agebatur absentibus, imo nec monitis, & ne salutatis quidem, ac si illud negotium illos nil adtingeret; quin & stipulati sunt Raetos vi ad observationem cogere si contranitantur. Facta est Tractatio etiam Sabaudo & Venetis insciis, qui tamen maximos in ea expeditione sumtus fecerunt z). Constat Tractatus Articulis XX. ex quibus primarios rem Raeticam & cum ea Religionem Evangelicam tangentes apponimus: caeteri nonnisi horum appendices sunt.

Artic. II. *In Valletelina, Comitatibus Clavennæ & Burmii nulla alia in perpetuum vigeat Religio quam Catholica, Apostolica, Romana, cum expressa exclusione alterius exercitii cujuscunque Sectæ aut Religionis, sic ut observatio perpetua hujus articuli in ea Regione perpetuum exstet memoriale pietatis ac Zeli duarum coronatum, quæ conjunctim ad hoc conservandum obligantur.*

III.

y) Vid. ipsum Breve, in Ambassade de Mr. Bassompierre Tom. II. p. 214. sq.
z) Vauciennes Tom. II. p. 76. sq. — 91. &c.

III. *Valtelini & Homines Comitatuum Burmii ac Clavennæ poterunt eligere ex suis, suos Magistratus, Iudices, Gubernatores, sive Catholicos Grisones sive Valtelinos; sic ut huic electioni se Raeti opponere non possint, nec requiratur ipsorum approbatio, sed tantum confirmatio. Et licet non dubitetur Raetos confirmationem daturos; tamen etsi eam dare nolint, satis esse si petita sit. Et si post tres petitiones eam dare differant, & octo dies post petitionem elapsi sint, Raeti pro prima vice trium annorum Jus confirmationis amittent, nec propterea potestas aut exercitium Magistratus electi erit suspensum aut interruptum, sed Persona electa exercebit officium suum eodem modo ac si confirmationem obtinuisset. Si in sequenti electione Raeti rursus confirmationem denegent, hoc ipso Jus confirmationis in perpetuum esto amissum.*

IV. *Electi Iudices, Gubernatores, Magistratusque alii potestatem habeant definitive judicandi, & Raeti non possint illorum Sententias ulla de causa annullare, vel exsecutionem impedire. Adeoque penes illos stabit ordinare, disponere & exsequi omnia quæ requirit officium Magistratus, Apostolicæ denique Romanæ Religionis Bonum.*

VI. *Nullus Rex aut Princeps vel alia Potestas attentare, retardare, impedire, audeat exsecutionem horum Articulorum, aut quidpiam aliud suscipere sive in favorem Grisonum, sive Valtellinensium & dictorum duorum Comitatuum: & qui fecerit incurret offensam duarum Coronarum. Duae Coronae se obligant per omnem viam justam & æquam manutenere hos tractatus, efficereque ut sine mora exsecutionem sortiantur.*

IX. *Quoniam Valtellini & duo Comitatus per hunc Tractatum novo jure fruuntur eligendi suos Magistratus, debebunt Raetis solvere Summam pecuniarum eorum publicæ ac particulari utilitati proportionatam, quantam Raetia universa & particulares Personæ ex Gubernatione dictæ Vallis ac Comitatuum percipiebant, Et si Raeti loco exsecutionis arma arripiant, ambo Reges declarant ipsos ex nunc exclusos & privatos tum dicta pecuniarum Summa, tum confirmandi Jure.* XIII.

XIII. *Capitulata hæc omnia cum hac præ suppositione intelligi debent ut primo & ante omnia fortalitia Vallis Telinæ & Comitatuum Burmii ac Clavennæ, atque omnia alia quæ illis in locis per arma Ligae, aut per arma Catholicæ Majestatis Superioribus motibus occupata fuerant, in manus Suæ Sanctitatis consignentur.*

Act. Monzone die v. Martii Ao. MDCXXVI.

Tractatum Oratoribus Raeticarum Communitatum Pesclavium ad d. 11. Sept. evocatis Memminius aperuit, insuper lecta oratione svasoria affabre concinnata, qua postquam Regis sui in Raetos benevolentiam magnifice prædicavit, eum RÆTIÆ RESTAURATOREM nunçupabat: Ejus armis ajens pullos Austrios, Tractatum Lindaviensem & quoscunque alios sublatos, imperium ad modum quo ante Annum 1617. possidebant, restitutum. Duo tantum Valtelinis esse data, solius Religionis Cath. exercitium, & Justitiae administrationem. At quoad illud, Religionem Protestantium non ita pridem introductam pleno jure gloriari non potuisse; ea exclusa obedientiam fore promtiorem. Quoad hoc; insignem pecuniae Summam in Raetiae aerarium redire, ac nundinationes ac simultates officiorum causa nasci solitas, nunc desituras, quod causa sublata cesset effectus. At nec oratoribus nec Communitatibus, nec Romano - catholicis nec Evangelicis Tractatus placuit: dolebant utrique se a Gallis delusos. Privato nomine Gallicis Ministris Scriptum oblatum, cui tit: *Fideles Admonitiones Honorati Equitis in causa Raetorum & Valtelinensium.* Spargebatur etiam typis impressa *Apologia contra omnia Capitula Tractatus Monzoniani*, quibus & justi Raetorum tituli in subditas terras asserebantur, & Hispanorum, atque eorum instinctu Valtelinorum machinationes, facinoraque post patratam rebellionem declarabantur, denique præjudicia ac detrimenta quae ipse Regi Christianissimo ex hoc Tractatu nascerentur luculenter ostendebantur. At frustra Hispani Tractatui vigorem conciliaturi Ducem de FERIA Gubernatorem Mediolani, Auctorem & fomentatorem turbarum sedulum gubernio Mediolani amoverunt, substituto in ejus locum ipsius affine Don Gonzales de Cordoua, mitioris ingenii Viro. Hinc Galli nolentes Hispanis fide

esse

esse secundi, Tractatus exsecutionem urgebant. Sabaudi offensionem placabat Dux Bullionaeus a Rege expresse missus spe tituli Regis Cypri: Venetum Senatum mitigabat Dux Carolus Alba Spinaeus Marchio Castelnovi per Raetiam eo profectus oblatione foederis defensivi, & transituum Raeticorum. Raetos in obsequio Regii Ministri continebant spe favorabilis explicationis Tractatus Monzoniani a Rege Christianiss. faciendæ. Quam licet pulcre videbant Raeti esse exiguam, quod remanente substantia non apparebat quomodo explicatio proferri posset, quae desideriis satisfaceret: nihilominus cum Gallos haberent adversarios, Hispanos hostes, Pontificem infensissimum, a temporis vicissitudinibus consilium & opem praestolari voluerunt, Tractatu Monz. interea nec recepto, nec rejecto. Sic. m. Martio 1627. missi ad Christianiss. JO. GULERUS, Colon. SCHAVENSTEINIUS, & Regius Interpres ANT. à MOLINA. Anno interea MDCXXVII. m. Febr. Cooevræus Volturenam, Clavennam, & Burmium, post aequata solo fortalitia nuper exstructa, secundum pacta, Pontifici Exercitus Duci Alexandro Sacchetti consignat; ipse Martio sequenti, adeoque uno post initam Capit. Monzon. anno copias secum quas e Gallia adduxerat, abducens una cum Duce de Castelnovo Raetia excessit, relicto qui Regii oratoris munere abiret in Raetia Memminio. In Galliam redux a Rege honoribus ob feliciter praestita, & elogio Marescialli Franciae cumulatus est *aa*). Gulerus & Schauenstenius post sex mensium absentiam vacuis manibus redierunt: demum post XVIII. mensium moram Anno nempe 1628. m. Iun. Molina Explicationem Tractatus e Gallia adtulit, cujus delineationem diu ante ipse Memminius, Raetorum nempe mentem exploraturus. Raetis adumbraverat, addita contestatione quantum cupiat ipsorum commodis inservire. Addiderant Raeti haud pauca: Sed additiones illae in Explicatione quam a Molina adlatam protulit omissæ erant, certo indicio aut in Galliam missas non fuisse, aut in Gallia expunctas. Quidquid tamen id erat, omnibus displicebat et Voltureni Explicationem allatam cum derisu rejecerunt edocti ab Hispanis Tractatum a duobus Regibus factum, ab iisdem conjunctim, non ab uno separatim explicandum esse *bb*). Sic expli-

aa) Exemplum Regiæ Explic. Tract. Monz. exhibet Vauciennes T. II. p. 209 - 217 Pag. 113. Spr. p. 467.

bb) Conf. Spr. pag. 476.

explicatio nil profuit licet aliquot florenor. millibus conſtiterit. Hic exitus fuit auxilii Gallici tantopere praedicati ac deſiderati, cui fidentes Raeti plus quam par eſt proprii quoque foci ſuperſtruxerant ſecuritatem. Fuit hinc Poëta qui pro Raetia ſua hunc in LUDOVICUM XIII. leſſum effudit.

Nomine ſi juſto JUSTUS Ludovice vocaris
Atque Suum tribuit Virtus Aſtræa cuique
Et mea Tellina eſt, multos poſſeſſa per annos
Sumque Ego perpetuo TIBI Rhetia federe juncta
Cur mihi non reddis Rex o Ludovice Tellinam
Cum poſſis teneasque tuo moderamine ſtrictam?
Cur tua Rex trucibus tetrisque rebellibus arma
Nunc faviſſe patet, potius quam foedere junctæ?
An fors exemplo ſervit foviſſe Rebelles
Linquere perpetuo conjunctam federe Amicam?
Cur qui perpetuo juncti ſunt federe Amici
Abs Te non poſſunt ſperare quod inde ab Ibero
Si illum forte ſequi voluiſſent, tunc potuiſſent?
Num Tibi forte favent Rhæti minus? atque Rebelles
In Te propenſi Tua quaerunt commoda, Ibero
Infenſi? Tibi fidi? Heu longe hæc cæca libido.
Theſauri Ergo Tibi exhauſti ut dominetur Iberus
Et Tua ſubjectis langueſcat Gallia Rhetis.
Quid Rex Tellinis debes? Quid non mihi debes?
Et Tua quo tendunt promiſſa antiqua fidesque.

Quod Te constanti semper sum corde secuta
Quod non discessi, quod adhuc conjuncta Ego persto
Quot mala perpetior? Quantis petor usque procellis?
Nonne Tui causa vicinus me odit Iberus
Atque Potens tetris me devovet Austria diris?
Quid deinceps faciam si me pertentet Iberus?
Num sequar? An constans deinceps invicta manebo?
Vix potero nisi restituas REX MAGNE quod opto
Namque Duum generum Nati, quos vix Ego magnis
Contineo votis mihi sunt: Sunt omnia plena
Dissidiis in me: Meliores jam quoque nutant.
Ah noli REX MAGNE precor, REX JUSTE precabor
Ne me quam prisci Reges fovere relinquas.
Redde precor præcepta mihi: Hic, Hic Te decet actus
Namque Amo TE vero, vero complexa in amore.



§. III.

Status Religionis Evangelicæ Duce Coevræo in Raetia degente.

Coevræus reducta in pristinam formam Raetici corporis compage, utrique Religioni tam Evangelicæ quam Romano - catholicæ eandem libertatem, que ante invasionem Austriacorum fruebantur, constare voluit. Eamque legem, ut unionis instauratæ vinculum efficacissi-

tacissimum tam Sancte observavit, ut nec Valtelinos exclusionem exercitii Evangelici postulantes exaudierit, Evangelicis vero Pesclaviensibus facultatem ordinarium aversendi Pastorem liberaliter dederit *a*). Hinc Ministri Tertii Foederis, post discessum Capucinorum ad Ecclesias suas redierunt, ubique recepti cum lætitia, qualis oriri post privationem solet. Rediere & inferiorem Engadinam, sed Templorum usum non obtinuerunt, remanentibus ubiuis locorum Capucinis, e quorum manibus vi extorquere populi abstinuerunt, nolentes crabrones irritare; felicibus enim in proxima Germania Cæsareanorum armis, tum ipsi, tum per suos, fractum præteritis malis populum imminenti periculo & minis continuo terrebant *). Hinc rebus tam dubiis qui ad Monasterienses, & Pesclavienses se conferret, & collapsum Evangelicum exercitium instauraret, repertus non est. Multa adhuc in locis illis Austriacæ ditioni vicinis sibi licere volebant Evangelio infensi. Ausus fuerat Thomas Schucanus, Zuzziensis, (Pater Esajæ Schucani, de quo dehinc mentio) octogenarius, m. Febr. Ao. MDCXXVII. negotiorum gratia dies aliquot in Valle Monast. hærens, privatis Sermonihus, quibusdam convenientibus, de rebus Sacris dicere ad confirmationem in fide quam profitebantur, at a Curiensi Episcopo JO. FLUGIO, post variorum intercessionem 50. coronatorum poenas dedit,

Yyy 2 non

a) Conf. Vauc. Tom. I. p. 90.

*) Ex Act. Coll. Super Engad. ad d. 8. Aug. 1625. Comparuit coram Ven. Coll. Dn. Nicolaus Anthonius (Vulpius) Pastor Eccl. Ramussiensis, Dn. Io. Nicolaus (Zodrellius) Pastor Eccl. Susiensis, nec non Dn. Anthonius Saluzzius Ministralis Fettaniensis, ac nomine Ecclesiarum Inferioris Engadinæ proposuerunt minas & sanguinaria quædam consilia contra illas capta nisi Ministros Evangelii dimittant, remque eo devenisse ut Communitatibus omnibus hæc quæstio in deliberationem venerit: *Num Ministri sint ablegandi, nec ne?* Communitates decreverunt Ministros retinendos esse, habito interea etiam consilio Communis Superioris Engadinæ. — Ven. Coll. consultum judicavit operam esse dandam ut Legati, qui ex nostro Communi ad proxima Comitia Curiensia eligentur, rem coram Comitiis proponant, efficiantque ut nomine Trium Federum litteræ exarentur ad Dn. Marchionem Coverensem, quibus urgeatur pollicitatio saepius ab ipso & aliis Regis Ministris iterata de libertate conscientiæ, liberoque predicationis Evangelicæ erercitio permittendo; deinde ea de causa litteras perscribere tum ad Dn. Jo. à Porta Theologum Castrensem Exercitus Dni. Salicæi, tum ad Dn. Georgium Saluzzium (Past. Curiensem); inprimis vero consulendum esse Dn. Legatum Anglicum Dn. ISAACUM WAKE Gallias petentem.

non ſine addita indulgentiæ ſignificatione. Auditorum alii 5. Alii 10. Alii 15. Alii 20. coronatis, pro aetatis, & conditionis ratione mulctati. Eo menſe derepente Burmii comparuit Pontificius quidam ſive Nuncius, ſive Inquiſitor, ad quem coacti Engadinæ inferioris Capucini, Vicarius item Schludernenſis, aliique ordinis Religioſi, de expulſione Miniſtrorum, & conſervatione ſolius Rom. - cath. exercitii in locis quæ adhuc tenebant, conſilia ceperunt. Monaſterienſibus ſæpius minaciſſimi Auctores ac Svaſores fuere Iacobus Flugius Præfectus Epiſcopalis Fürſtenburgi, & Georgius Helſius Archiducis LEOPOLDI nomen prætendens, ut ſolenni juramento fidem facerent de nunquam in ſuam Tellurem vocandis Miniſtris, aut mutandis catholicis Sacris inde a Septennio iſthic introductis. Quin toti Populo ad fanum Parochiale D. Mariae die 19. April. convocato declararunt, præter Romano-catholicam aliam in Valle non tolerari Religionem, eoque nomine juramentum frequentandi Miſſam expreſſerunt. Graves hinc in Comitiis m. Majo Curiæ celebratis quærelæ, clamantibus Monaſterienſibus de vi conſcientiæ illata intoleranda, & Engadinis inferioribus ſuorum Templorum uſu diutius excluſi nolentibus. In preſſorum favorem edixere Comitia libertatem Religionis utrisque ſalvam ac ratam ſtare debere, perinde ut aliis Raetiæ Communitatibus, ſvaſere tamen omni innovatione abſtinere usque ad reditum trium legatorum, quorum ante meminimus, e Galliis; cavendo nempe ne hac de cauſa publicum negotium in illa Aula periclitaretur, tardareturve *b*). Ejus Anni MDCXXVII. Kal. Septembr. in Palatio Epiſcopali ſupremum obiit diem Epiſcopus JO. FLUGIUS, qui vitæ preſentiſcens finem, de Succeſſore qui coepta ſecundum ſua deſignata perduceret, ſolicitus paucis ante obitum diebus infulam reſignavit, vocato prius ad ſe Placentia Nuncio SCAPIO. Hic ad nutum præſto, quamprimum Curiæ fuit ſua auctoritate effecit, ut plurimum ſuffragiis ſurrogaretur Capituli Cur. Canonicus GEORGIUS THEODORICUS Decanus Capituli Conſtantienſis, ſimulque Archiducis Leopoldi Conſiliarius. Hic vero videns electionem diſplicere Cathedrali cumprimis Federi, quod articulorum cum LUCIO YTERIO Ao. 1541. pactorum obſervationem poſtulabat, inque ea cauſa a duobus cæteris Federibus ſuſtentabantur: jurisque ſui deductionem luculentam abs Jac. Schmidio Ilantino, & Fort. Sprechero Davoſiano

a) Sprech. p. 469.

Davosiano, clari nominis Jurisperitis confectam edi curaverat *), sumere infulam recusavit c). Novo igitur Scrutinio Successor electus JOSEPHUS MOHRUS Cathedralis Engadinus Cernezio ortus, qui stipulata Articulorum praedictorum observatione, ab Nuncio SCAPIO, assistentibus Georgio Abbate D. Lucii, & Lotho Abbate Monasterii Augiæ - minoris, quod est Brigantiæ, die XVI. Octobr. consecratus est, Præsul in Muneris partibus obeundis Solers, & a seculi curis plerumque a gliscentium factionum studio promanantibus, per quas Antecessor innumeras molestias ac cum odio pene etiam nomini suo maculam accersiverat sedulo abstinens. Discessum parans SCAPIUS, cum Raetorum videret Senatum congregatum, abs eo d. 20. Octobr. observationem Tractatus se cumprimis Auctore ante quadriennium initi, imperiose postulavit, inter alia ajens, *nisi exsecutionem obtineat, fore Ecclesiasticos coactos Potentissimorum Principum implorare opem, de quorum auxilio se certos esse.* Late nempe illo tempore per Germaniam grassabantur Cæsaris arma, a fortissimis Ducibus Tillio, Fridlandio, & Pappenhemio ducta. Hoc ultimum ejus in aërem vibratum fulmen: die nam 28. Octobr. Raetia excessit, non amplius reversus d). Novus Episcopus documentum sui pro conservanda catholica Religione Zeli daturus, ultima Decembr. secum habens Capucinum Ignatium qui Pontificis in Raetia Missione se Commissarium appellabat, coram Raetico Senatu comparuit, petens Templa inferioris Engadinæ solis Catholicis adjudicari, tum varias ob causas, quas non allegabat, tum maxime ex hac quod major illorum Templorum pars vastatione Superiorum annorum incendiis absumta nunc ære Principum catholicorum, reparata sit. Fecisse vero id in suorum gratiam dicebatur Episcopus, & ne Capucini conatus in locis illis improbare videretur; secus enim postea innotuit illum duritiem cum populis illis adhibitam detestatum esse. Non tacuere Inferiores Engadini, dicendo Templa a Majoribus suis fuisse exstructa, Eorumque locum tenere se; nullamque se videre causam cur hoc tempore libertati tam corporum quam Animi restituti bonis

*) Illud Consultum conscriptum est & habetur MS. lingua latina: in germanicam vero translatum Sæpius typis expressum est, ultimo Ao. 1755.

c) Pag. 471.

d) Pag. 475.

bonis a Patribus juste relictis arceri debeant: Addebant tamen *se stricto jure uti nolle, verum etiam communem usum catholicis, ubi sunt,* multi enim erant pagi, ubi ne unus quidem catholicus, *concedere velle.* Parum tamen profecere. Vetuit Senatus Engadinos quidpiam hac in re novare, mandavitque Templa sub potestate Catholicorum usque ad proximum Pascha Anni MCDXXVIII. manere debere; spe facta interea temporis in consilium vocato Memminio de mediis dispiciendis, per quæ lis tollatur, Partes concilientur *e*). Nihil tamen in causa actum, tenuereque Capucini Templa. Peiori adhuc loco stabat res Evangelicorum Monasteriensium. Eos enim ferox ille Capucinus P. Ignatius Sanctæ Mariae fixa Sede, Episcopali auctoritate istructus, & Præfecti Fürstenburgici, vicinorumque Tirolensium promtis auxiliis munitus multifariam vexabat, quoquo modo agens ut nolentes volentes in gremium Romanae Ecclesiae compelleret. Adeo inmitis erat Homo ille ut Evangelicis licet incolarum maximum numerum conficerent, & coemiterium & campanarum usum denegaret *), nulli Ministro in Regione morandi veniam daret, nec fieri admitteret ut ad inferiores Engadinos audiendarum S. concionum ergo quisquam excurreret, unde confirmatus in sua fide rediret, ad alios confirmandos aptus. Ejus impulsu d. 16. Jul. MDCXXVIII. abs Fürstenburgico Pæfecto Casparo a Præpositis Templi Parochialis S. Mariæ valuis Mandatum affixum sub poena confiscationis & relegationis vetabat ire

e) Pag. 483.

*) Ex Memoriali Evang. Monast. ad Senat. d. 22 Aug. 1628. *Jetz vor 7. Tagen ist eines Evangelischen frommen Manns junges Kindlein gestorben, und da man Ihn begraben wollen, hat der Priester nit wollen begraben lassen, sondern mit Gewalt gewidriget. Das ist nicht wie Pater Ignaz prætendirt hat, und gesagt, der Frydhoff sey getheilt. Wann das wäre, so hätte man auf unsern Theil ohne Verhinderung vergraben lassen können. Nun ist man fortgefahren und begraben. Da hat ermeldter Priester ausdruckenlich gesagt: Wann es eine grosse Person wär, wollte er selbst sich unterstahn die aufzugraben, und über die Bruck hinabzuwerffen; und so man Ihm Widerstand thun würde, wolle er zum Hauptmann auf Fürstenburg um Hilf schicken, das er mit einem Anzahl Volks zu seinem Schirm ankomme. — Der Hauptmann hat im Nahmen Ihro Hochf. Gnaden stark protestirt, das Wir uns nach dem mit Bischoff JOHANNES seel. Gedächt. Ao. 1627. errichteten Tractat, (So nicht mehr gültig) vertragen sollen; wo nit, werden Wir sehen was daraus entspringen werde &c.*

ire in alia loca ad S. conciones audiendas: cujus quidem rigor Senatus Raetici ac Legati Memminii apud Episcopum mediatione mitigatus fuit, mulctis remissis; non tamen Templi usus aut ordinarium suæ Religionis exercitium eis dare Senatus voluit donec Deus tranquilliora tempora monstraret *f*).

Nec Sereniori coelo gaudebant Evangelici Pesclavienses. Annitente omni studio LAZARO CARAFFINO Comensi Episcopo, ut profligata quam dicunt hæresi sola cis montes catholica floreat Religio, totos quattuor annos, post stragem Evangelicorum isthic editam, religionis exercitio caruere; Raetorum de Religionis libertate legibus, Coveræique edicto aut dissimulatis aut delusis. Februo demum mense Anni MDCXXVII. a Coveræo ex Valle Telina discedente intelligentes ex Regia voluntate liberum sibi quoque suæ Religionis deberi exercitium abs Colloquio Superioris Engadinae Pastorem petiere sive ordinarium, sive ad tempus tantum, donec proprium nanciscantur, quem Tiguro vocabant Vincentium Paravicinum Colloquium non habens in Ministrorum penuria quæ tunc temporis erat, quem daret ordinarium, ex suo numero decrevit, qui Ecclesiæ illi per vices inservirent, donec proprium accersiverint, & quia in faciendo initio nonnihil difficultatis suboriri videbatur, res tota sorti commissa; quæ primo loco Esajam Schucanum tetigit Pastorem Comogascensem, secundo Lucium Papam, Samadoenum, tertio Iac. Rampum, Scamffiensem, quarto Hectorem Geerum, Pontrasinensem, dein cæteros suo ordine. Pesclavium veniens Esajas d. 5. Martii, exceptus fuit ab Ecclesia magna lætitia, sui muneris fecit functiones prohibente nemine; quantumvis fremeret Nuncius SCAPIUS *) & Novocomensis Præsul, asperis

f) pag: 469.

*) Ex Ambassade de Mr. Bassompierre, Tom. II. p. 266. & litt: Ejusd. ad Mr. le Marecha. de Cooevres du 20. Fevrier 1626. La colere que Mr. le Nonce Scapi a eu contre moi n' a pas rompu nôtre intelligence. J' en ay reçu trois ou quatre lettres depuis quinze jours, & il m' addresse les plaintes qu' il n'ose vous faire — l' une concerne la permission que Vous avez donnée aux Ministres Protestans d' aller précher & baptiser a Poschiavo, contre l' ordinaire pratique — A quoi Je lui ait repondú apres en avoir consulté avec Mr. Malo, que cette permission ne durera pas plus longuement, que les neiges & le mauvais

asperis litteris catholicos ejus Regionis numero & viribus utique Superiores ad abigendum Ministrum nuper adductum hortaretur *), idque ipsum vehementibus concionibus Quadragesimalibus urgeret Capucinus P. Alexander Scatzi: quibus quidem effecerunt ut Evangelici Voltureni, qui in ea Terra subsederant, ante Paschatis festum solum mutare juberentur *g*). Dum venire Tiguro tardat Paravicinus præter exspectationem opportune ex Austria appulit Jacobus Serena Matossus, juvenis erudite pius, & Pesclaviensis, qui d. 7. Decembr. 1627. feliciter superato examine abs Colloquio Synodali auctoritate instructo Ecclesiæ præfectus est, cui fideliter præfuit ad Anni usque 1630. finem, quo a peste grassante abreptus est, lætante Comensi Episcopo, omnemque

mauvais tems: que neanmoins Je Vous en ecrirai, pour vous supplier de la revoquer & Mr. Malo m' ayant dit que Vous Seriez bien aise pour vous decharger de l' importunité que les Grisons Protestans Vous en pourroient faire, d' en avoir un commandement du Roi, Je lui en ai mandé un mot en ma derniere depeche, & Vous envoyerai la lettre qu'il Vous en ecrira dés que Je l' auray reçûe.

*) Alli Illmi. Signori di Poschiavo. Illmi. Sigri. La nova del arrivo costi del Predicante hæretico mi e stata cosi grave, che assolutamente posso dire, che tra i molti disgusti che ho ricevuto nel governo di questa Chiesa, questa sia Stato il maggiore, prevedendo nuovi dolori alla Santità del nostro Signore, e nuove mine a cotesti Paësi, gli buoni interessi del quale, insieme colla salute dell'anime essendomi tanto a cuore, quanto ricerca il mio carico Pastorale, sono efficacemente a pregare le Signorie Vostre, che per causa sudete vogliono nel ricevere della presente subito mandar via il Predicante, acciò non diano anco occasione di mettere in campagna cosa di poca soddisfattione a me che desidero in estremo ogni bene alle Signorie Vostre, dalle quali stò attendendo risposta proportionata al mio desiderio. Mentre li prego da Dio benedetta vera felicità. Di Como, alli 21. Aprile, 1627.

Delle Sigrie. Vostre Illme.

Per Servirle Sempre

LAZARO, *Vescovo di Como.*

g) Act. Coll. Sup. Engad. Kal. Mart. 1627. Spr. p. 467.

nemque operam navante ne defuncto alius surrogaretur *). At Catholici sanioribus consiliis locum dantes, hac in re obstaculum concivibus Evangelicis ponere noluere. Hinc defuncto Suffectus Iacobus Rampa, idem qui ante cædem Ecclesiæ servierat.

In Valletelina Protestantibus nulla securitas, nec mora dabatur. Post rebellionem, qui Jura dicebant ex persecutione Evangelicorum, direptione, & confiscationibus gloriam venabantur Zeli flagrantis pro Religionis cathol. conservatione, & haereticae Pravitatis depulsione. Monachi, & alii Ecclesiastici superstitiosae plebis animos adversum illos, concionibus impetuosis, incendebant hocque studio Anno 1627. auditus

*) Id ad Eosd. d. 16. Jan. 1631. Nel progresso ch'ha fatto il mal contagioso in cotesta terra et nel remanente della mia Diœcesi intendo che sua Divina Maestà habbi levato di vita il Predicante di costà: Segno manifestissimo che habbiamo della sua misericordia Verso di Noi & perche corrispondiamo tutti del canto nostro con soddisfare al debito, mi e parso di scriver la presente alle Sigrie. V.V. & di avertirle a star oculati del canto loro, a non permettere che entre più nel Contado simil peste, opponendosi virilmente non solo a lui, ma a tutti li trattati che circa ciò si facessero dalli Heretici: sicuri che oltre l'assistentia che haveranno di Dio Benedetto, Io del canto mio non solo li porgerò tutti li ajuti imaginabili, anco co'l mandare quantità di gente ad opponersi, insieme con loro alla revolutione d'essi Heretici, ma bisognando me ne venero in persona come prontamente fara anco il R. P. Inquisitore, con tutti li suoi familiari a prendere ed il Ministro, li Fautori, et anco quelli che in ciò non havessero pienamente soddisfatto al debito loro in opponersi. Me prometto dalle Signorie V. V. et della loro molto pietà e Zelo bene conosciuto da me quando fu costa in visita, e questa virile et giusta oppositione, & ogni altra cosa che posso ajutare il bon progresso dalla nostra Santa fede, che però non mi estenderò più oltre ad inanimirle, ma si bene raccordandole il particolar mio effetto e desiderio che tegno ardentissimo d'impiegarme in tutte le cose di Suo Servitio. Resto con pregarle dal Signore Iddio il compimento d'ogni bene. Como. 16. Gen. 1631.

Delle Sigrie. V. V.

per Servirle

LAZARO, *Vescovo di Como*

auditus fuit singulariter prædicasse Fr. Ioannes Martinengus *). Plebs soluta lege in proscriptos saeviit, ubi & quomodocunque datum fuit Annis Sex a rebellione usque ad Monzonium Tractatum Iustitiae in Valle illa vix umbra **). Abs Pontifice Romano & Congregatione de Propaganda Fide svadebatur introductio officii Inquisitionis ceu medii efficacissimi ad depellendam ab hac Italiae porta haeresin: de qua dum deliberatur, Jo. Maria Quadrius Comensis Episcopi Vicarius & Praepositus Pontensis LAZARI CARAFFINI Præsulis sui mandatum die 6. Nov. MDCXXVII. publicat, quo vetabatur catholicis conversis absque venia e Valletelina ad loca Haereticorum discedere poena 500.

*) En specimen preconii Apostoli hujus in litteris ad Evang. Sondrium missis hisce. Ho inteso l'horrende biastemme de Voi ed altri Heretici Homini e Donne che sono in Sondrio dite contra la S. Fede catholica nostra: Era resoluto senz'altro da venir al debito castigo, ma voglio peccare con Voi di Sovverchia misericordia. Per tanto questa mia Servirà a Voi & altri Heretici Homini et Donne per dolce invito alla Fede Santa catholica Romana quando non vogliate visto la presente, fate che subito tutti siate fuori della Valle et confini, altrimenti guai a Voi se mi aspettatela, che al sicuro il minimo castigo ha da essere il fuoco et fiamma. Se mi dimandate con qual authorità scrivo et minaccio; dalli effetti vi accorgiarete dalla authorità mia, et di quello posso et voglio fare per nettare affatto la Valle di simil peste. Non abusate l'invito che vi faccio se non volete perder il Corpo, l'anima, le faccoltà, et ogni bene. Questa mia sarà a Voi et altri Heretici Huomlni et Donne che sono costi commune come anche sarà commune il castigo, se non obedirete. Da Ponte, il 18. Marzo, 1627.

Inscr. *A Giovanni Bongietta, Fil. Battista*
detto Sfodego, et altri. Sondrio.

Fr. Giovanni Martinengo,
Predicator in Ponte.

**) Inspiciatur in Tractatu la Valteline Schediasma a p. 208. ad 223. cui tit.

Recueil Vrai et Sincere de partie des mechancetez atroces & cruelles tirannies commises en la Valteline apres la Massacre et demeurees impunies, ensemble les transgressions des Statuts, loix criminelles & civiles, voire mesmes des ordonnances & constitutions faites a Tiran depuis le dit temps, jusque l'Ann. 1626.

500. aureorum, transgreſſoribus, & fautoribus vel diſceſſionem adjuvantibus 300. aureor. conſtituta. Eadem poena vetabatur catholicis proficiſci in loca ubi ſuam religionem exercere non detur, & ne quis privatim vel publice Sermones de Religione miſceat. Quod Edictum Jo. Iac. Paribellus Praetoris officio Sondrii fungens publice affixit hac cum additione, qua in exſecutionem Decreti a Conſilio Vallis facti omnes Proteſtantes declarabantur Proſcripti, & intra quatridum Valle excedere jubebantur, expreſſa cum Sententia, ut qui nomen ſuum non fuerit profeſſus, & commeatus publici Diploma non obtinuerit poſſit impune occidi. Haec non verba mera eſſe patuit in Joſepho Malacrida de Caſpano & Eduardo Paravicino, qui illic locorum conſpecti ex inſidiis peremti ſunt *h*). Menſe Decembri iſtius Anni Moniti Voltureni a Conſalvo Corduba Mediolanenſi Gubernatore, ad Tractatus Monzoniani tenorem ſuos ſibi Iudices eligere, leges ſibi fecerunt ſecundum quas regi volebant. Quae Religionem concernebant hæ erant. 1. *Nulli Acatholico licere in Valle habitare, ſub poena Capitis & confiſcationis bonorum unius menſis ſpatium in Anno concedi moram pro negotiis expediundis, ſic tamen ut nec arma geſtent, nec ſcandalum dent, verum de bene vivendo ſufficienter caveant.* 2. *Relapſos & Apoſtatas excludi beneficio ſalvi conductus.* 3. *Converſos non eſſe capaces alicujus officii nec in Valle nec in Tertiario, usque ad decennium a die promulgatæ legis computandum.* 4. *Perſonas quæ diſpoſitionem ſe convertendi habent, antequam detur venia in Vallem veniendi, debere coram Vallis Inquiſitore ordinario intra ſemeſtre ſpatium profeſſionem edere.* 5. *Nulli privato plures quam duos Servos ſecum habere permitti.* 6. *Sub Capitali denique & confiſcationis poena non licere privatim vel publice quidquam audere, vel tractare quod Capitulationi Mouzonianæ contrarium ſit, nec poſſe ullum privatum directe vel indirecte aliquam habere correſpondentiam cum aliquo Principe, aut Principis Miniſtris quoad publica negotia, idque ſub poena criminis læſæ Majeſtatis* *i*). Anno ſecuto in Valle comparuit titulo Vicarii Generalis & Inquiſitoris a S. Congregatione de Propag. Fide miſſus, Inquiſitoris Comenſis fiduciariis; & Gub. Mediolanenſis commendatitiis inſtructus ille Fr. Albertus de Soncino, cujus Zelum dum laniena

Zzz 2 Evan-

h) Pag 475. 476.

i) p. 478.

Evangelicorum ederetur non ignorabant, qui eum gladio prægrandi Sicariorum Antesignanum viderant *k*). Oct. Mense A. MDCXXVIII. praefata Decreta a Consilio illo Vallis confirmata sunt, insuperque Acatholicis terminus biennii Statutis, intra quem bona quae in Valle possident stabilia vendi debebant, aut fisco cadebant Relapsorum bona ex tunc fisco addicta. Die vero 3. Febr. MDCXXIX. omnes salvi conductus Protestantibus dati revocati, & ut impune occidi possint edictum. Frequentes hinc cædes ac latrocinia. Contra delinquentes licet noti essent nec processus quidem instituti *l*).

Ipsa die VI. Febr. Ao. MDCXXVII. qua a Coevræo consignabatur Oppidum & Comitatus Clavennae militiae Pontificiae Duci Alexandro Sacchetti, suae securitati consulturus Raetorum Commissarius D. Fort. Sprecherus cum Principalium venia Oppido excessit *m*). Mox Incolae, Valtelinos imitantes, ad Capitulorum Monzonianorum tenorem arrogata sibi potestate Magistratus elegerunt. Adepta nova potestate, impulsore cumprimis Capucino illo Fr. Martinengo, qui antea in Valletelina saevierat, adversum concives Evangelicos, cum quibus omni tempore pacifice vixerant, uti voluerunt. Multis licet reclamantibus, plurium tamen suffragiis, publico Mandato die 2. Ian. MDCXXVIII. edicto Protestantes proscribebantur, sic ut nullus eorum sub poena confiscationis bonorum, inhabilibus poena corporali imposita, in oppido diutius quam tres dies habitare possit: Omnes apud Commissarium nomen profiteri teneantur; solum data nativis Clavennensibus duos menses vicibus distinctis, habitandi permissione. Haec Oppidani: Communitates exteriores Comitatus dicebantur exspectare velle Tractatus Monz. explicationem: At non multo post & illae Evangelicos variis in pagis, ut Bettae, Meesii, Pradae, alibique domiciliantes solum mutare jusserunt *n*). Non erat in solitum Clavennae videre Vicarium Inquisitionis Comi Satellitibus stipatum, fiduciariis Congregationis de propaganda fide instructum, potestatem monstran-

k) Lavizar. p. 358. Supr. p. 309.

l) Pag. 506.

m) Pag. 464.

n) Pag. 483.

monſtrantem *o*). Atque hujus Anni m. Majo LAZARUS Comenſis Epiſcopus Clavennam venit, ubi aliquamdiu ſubſtitit, omniaque feuda menſae Epiſcopalis, a Proteſtantibus, ceu inhabilibus, licet cenſum jam perſoluiſſent, in alias franstulit. Eo autem titulo multa cenſebat, quae nullo jure petere poterat, ceu inter alia, Praedia Trivulziana, & jus piſcandi in lacu Mezolae, quae absque contradictione Raetorum erant *p*). Talia nempe erant tempora, ut audentibus fere faveret ſucceſſus.

Inteſtinis quoque malis affligebatur Evangelica Raetiae Eccleſia. Inter arma, tumultus, viciſſitudinesque temporum frigebat devotio; ſubrepebat exercitiorum ſacrorum tepiditas, negligentia, ignorantia; gliſcebat intemperantia, ebrietas, partium pro hoc ut illo Monarcha Studium, indeque pendentia mala caetera. Ad ea pro poſſe tollenda Miniſtri Superioris Oengadinae frequens catechizationum exercitium neceſſarium ac utile judicantes, catechiſmum conſcribi curaverunt Tigurino reſpondentem, in eam fere formam ſecundum quam Steph. Gabriel Anno MDCXI. Suum dialecto Supra Sylvana concinnatum ediderat. Praeſtitit eam opellam Symmyſtarum juſſu ESAIAS SCHUCANUS, quorum etiam ſumtibus editus Catechiſmus eſt typis Georgii Hambergeri Tiguri, Ao. 1628. a Gabrielis Catech. nec mole multum nec verbis diſtans. Hic ipſe Catechiſmus eſt, qui inde ab eo tempore in Eccleſias Oengadinae introductus, cum fructu uſurpatur, multoties typis expreſſus. Iisdem typis, anno, & forma lucem vidit SYRACIDIS liber, lingua Engadinae donatus abs Lucio Papa Paſtore Samadoeno, quo vitae a Perſonis cujuſuis conditionis ac ſtatus honeſte, pie, ac feliciter tranſigendae regulae traduntur. Erat proin duobus parvae molis libellis, quorum ope inſtitutio doctrinæ reddebatur facilior, familiarior, & vitae ratio exigi poterat ad externam ſaltem diſciplinam cultior. In Synodo Cerantii congregati Miniſtri m. Iun. Anno. 1628. per delegatos opem Raetici Senatus implorarunt, qua graſſantia vitia tollerentur, Pietatis, Juſtitiae, ac temperantiae ſtudium planta-

o) Pag. 485.

p) Pag. 487. ſq.

q) Act. Coll. de Ao. 1626. 27. Septemb. & 1627. 20. April. & 18. Maii.

plantaretur *r*): obtinuereque ut formula eam in rem concepta, d. 7. Septembr. publica Auctoritate promulgata & commendata ſit *s*) *).

A

r) Act. Synod.

s) Spr. pag. 501.

*) Lubet ejus Diſciplinae ipſum opponere Exemplum.

Dieweil es unlaugbar iſt, daſs gemeine unſere Sünden gen Himmel ſchreyen, dieweil nun ein lange Zeit durch göttlichen Zorn die Grundveſtinen der Erden bewegt, Sein Raachſchwert erſchröckliche Kriegen und Kriegsgefahren, unerhörte Theurung und Hunger, mancherley Seuchen und Krankheiten an Leuthen und Viech, anf uns je mehr und mehr dringet, auch von ſolchem ſeinem gerechten Zorn der unwandelbare Allerhöchſte Gott eher nicht ablaſſe, vielmehr ſeine Straffen ſo oft über uns vervielfaltigen wird, bis Wir entweders ganz ausgewurzlet, und zu nichte gemacht, oder aber zu ernſtlichen gemeinen Buſs und Lebensverbeſſerung werden getriben worden ſeyn. Wann dann nun auch in unſerm allgemeinen, geliebten und höchſtbetrübten Vatterland, zu Stillung des groſſen Zorns Gottes, auch Rettung zeitlichen und ewigen Heils, kein anders nothwendigers und heilſamers Mittel ſeye, Jedermann durch bezeugung ſelbſt eigenen Gewiſſens bekennen muſs, dann daſs gleichwie auch in andern rechtbeſtellten Republicken und Kirchen beſchehen, und täglich beſchicht, alſo nicht weniger bey uns, die Wir ſo gar mitten in dem Feur alles Iammers ſtecken, ein rechtſchaffene allgemeine Chriſtliche Ordnung, Lebensverbeſſerung und Buſszucht wahrgenommen, und in ſteiffe, würckliche Obacht unabläſslich erhalten werde; welches dann in das Werk zu richten Geiſt- und Weltlichen Stands Vorſteher, der Ihrer hohen Amtspflichten halben zuförderſt gebühren will, als haben deshalben Geiſt- und Weltliche Ständ unſers geliebten Vatterlands länger nicht umgahn können, ſondern gemeinlich ſich unterredt und berathſchlaget, wie und wasgſtalten für das eine durch gute Ordnungen und Geſatzen, den ſchweren allgemeinen Sünden und unbuſsfertigen Leben möchte gewehret, Chriſtliche Zucht und Ehrbarkeit gepflanzet und erhalten, für das ander auch und allermeiſtens ſolche einmahl angeſtellte Ordnung in ihrer förderen Vollzug und Execution, daran es bishar beynach allein allwegen ermangelt, gerichtet. Und da allbereit hierinn beſondere Hochgericht und Gemeinden für ſich ſelbſten, in ſolchem Werk ein guten Anfang gethan, andere aber um etwas nachläſſiger bishar ſich erzeiget, um führohin an allen Orthen unſers allgemeinen Vatterlands eine gemeine Regul, (ſo viel ſolches des unterſcheids der Orthen und beyder unſers Landes Religionen halben geſchehen kan) angeſtellt werden möge, und iſt ſolches beyder obberührter Puncten halben berathſchlaget in Form, wie ſubſtanticliſch folget.

Als

A difficilium temporum calamitate eclipsin quoque Sanctum patiebatur Ministerium. Non omnes Ministri qui imminente periculo Salutem

Als für das Erste, was das Gesatz dieser gemeiner Buszucht und Lebensverbesserung für sich selbsten anlangt, damit Wir das ungöttlich Wesen verläugnen, und als Christen ein gottselig, mässig und gerecht Leben führen mögen, derohalben zu Pflanzung wahrer Gottesforcht, als des vordersten Fundaments, sollen in allen Orthen und Kirchhören die Gemeinden und Nachbarschaften, mit allem Fleiss dahin bedacht seyn, dass die Predigten und H. Gottesdienst von männiglich fleissig besucht, das tägliche gemeine Gebätt, erstlich von Jungen und Alten, wie solches ein Zeit her, in mehr Theil Orthen gebraucht worden, gehalten werde, und von solchen ohne Ursach sich Niemand äussere.

Item, dass die Jugend besser als bisher an mehrtheils Orthen beschehen, von Kindswesen auf zur Erlehrnung Christlicher Religion, dem Gebet und wahrer Gottesfurcht gezogen, und zu solchem End in allen Dörffern, so viel Ihnen möglich Schulen gehalten, und die Eltern so ihre Kinder hieran versäumen wollten, durch Oberkeitlich Ansehen dahin geleit werden, welche auch ein fleissig Auffsehen haben werden, auf diejenigen so ihre Kinder weder zum Studiren, noch zu Handwerken, noch zur ehrlichen Arbeit, sondern allein zum Müssiggang, welcher ein Küsse des Teufels und ein Verderben ist guter Regimenten, auferziehen, damit das Volk vielmehr zur Arbeit, dann zum müssigen Leben, oder zu wucherichen Handthierungen, dadurch der Müssiggang in unsern Lande je mehr und mehr eingeführt und ernährt wird, gewohnet werde, alles leichtfertige Fluchen und Schweren, die grobe und vielfaltige Entheiligung des H. Sonntags, so mit Saumen, Fahren, Markten, und in ander mehr Gestallt beschicht, sollend an allen Orthen, vermög auch aller hierüber gestellter Ordnungen, äussersten Vermögens abgeschaffet und gewehret werden.

Dannethin damit auch Mässigkeit, und ein züchtiger, christlicher Wandel bey männiglich möge verspürt werden, soll das überflüssige Fressen und Sauffen, mit allem Ernst durch die Oberkeiten der Gemeinden, durch besondere gute Gesätz und Ordnungen abgethan werden, das leichtfertige Fasnachtwesen, mit Butzen, Danzen und Spihlen, ganz verbotten, und die Uebertretter ernstlich gestraft, die unartigen Würthschaften, dardurch das Volk allein zu Verschwendung des Ihrigen, vielmahlen auch zu unehrlicher Entwendung dessen so ander Leuthen gehört gelocket, und eingezogen wird, abgestellt, so wohl auch das unverschamte Hurenwesen nit allein mit scharfer Straff undergehalten, sondern auch offentliche Huren an keinem Ort nit geduldet, und von Land gewiesen, und da Oberkeitliche Personen in beharrlichen Ehebruch oder Hurerey leben wurden, in solchem Amt nit geduldet werden.

Und

Salutem apud exteros quaesitam invenerant, tempestate praeterita ad suos greges redierunt, coelo dubio non fidentes. Steph. Gabriel annos

Und sintemahl die Gerechtigkeit eine Grundsaul ist eines jedwederen Regiments, solche aber leyder bey uns in allweg unterdruckt wird, nit bey dem gemeinen Volk allein in Handel nnd Wandel, sondern sogar bey den Obern selbsten, erstlich in erpracktieirung ihrer ertragenden Aemter, item in Verwaltung derselbigen, damit das die Gesatzen nicht gehandhabet, die Urtlen jedweders durch geringe Vorwänd mit grossen Unkösten der Partheyen aufgeschoben, oder gegen Mieth und Gaben verkauft, oder allein gegeben und in kein Vollzug gezogen, oder aber durch wiederwärtige andere Urthlen wiederum gestürzt wörden, und also der Thron der göttlichen Gerechtigkeit mit Unrath gleichsam beschmeist auf Erden anzusehen, das Oberkeitliche Ansehen in höchste Verachtung gerathen, auch das gemeine Land übel verschreit ist. Sollend deshalben die Fürgesetzten errinnert seyn, dass sie nit den Menschen sondern Gott selbsten Gericht halten, welcher bey den Richtern ist im Gericht, bey welchem kein Unrecht noch Ansehen der Person, noch Annehmen des Geschenks ist. Derowegen auch die alte gemeine Satzungen das Practiciren anlangende, fleissig in Vollzug gerichtet, kurz, summarisch Gericht und Recht, ohne Gaaben und Geschenk, ohne Ansehen der Personen geübt, die Urthlen ohne Verzug so bald möglich vollzogen, und also leichtfertig nicht wieder gestürzt werden. Wie dann auch auf solches ein wachbares Aug allenthalben soll gehalten, und da rechtmässige Klägden von den Oberkeiten gehört wurden, nach gemeinen Mittlen getrachtet werden, dass solch Uebel mit billicher Straff hindangenommen werden möge.

Nicht weniger auch was gemeinen Handel und Wanddel betrift, werdern die Obern und Fürgesetzte der Gemeinden, verderblichen Grempel und Fürkäuff, der schandlichen Steigerung der Victualien und Waaren, der unbillichen Zinsungen, und insgemein all deren Stücken, die eintwedere Obrigkeit nach fleissiger Erwägung selbsten hierinn in ihren Gerichten erheblich befinden, dergestalten vorzubauen und begegnen wüssen, wie solches bey Gott und der Welt Ihnen vvohl zuverantvvorten getrauen.

Damit und aber fehrner, als für den andern Puncten, in dieser angestellten gemeinen Verbesserung und Busszucht, nit allein obberührte Stück, sondern zumahl alles dasjenige, dardurch Aergernuss und Zerrüttung abgestellt, und Gottesfurcht und Tugend gepflanzet und erhalten vvird, steiff und vvürklich auch vollzogen vverden mögen, haben Wir nach fleissiger Ervvägung, dies fürs heilsamste und kräftigste Mittel befunden, dass gleichvvie die Bunssordnung geist - und vveltlichen Stands gemeines Amt und Werk ist, also auch die Handhabung solcher Ordnung, und der Vollzug von beyden Ständen zugleich solle vorgenommen vverden, und das solchermassen das angehends neben

annos quinque cum dimidio Altſtettæ prope Tigurum Paſtor fuit: Vincentius Paravicinus toto motuum tempore Tiguri manſit: Mutius Paravicinus in exſilio obiit Sancto Galli: Sicut & Daniel Anhornius: Alexius Genevam reverſus eſt, ut ſupra notavimus: Iacobus Anthonius (Vulpius) Bernæ Sedes fixit, ubi Scholarchæ munus obibat.

Barthol. Anhornius in Palatinatum demigravit, indeque Sancto-Gallum, ubi jure civitatis poſtea donatus eſt. Ab annis Septem deceſſerant

neben den ordentlichen Obrigkeiten und Geſchvvornen, in allen und jeden Dörfferen und Pfarrkirchen zvvey oder drey ehrliche, verſtändige und unverſchreyte Männer, je nachdem die Kirchhörinen groſs oder klein ſind, und die Gelegenheit zugiebt, ervvehlt vverden, vvelche als Cenſores morum, *Vorſtehnder der Chriſtenlicher Buſszucht, zuſamt den Pfarrherren, auf mannigliches, Iunges und Altes, Ehelichen und Ledigen, auch groſſen und kleinen Stands, ein fleiſſig Aufſehen haben bey ihren theuren Eyden, vvo ſie ſehen daſs die Ordnung überſcritten, oder ſonſten ein ärgerliches Weſen geführt vvird, die Uebertretter freundlich ihrer Gebühr und der Gehorſame erinnern, auch nach geſtaltſame der Sachen und gröſſe der Mishandlungen ſie der ordentlichen Oberkeit zu gebührlicher Abſtraffung anzeigen: und ſo dann alle gemildtern Mittel vergeblich fürgenommen vvorden, ſolcher Perſonen als freflen Veräch̄ter göttlicher und obrigkeitlicher Ordnungen und Geſätzen, von Empfahung des heiligen und hochvvürdigen Sacraments des Nachtmals, von den Kirchendienern ſo lang abgevvieſen vverden, bis ſie ſich demüthiget, ihr Fehler bekennt, und mit beſſerem Leben mit der Kirchen Gottes aufs neue vverden verſöhnet haben.*

Wollend aber gegen Männiglich uns deſſen verſehen, daſs bey ſo hochbetrübten Zeiten man ſich dergeſtallten verhalten vverde, dardurch Gottes Zorn geſtillet, alles Unheil von dem gemeinen Vatterland abgevvendet, männiglichen vor Schaden und Schmach verhütet, und Wir gemeinlich in gutem Frieden und Wohlſtand erhalten vverden.

Act. Chur den $\frac{3}{13}$ *Septembr.* 1628.

Die Häupter und Standes-Räth,

Lobl. Gem. dreyen Pündten.

cesserant plures, inter quos GEORGIUS CAZINUS, & JO. à PORTA, ille Ecclesiarum Federis Grisaei, hic Federis Tertii, Decanus *): nulli

*) CASPARIS WASERI Anagrammatismus Praeclari istius Viri nomini Ao. 1611. dicatus, talis est.

JOANNES à PORTA,

Antistes Ecclesiæ Malansianæ, Decurio cæterarum in Federe X. Jurisd.

Sano inepta ora.

Ora inepta voco, in Suos propinquos
Vibrant Spicula qui calumniarum:
Qui mendacia nonnisi loquuntur:
Qui commercia furum inire gaudent:
Perreptant vaga lustra adulterorum:
Cædem nocte dieque ruminantur
Qui Legem abiiciunt Dei universam
Hos quisquis gregis arcet ex ovili:
Aut Sanat salubri institutione
Aut curat placida increpatione
Svadens munera poenitentiae illis
Servatoris ope unius, Jehovæ:
Næ dignissimus est mihi ille laude
Præclarissime Vir, Malansiane
Pastor fide, mihi ligate firmo
Vinculo, hic Anagramma age applicemus
Dum monstras ovibus beata Tempe
Verbi Siderei, herbidosque campos;
In quis demis eis sitim, famemque
Et mentem recreas, eas docesque
Viam

Viam justitiæ Supra ambulare.
Ora inepta simul procul movere
Studes, quotquot ovilibus Jehovæ
Indignos videasque, judicesque
Aut Saltem hos Salubri institutione
Sanas, aut placida increpatione
Curas: munia poenitentiæ illis
Inculcans vigili proboque Zelo:
Alter ceu NOA. Ceu JONAS et alter
Ceu PATER solet increpare cara
Tori pignora. Congruenter o quam
Ergo, nec sine veritate dicas:
ORA INEPTA, tua Salute, Christe
Nixus, corrigo, SANO, curo, Servo!
Sed & quam mihi congruenter idem
PORTÆ grande videris assecutus
Nomen; adeo fidelibus qui
Monstras perpetuæ viam Salutis
Christum, qui via, vita, veritas, Dux,
PORTA est unica qua pii beantur
Ringant Cerberus, orcus Antichristus.

nulli in eorum loco caractere Ministerii donati; eo quod tutum non esset convenire nullae habitae Synodi. Fuere etiam qui malorum gravitate pressi, & spe vitæ commodioris illecti, seculum secuti erant, Alii Fidei quoque & conscientiæ naufragium fecerant, Apostatae deplorati, Anno quidem 1623. Paganinus Gaudentius Pesclaviensis, in Academia Pisana postea litterarum Humanior. & Jurium Professor celebris, Joannes item Iodocus Cerneziensis, Pastor Pontrasinae; annonæ caritas, una cum periculis ac incommodis caeteris, in causa erant cur non reperirentur, qui studiis se dicarent, aut dicarentur ad operam Ministerii. Nullus erat Procerum, qui opibus suis labascenti rei Ecclesiae succurreret, aut juvenem quempiam ad ministerium Ecclesiæ aspirantem sua liberalitate juvaret. Sordidam hanc & ingratam Raeticorum Evangelii Procerum tenaciam, Colloquio Superioris Oengadinæ munificientiam Senatus Turicensis pro quodam adolescente studioso imploranti deploravit, seriisque verbis exprobravit, pius ac Vigil Ecclesiae illius Antistes JO. IAC. BREITINGERUS, quae hic apponere libet. *Hoc quoque me angit insigniter*, inquit, *quod cum tot Ecclesiarum Vestrarum Ministri excedant, nemo de Sarcienda tanta jactura, ne inter Vos ipsos quidem, Ego quidem quod sciam, serio cogitare videtur. Commendatur Nobis nonnunquam unus aut alter ex Rhetia puer, sed sine spe mentioneque vel unius teruncii, ad studiorum tollerandas impensas. Quid vero hoc rei? An Evangelium optant adapanon* (h. e gratis, sine sumtibus) *usque adeo ut illud jam in Patria sua vivere nolint, nisi liberalitate aliorum alatur? Sunt adhuc in Rhetia Viri pollentes opibus, & divites auri. Habet Rhetia Saliceos, Guleros, Meieros, Tomasinos, alios affluentia possessionum, eruditione & Auctoritate celebres. Quid si hujuscemodi familiæ illustres singulæ singulos alumnos in usum Ecclesiæ Patriæ extra Patriam amictu victuque donarent? Non ista scribo exprobrandi animo vel insultandi. Absit. Sed ut deponam in sinum tuum cogitationes illas meas, quæ nonnunquam me vel invitum huc adigunt ut suspicer apud Homines Gentis Vestrae quam plurimos æternorum bonorum curam pudendum in modum evanuisse. Quem fatalem morbum quia propemodum nemo vel sentit, vel de adhibenda medicina sedulo cogitat, vel frustra cogitat, quid mirum si! Interea ardentissimis votis Deum indesinenter oro, ut Vos, & quotquot in opere Domini perseveratis, robore Spiritus sui Sancti magis magisque induat, gubernet, exhilaret, atque ad finem præstet invictos, per*

 Domi-

Dominum Jesum Christum. En & Colloquii responsorias. " Quan-
„ tumvis Illustres illae familiae, inquiunt, in tuis expressae, ea sint
„ rerum omnium affluentia, ut singulæ singulos alumnos, quam fa-
„ cillime Christo alere possent: quia tamen donum quod quisque
„ dispensandum a Domino accepit velut proprium sibi vendicare vi-
„ dentur, facilius ex silice aquas, quam ex ejusmodi opulentia Christi
„ alumnis suppetias elicias. Fatales tot quoque ordinis nostri exitus
„ tristissimas tenebras in Ecclesiis nostris reliquerunt, quibus discutien-
„ dis nullo non fervoris genere eniti Nos deceret; sed fervor iste non
„ nihil frigere, videtur, tum quod ut leges, ita etiam studia inter
„ arma silent, tum quod nonnulli, hyemis patriae frigore pulsi a No-
„ bis ad Vos ceu ad aestiva commoda hirundinum more devolant,
„ functionibusque Ecclesiasticis istic detenti, omnem redeundi memo-
„ riam deponere videntur; tum denique quod litterariarum impensa-
„ rum gravitate plerique omnes deterreantur. Ubi olim quinquaginta
„ floreni annuis sumtibus exsolvendis satis superque respondebant,
„ vix centum hodie sufficiunt. Non excedunt reditus Ecclesiastici
„ etiam in locis ubi sunt amplissimi, in Engadina nostra, centum &
„ quinquaginta florenos, qui vix ac ne vix quidem familiis alendis,
„ nedum extraordinariis sumtibus sustinendis pares sunt. Leviora hæc
„ sunt, fatemur, quam ut virum bonum nedum Christianum a pio
„ studiorum proposito retrahant: verum ubi in hac rerum asperitate
„ caro & Spiritus in concertationem veniunt, vix alterum alteri
„ cedit *u*).

Amara praeterea ac inveterata gliscebat inter superstites Ministros contentio abs negotiis Ao. 1617. - 1620. ventilatis derivata, durante quorum disceptatione illi qui amicitiam Hispani secundum capitula cum Casato tractata *v*) Venetis ac Gallicis pollicitationibus anteponendam judicaverant, a reliquis Symmystis in horum partem inclinatis, numeroque & auctoritate Superioribus, acrioribus censuris fuerant perstricti, vexatique *x*). Hinc vero quod exitus respondisset illorum praedi-

u) Ad Breit. d. 8. Jul. 1631. manu Esajæ Schucani.

v) Quæ Vid Supr. p. 239. 240.

x) Vid. ibid. p. 257. sq.

praedictionibus, Vallistelini rebellassent, Austriacis aliisque armis tota Raetia inundata fuisset, illi his gravius irascebantur, nec fere aliter quam Auctores malorum habebant, vocabantque. Nemo tamen acriorem praeteritorum fovebat memoriam Georgio Saluzzio Pastore Curiensi, docto utique gravi & pio, qui non Synodalis modo Praesidis gradu, (quem Antecessores perpetuum tenuerant) fuerat dejectus, sed Colloquiorum etiam Superioribus suffragiis d. 11. Nov. Ao. 1618. Ministerii charactere indignus judicatus. Fuerat quidem Patriae rebus in Summo periculo versantibus quaedam instituta conciliatio y): remanebat tamen animorum quaedam alienatio, sicque sanatum erat vulnus, ut nondum coaluerit cicatrix: indeque etiam veniebat, quod post Annum 1620. nullae Synodi fuerint habitae. Propositi tenax nolebat Saluzzius cum Assessoribus Thosanensis Tribunalis, ac singulariter cum Steph. Gabriele, & Iacobo Antonio (Vulpio) eorum quos sibi adversantes expertus fuerat Primiceriis Synodi uti consortio, eosve fratrum loco habere, ni prius culpam confessi, censuras sustinuissent: quin adfectui tantopere indulgebat, ut mitiora suadentibus, ipsi Tigurinorum Pastorum Collegio succenseret, muneris abdicationem declararet, an simularet, denique privatam ex secum sentientibus institueret congregationem, quam *Capitulum Curiense* volebat appellari. At major Ecclesiastarum pars, nolentes duorum triumve discordia ordinis cursum diutius suspensum & interruptum teneri, habito prius cum Tigurinis Ministris, & consultis Patriae viris consilio, Synodum in diem 27. Iun. Filisurii, Ao. MDCXXVII. indixere, ad quam circularibus litteris omnes, Ministri, nominatim Saluzzius, benigne invitati sunt. Non comparuit Saluzzius, de exoptato successu dubitans: at docuit eventus si se stitisset fuisse omnia ad votum transacta. Qui enim confluxerant etiam absentium consensu muniti sancita amnestia confestim veterem philadelphiam redintegrarunt. In locum defuncti Cazini, Decanus electus fuit STEPH. GABRIEL qui hactenus Cancellarii munus sustinuerat: Ioanni à Porta Federis Tertii Decano Successor datus HARTMANNUS SCHWARZIUS Saluzzi gener, & in Ecclesia Curiensi Symmysta: Cancellarii Synodici munus ESAJÆ SCHUCANO comissum. Quae statum Ecclesiarum concernebant tractata: discussio factorum ad res Politiae pertinentium aut ex illis derivantium in futuram

y) Vid. Pag. 396. sq.

ram Synodum, Scharansium indictam reservata. Cessit tandem consiliis svadentium pacem Saluzzius, & Synodo dieb. 22. & seq. Iunii Anni MDCXXVIII. Cerantii congregatae una cum amicis suam hactenus Sententiam secutis se stitit, ubi probari eos qui Thosanensi Tribunali interfuere Ministri, eo facto & limites excessisse vocationis, & contra Synodi Burgunianae Decretum egisse *). Cum vero illi sufficientibus argu-

*) Locus hic est fidem Supra pag. 259. datam liberandi. Hæ sunt Synodi illius litteræ encyclicæ.

Der Seegen des Allmächtigen Gottes in allem Wohlstand, und der Geist des Friedens seye mit Euch. Wohlgeachte, Ehrsamme, Hochvertraute Herren und Landsleuth, die Ihr mit uns Gemeinschaft haben, an wahrer Erkanntnus des ewigen Heylandes und seines seeligmachenden Verdiensts, nach Ausweisung seines unfehlbaren Worts.

Der wiederwärtige Zustand unsers gemeinen vürgeliebten Vatterlands erfordert von uns, dass Wir Euch hierinn freundlich begrüssen und ansprechen müssen, wohlvertrauter Hoffnung, Ihr werdet solches im besten aufnehmen: sintenmahl Wir nicht zweiflen Ihr als in Gottes Wort erfahrnus wohlgegründete Leuth, wüssen, was massen unser tragend Amt so ernstlich von uns erfordert, allerley gegenwärtige Mishandlung zu tadlen, und denen vorzubauen, damit hierdurch künftiges Uebel oder durch Verbesserung abgewandt, oder doch unsere Seelen von dem Blut deren, so in der Bosheit verharren und verderben rein und unschuldig gefunden werden.

Ihr tragen mit uns, (leyder) in gutem Wissen was massen unser geliebt Vatterland in dem Wir erboren und erzogen sind, und das auf uns in der Kraft Gottes durch unsere liebe Voreltern seel. mannliche Dapferkeit, in geistlicher und weltlicher Fregheit Leibs und der Seelen gesetzt, gelanget, ein Zeit har, durch fremder Fürsten und Herren listige Anwerbung in grossen Zwytracht und Gefahr gebracht, und hierdurch zu besorgen, wo nicht bey Zeit Vorkomnus geschicht, das solches in kurzem noch viel grösseren Schaden empfahen möchte. Wir haben zwahren nicht ermangelt, solches schon vor dieser

argumentis comprobarent, se fuisse ad eam Spartam occupandam a populis suis a) compulsos manus dedit. Sancita sic Amnestia, sequentiaque Statuta, quae ex Synodi Actis totidem verbis apponimus.

Si

a) Conf. Spr. pag. 490.

dieser Zeit an unsere Gn. Hrn. und Oberen Gem. III. Pündten gelangen zu lassen, mit ernstlicher Bitt und Ermahnung, das sie von Obrigkeit wegen, solche bösen Sachen aus dem Mittel raumeten: müssen aber mit sonderbaren Schmerzen erfahren das hierauf kein Besserung erfolget: sondern grosse Zweytracht und Uneinigkeit in täglichem Zunehmen ist, und als Wir aber auf letst auf Davos gehaltnem Pundstag im Augsten verschines 1617. Jahrs mit sonderbahrer Demuth in unser aller Nahmen durch unsere dazu Abgeordnete angelangt, haben Wir keinen anderen Bescheid nicht überkommen können, dann Wir sollen unser Anligen selbst auf die Gemeinden langen lassen. Dardurch dann Wir genugsam verursachet, etliche unsere hohe Beschwerden für Euch in Kraft dies kommen zu lassen, als die Wir auch unsers wohlbefreyten Vatterlands obersten Gewalt erkennen. Und hiemit jedem unserer Mitbrüdern solches bey seiner Kirchhöri zu verlesen ernstlich vermahnet, mit fleissiger Bitt, solches zu beherzigen, das Ihr nicht mit unordentlichen Aufruhren, sondern mit Wohlweisen zeitlichen Rath führohin solchem Uebel fürkommen, und das geliebte Vatterland wieder zu Ruhen und Wohlgefreyten Stand anbringen.

I. *Und zwahren so können Wir anfänglich nicht verbergen, sondern müssen uns klagen, was massen unser vor Gott und allen gläubigen Christen, Wohlgeachter Geistlicher Stand, und in deme auch sonderbare Personen, mit Schmächworten, Dreuungen und öffentlichen Gewalt angefochten, von manniglichen verschreyt und verleumdet wird, das Wir doch wohl verhoffen solches wider unsern Verdienst geschehe, sondern aus wichtigen Ursachen herfliesse, nemlich das man durch dieses Mittel vermeint uns das Maul zu binden, damit Wir zu mancherley Fählen schweigen, und solches dem gemeinen Mann nicht öffnen dörffen. Danenhar wieder unsern Stand und uns die Wort täglich gehört werden: man müsse den Predicanten das Maul zuthun, die Zungen ausschneiden, aus dem Land jagen, verbrennen, und was der verdriesslichen Schmauchworten mehr sind. Ja man hat uns auch für gemeine Straffgericht, bey Tag oder Nacht, durch Citatzen oder offnen Gewalt gezogen, in sonderbahren Gerichten und Gemeinden verfolget, Gelt auf uns gebotten, und in viel Weg einen und den andern zu vertreiben unterstanden. In Summa man procedirt mit uns nicht als wären Wir Lehrer, nicht als Diener, nicht als Pundsleuth, sondern als die allerschädlichsten Creaturen, als Aufrührer, alles Unheils ein Anfang, und hiemit zu*

unserer

Si qui essent ex numero membrorum Synodalium, qui contra Decretum Ven. Synodi Burgunianæ concitassent populum aliaque S. Ministerio

unserer sonderer Schmach uns verbotten zu den Sachen des Vatterlands zu reden, das doch ein jeder Geishirt Gewalt hat. Und dreut man uns täglich noch ärgers, samt denen, die sich unser zu Gutem annehmen, denen man es für eine Mishandlung haltet, und darum abstrafft. Da Ihr doch unseren Eingang und Ausgang, unsern Wandel und Leben, wohl wüssen und sehen das Wir in allen Treuwen und Ehren, mehr in Armut denn Ueberfluss, bey Tag und Nacht euch und euweren Kindern, samt und sonderlich nach unserem besten Vermögen zu dienen ganz geneigt sind: und Ihr wohl wüssend das welcher sich bey seiner Kirchhöri nicht rechtmässig verhaltet, sich keiner Euwerer Straff, nach jedes Gerichts Bräuchen und Rechten entzeucht. Im Gegentheil aber der Bischoff zu Chur von Gem. III. Pündten wegen sonderbaren Mishandlungen vor etlichen Iahren bandirt, und seithero um mehr Sachen beklagt, und gleichwohl nicht allein von vielen beschirmet, die Waffen für Ihne zu brauchen gedreut: sondern Ihme seine Sachen nach seinem Hinreisen verfolgen lassen, auch denen so wieder Ihne reden, viel Uebels samt einem Wiederruff gedräuwet wird. Was dies für eine Ungleichheit seye, geben Wir euweren Weisen Verstand zu erkennen.

II. Demnach so fügen Wir Euch zu Wüssen, das Wir nicht zweifflen können es schwebe in unserem Vatterland eine Spanische Faction, die dem gemeinen geistlichen und weltlichen Stand unsers Bedunkens so hochschädlich ist. Sintenmahl in letster Spanischer Pundeshandlung nicht allein schwere Artickel gestellt, sondern dieselbigen auf die Gemeinden ausgeschrieben und von etlichen aufgenommen worden. Es lauffen auch nicht ungrundliche Reden, wie man Spanisch Geld hin und vvieder anbiete und nehme. Weiter so vverden Spanische Gesandten und derselben befreundete Bottschaften viel, in unseren Landen gesehen, und mangelt nicht Leuth, die mit Ihnen fleissige Conferenz halten, und solche hochschädliche Pündtnus öffentlich loben dörffen. Und das noch mehr ist etvvan die Schrifften der Ehrsamen Gemeinden vvunderbarlich verkünstlen.

III. Zum Dritten: haben Wir ein gross Misfallen an den gevvaltigen Aufruhren, und besonders an dero so letstlich vor die Hand genommen vvorden. Nicht zvvaren von desvvegen das man an Verhinderung der Venedischen Miet und Gaben einen Unvvillen trage, oder das Wir fremder Fürsten und Herren practicken gutheissen: sondern das man alles mit Gevvalt an die Hand nimt, dardurch die Gerechtigkeit oftmahlen unten ligt. Und das destomehr dievveil Ihr selbst hin und vvieder vvüssen ob nicht fremder fremder Fürsten und Herren Gelt, und ihre Diener hierzu Ursach geben. Wir

nisterio indigna tentassent, ac perpetrassent, judicat V. Synodus eos graviter peccasse, adeoque digna poena afficiendos esse.

Qui

Wir haben nicht weniger Missfallen an den mehrgedachter frömder Herren Pensionen: Sintenmahl manniglichen offenbahr was damit ausgerichtet, und wie viel Erneuwerungen täglich eingeführt werden.

Derohalben bitten Wir Euch, Ihr wöllend doch zu Gemüth führen unsern Ehrlichen Stand, und bedenken was massen der Allmächtige Gott die Verachtung seines Worts und der wahren Religion nicht ungestraft lasse: auch erwegen unsere getreuwe Lehren, Ermahnungen und Wahrnungen, und uns vor solchen Verfolgungen Schirm geben, damit das unsere Personen und der ganze Kirchendienst nicht so kläglich zu Grund gerichtet werde; und Ihr Euch zu einem Spiegel der ganzen Welt machen mit einem solchen neuem unerhörten Exempel. Dann uns kein solche Histori von einicher Nation bekandt, das Evangelische Leuth ihre eigene Kirchendienere so frefentlich verfolget haben.

Ihr wöllen doch dem Vatterland in Hinnemmung solcher schädlicher Spanischer Faction, wie auch der Venedischen Corruption, dardurch das arme Vatterland betrübt und grosse gefahrliche Uneinigkeit angerichtet wird, zu Hilff kommen, und weder dieselbigen noch andere fremde Herren, so fräfentlich regieren lassen in unserem Vatterland, damit dasselbige nicht zerstreifft, noch verkauft, sondern in Frieden und Einigkeit erhalten werde.

Dann wo solches von Euch, wieder all unser Verhoffen mit gutem Rath und treuwem Schirm nicht beschehe, müssen Wir unser Stand und Amt gemeinlich aufgeben, und in ander Weg für unser Leib und Leben, Hab und Gut Schirm suchen. Thund hiemit das ganze Vatterland, unser ehrlichen Dienst, und unsere eigene Personen in göttlichem Schutz und Schirm befehlen.

Datum Bergün: den 20. Aprell. 1618.

E. E. W.

Dienstwillige

Die PREDICANTEN und Diener der

Evangelischen Kirchen Gemr. III. Pündten.

Qui olim ex Ministris interfuerunt Iudicio Censorio Tusanensi, quantumvis id fecerint præter voluntatem & Decretum Synodi, habentur tamen excusati, eoquod nutu Mandatoque supremi Magistratus id se fecisse palam fecerint coram Synodo Malantiana (Anno MDCXX.) cujus Acta hac in parte confirmantur.

Si

FUERTRAG

Auf alle Gemeinden gemeiner III. Pündten, auszuschreiben veranlaset durch derselben Häupter und etliche Rathsbotten zu Chur versamt den 13. May. Anno 1618.

Wohlgeachte, Edle, Veste, Fürsichtige, Weise, insonders getreuwe liebe Pundsgenossen.

Dieweil etlich Hundert Teutsche Reuter Vorhabens der Herrschaft Venedig zuzuziehen und den Pass durch unsere Land zu nemmen: So ist abgerathen laut der Ehrsammen Gmeinden Mehren, gegen dem frömden Kriegsvolk, es seyen Reuter oder Fussvolk, den Pass allerdingen beschlossen zu halten. Und dieweil auf der Eydgnossen und Schwaben Seiten starke Wachten gestellt werden, und durch den Rhein niemand schwimmen kan, so will unsers Orths den Kosten ersparen. Es soll aber jede Gmeind bey Ehr und Eyd und Eintausend Cronen Buss ermahnet seyn, solch Kriegs-Volk, in welche Gmde. sie anlangen, wieder zuruck schaffen.

Demnach so hat man den künftigen Pundstag gesetzt auf den 19. Julii zu Chur, ohne Fehler, an der Herberig zu seyn; das welche nicht erscheinen, so mögen die Gehorsamen mit der Sach fortfahren.

Es wölle auch ein jede Gmeind Ihr Mehr über der Herrn Ambassatoren aus Frankreich Ausschreiben, welche es nicht geschickt angentz überschicken.

NB. Es werden die Herren von Wallis auch auf den Pundstag allhier gen Chur kommen, und die alte Pündtnus wiederum erneueren.

Si quæ olim dicta, facta, aut etiam decreta essent in præjudicium honoris & existimationis D. Georgii Saluzii, D. Steph. Gabrielis, D. Jacobi Anthonii Vulpii, aliorumque membrorum Synodalium, statuit V. Synodus ista omnia Sopienda, & Christianae Amnestiæ danda.

Si qui nondum Subscripserint formulæ Amnestiæ anno Superiori Filissurii compositæ mandatum est, ut & ipsi Subscribant eamque deinceps charitate minime simulata colant & observent.

Sancitur Lex, ne quis Fratrum Rebus ad Ecclesiasticam vocationem non adtinentibus, ac Seditiosos importunosque motus causantibus & parientibus se inmisceat, sed intra limites suae vocationis sobrie se contineat, sub poena perpetuæ exclusionis, utque transgressor ad Politicum Magistratum illico deferatur.

Electi sunt D. Georgius Salutius, D. Suarzius, D. M. Lucius Gabriel, D. Nicolaus Authonius, D. Rampus, & D. Es. Schucanus, ut Dnos. Proceres in consilio status Sedentes accedant, ac communi consilio cum illis conferant de formula Poenitentiæ & Disciplinæ Ecclesiæ Ecclesiasticæ in Ecclesiis nostris introducendæ, quo intollerabilibus flagitiis in Patria nostra sensim grassantibus ob viam eatur.

Statuitur sub poena exclusionis ut quivis fratrum singulis diebus Dominicis Catechesin exerceat quam diligentissime, ejusque in quavis Synodo in censura sua rationem reddat. In Decanos electi sunt, D. Steph. Gabriel, D. Georg Saluzzius, & cum eo D. Lucius Papa & Dn. Hartmannus Suarzius. In munere Cancellarii Synodalis confirmatus D. Esajas Schucanus. Huic Synodo nomine Magistratus Politici adstiterunt Colonellus Ioh. Gulerus, & consultus Jurisdictionis Fürstenovianae Judex, vulgo *Landvogt* Fortunatus a Juvaltis.





CAP. XXII.

1627. —— 1629.

Bellum Mantuanum. Austriaci ambiunt Rætorum amicitiam, quorum itinera occupant. Edictum Restitutionis. Nova Tractatio Oeniponta Signata.

Inopina vero morte Mantuani Ducis Vincentii Gonzagae, qui exeunte Anno MDCXXVII. improlis decessit, causa Raetica aliam & quidem pulcriorem formam induere coepit. Nata enim mox de Successione controversia, Hispanici & Austriaci qui Carolum Nivernensem Ducem proximum hæredem, quod Galli partes sequeretur exturbatum volebant, statim Raetis bona verba dare, Cæsar etiam spe favorabilium tractatuum ad se invitare coeperunt; id unum cupientes, potestatem itinerum pro transmittendo in Italiam milite sibi dari, Gallis exclusis. Eam occasionem satagendi rerum suarum haud negligendam rati Raeti tædio Gallicarum illusionum capti Genuam ad Marchionem de Castagnedo Hispanicum illic Legatum, Iacobum Smidium, & Oeniponta ad Archiducis Consiliarios Fortunatum a Juvaltis miserunt, mentem illorum exploraturos quidquid Memminius ringeretur. Utrinque bona verba; singulariter de optima Cæsaris voluntate; quippe in Consilio Sacrae Caesareae Majestatis d. 8. Jul. MDCXXVIII. decretum esse, Raetos si in Aulam Imperialem suos mittant legatos clementer ac benigne auditum iri *a*). Mense ergo Decembri Oeniponta Legantur Lucius a Monte, Fort. a Juvaltis, & Andreas Sprecherus *b*), qui Solennibus Novi Anni MDCXXIX. peractis, ab Archiduce

a) Sprech. pag. 486. 502 503.

b) Pag. 507.

chiduce benigne excepti, auditique sunt. Comissarii nomine Archid. tractantes erant Aulicus Cancellarius Jo. Lintnerus, Baro Bemmelbergius, Burglennerus, Fuggerus, & Maximilianus Mohrus, cum Secretario Hambrechto. Erat ibi & Rodolphus Planta, a Raetis (videtur) vocatus, suam operam in componenda Religionis apud inferiores Oengadinos causa offerens, ajensque catholicos qui Zernezii sunt, (erant autem propemodum nulli) Templo minori fore contentos. Ibidem erant & molestus ipse P. Ignatius, conquerens *se suosque catholicos dum Celini missam celebrabant, abs paganis Calvinistis Zvinglianisque irrisos esse; & Convicos Scolii ausos fuisse duos catholicos, eo quod die Christi natalitio, dum Sacra Zvingliana fiebant*, (ejus sut verba) *operati erant, mulctare*; licet ille fateretur, eam mulctam tribus tantum florenis constitisse, fuisse praeterea paullo post a Iudicibus restitutam. Ille Raetis semper adversans, omni nisi apud Austriacos agebat, ut turbata actione Pacis armis contra illos agerent. Cujus suggestionibus licet aurem non præberent Austriaci: quia vero Capitulationem Lindaviensem ratam volebant, & cum ea Conventionem quandam Ao. 1534. Clurii inter Austriacos & Raetigojos initam, qua circa Jus Patronatus Ecclesiae Ienaziensis, & Coenobium S. Iacobi in ea Valle, quaedam in favorem catholicorum continebantur, nihil conclusum fuit; Raeticis nolentibus a pristinis juribus, quibus tum circa Politiam, tum circa Religionem ante Tractatum Lindaviensem vi extortum, nec unquam observatum, fruebantur, sibi quidquam detrahi. Sic re infecta discessum est, bona tamen utrinque amicitiae contestatione, indictaque in d. 16. Martii novo conventu. Ea proinde causa deliberaturus convenit Senatus Raeticus, d. 3. Martii cui prolixum Lintneri Scriptum exhibitum, quo Archiducis Supremum Dominium in Oengad. infer. & octo Jurisd. adstruebatur, indeque inferebatur, jure suo uti Archid. nolentem in illis Ditionibus Predicantes tolerare, Seditionum quos appellabat tubas. Hoc vero postulatum nemo mirabatur, quum his ipsis diebus, Cleri flagitationibus victus Caesar Celebre illud Restitutionis Edictum in Germania promulgaverat, quo Protestantes omnia bona Ecclesiastica post Pacificationem Passaviensem Ao. 1552. occupata ac possessa restituere jubebantur *b*). Hic praesto Curiensis Episcopus opportuna occasione utendum

b) Theatr. Europ. Tom. II. p. 7. - 46.

dum ratus Ipse una cum toto Capitulo die 3. Martii, quae Sabbathi erat, coram Raetico Senatu comparuit, ubi post prolixum de Juribus Episcopatus & Capituli Sermonem, ut secum praevie tractatio institueretur petebat; sin secus de nullitate omnium, quae Oeniponte concluderentur, protestabatur. Jussi quas haberent, praetensiones edere, eas sequenti die Scripto exhibuerunt, Episcopi erant XXVIII. Capituli XIII. *). Gallicus Legatus promtus in prima statim Sessione contra

*) Non piget referre Summam. Prætendebatur

In Summo titulo Jurisdictio Ecclesiastica, & quidquid ea Secundum Sacros Canones comprehendit, & expressis verbis Superioritas in omnibus rebus Ecclesiasticis in tota Dioecesi, & supra omnibus Personis, omnemque Jus Patronatus, & collaturæ, nisi de exemtionibus expresse constet. Item, ut omnia beneficia alienata restituantur. Religionis catholicae exercitium ubique sit liberum. Ut consistorium matrimoniale apud catholicos sit absolutum & ubi Personae sunt diversæ Religionis, nempe una catholica altera Protestans, Episcopo debeatur cognitio. Pariter in locis ubi major pars est catholicorum, ibi Calendarii vigeat reformatio. Ne ullus possit, Personam Ecclesiasticam de quacunque re, etiam civili coram Iudice seculari accersere, nec ulli Iudicio permissum de ea judicare.

Decimae Trimontii, Cizerii, Igisii, & in Valle Tumiliasca Fürstenovii, Scharansii, Silii, Almenii, Thusciæ, in toto Monte Heinzeliano, & Catzis, una cum Monasteriis ab Episcopis fundatis & reditibus ad ea pertinentibus, omnia in numero, pondere, & mensura, tenore Instrumentorum.

In tota Valle Tomiliasca (Sola excepta Iurisdictione Ortensteiniana) Sexamnio, Vazio-Superiore, Supra Saxo, Prægallia, Burgunio, cum adhaerentiis Dynastiæ Gryphensteinianae, Oengadina Superiore & Pesclavio, omnes Lacus.

Mediatas Engadinae inferioris. Tota Vallis Monasteriensis cum omnibus feudis & pertinentiis

Item ut in Comitiis Raetorum quatuor Deputatos seu Oratores habere possit.

Item Dominium & Castrum de Crappa-Longa in Comitatu Sarunetum sito, quod Cathedrales Anno 1528. sine consensu Episcopi alienarint.

Et

contra quamvis tractationem sive Oenipontæ instituatur sive Mediolani protestatus est, eam petens differri usque ad responsum ex Gallia.
Atque

Et virtute Regalium Imperialium Transitus seu Passus a flumine Langaro ad flumen Luverium usque in finibus Prægalliæ. Portoria. quae ab antiquo fuerunt in Civitate Curiensi, cum alio Portorio ad flumen luverium seu Castromuri in Prægallia, & Portorium Vico - Suprani. Praeterea, ut inter prædictos terminos passum ac iter habere nemo possit, nisi Domus Dei, & Episcopus Curiensis. Item Jus monetæ, & Mensurae inter prædictos terminos, et habeat Episcopus Jus in eis mutandi quando ipsi visum fuerit.

Omnis quoque Jurisdictio cum Cippo (ut vulgo dicitur & Patibulo inter prædictos terminos, præterquam in urbe Curiensi

Jus etiam Venandi & Piscandi ab utroque Rheni latere omnes Minae & fodinae metallorum.

Omnes denique Appellationes debere Curiam ad Episcopum deferri.

Contra Civitatem Curiensem.

Jus conferendi vexillum: Jus Ministralem in Civilibus, Cancellarium, Vicedominum, Iudicem Præsidiorum Urbanorum, & Senatum majorem ac minorem constituendi: Medietas praeterea daziorum, (vectigalium) cum fructibus perceptis. Jus etiam Albenae, si videlicet peregrinus sine notoriis haeredibus moriatur, Episcopo bona cedant.

Denique ut omnes Cathedrales ac inprimis Consul Curiensis post obtenta Regalia imperialia Episcopo Curiensi juramentum praestare teneantur.

Ultra postulabat Episcopus

Mulansii in Dominio Majævillano decimam in multis vineis, tenore urbariorum.

Cizerii, Decimam cum aliquibus fundis, tenore conventionis, nuper cum Episcopo initae.

In *Curiensi* territorio totam Decimam Vini & grani, prout Instrumentum edocet, sicut & Jus Patronatus utriusque Basilicae.

Traunii, in Valle Tomiliasca, Decimam grani

Sexamnii

Atque huic ejus petito gratificatus Senatus eſt, miſſo interea Oenipoñta Commiſſario CASP. SCHMIDIO, qui Archiduci ſignificaret, TRIUM FOEDERUM propoſitum eſſe, tum conſcientiarum libertatem, tum cujusque Federis ac Communitatis Jura ſarta & intacta conſervare, & operam daret, ut Archidux a propoſito expellendi Miniſtros ex Oeng. inf. & VIII. Jurisd. deſiſtat, deſiſtat, nec ſua Politiae Jura imminutum eat; ſimul etiam tum Gallici Legati proteſtationem, & Epiſcopi ac Capituli ingentia poſtulata conſideranda oſtenderet, quibus multa inerant, quae nunquam poſſederant, alia quae dudum vendiderant, aut alienaverant: & tamen repetere non erubeſcebant.

Reverſus eſt SCHMIDIUS ejus adhuc menſis die 29. reſponſi loco ferens, Archiducem Tria velle in Raetigoja Parochialia Templa habere. Ex litteris tamen Archiducalibus videbatur poſſe colligi, illum libertatem Religionis in tribus illis Parochiis concedere velle. Ajebat praeterea SCHMIDIUS privatim ſibi dictum a Cancellario: Archiducem non impediturum, ut dictis in locis Proteſtantes alia Templa propriis ſumtibus exſtruant. Haec relatio quum Archiduci innotuiſſet, datis d. 18. Apr. ad Raeticum Senatum litteris ſignificavit ſe reſponſo in Scriptis dato inſiſtere, nec eſſe quod Raeti de ulla alia explicatione, mitigationeve ſibi imaginentur. Raeticarum autem Communitatum vota majora decreverunt, nullatenus a Decreto libertatem utriusque Religionis

Sexamnii, in Pago praecipuo Jus Patronatus.

Supra - Saxi, Jus Patronatus Savognini, Saluxi, Counterii, & Rhetiæ - amplæ.

In *Engadina inferiore*, Jus Patronatus Eremuſſii, Senti, & Ardetii, cum omnibus Decimis, ac Bonis Eccleſiaſticis.

In *Rhætigoja*, Ienazii & Lacuprati Jus Patronatus cum omnibus Decimis.

In *Valle Scanavicana*, Decimas Maladrii, Peiſtæ, Caſtelli, ad Molendina, Baſtainſii, Sprinſii ac Tſchiertſchæ, cum Jure Patronatus. Pradae Decimam cum Cenſu annuo.

Umbilici, apud Corvantios, Decimam cum jure Patronatus.

Petebat denique Capitulum omnes cenſus & ficta in numero, pondere, & menſura, tenore Inſtrumentorum ſibi praeſtari.

gionis concernente recedere, nec latum unguem; adque hoc reddendum responsum rursus SCHMIDIUS Oeniponta remissus est.

Dum ultro citroque deliberatur, Comes MERODIUS Caesarearum Dux copiarum derepente d. 27. Maii, ex Suevia per clivum D. Lucii cum exercitu XL. M. in Raetiam penetrat, litteras Caesaris transitum, quem jam obtinebat, petentes ipse exhibens. Is Curiam veniens Memminium intra suam domum dies aliquot diligenti custodia tenuit, donec suae copiae in terras effusae Pontem Richenoviae Fürstenovii, Sexamninorum angustias in Roncaglia, Imum Castrum, & Campovasti Pontem qui in Superiori Oengadina, adeoque colles quibus in Italiam commode descenditur omnes, occupassent *c*). Ægre ferebat Memminius non majorem sui qui Galliae Regis Personam sustinebat rationem habitam: at non meruisse meliora judicatum ab omnibus. Nam quoties de certo periculo monebatur, is vanos esse ajebat rumores a Tigurinis, a Sangallensibus, & aliis Caesarem Protestantes Germaniae executione Edicti Restitutionis vexantem timentibus, divulgatum. Copiae deserta intra paucos dies in Italiam abiere, relicto in Raetia sufficienti numero, qui itinera tuerentur, & Gallos forte hac venturos arcerent; eaque loca insedere usque ad M. Septembr. A. MDCXXXI. qua transactio inter Caesarem & Gallum Ratisbonae Anno jam antecedenti m. Octobri sancita exsecutioni data fuit, miles proin omnis destructis quae fecerant Propugnaculis abductus est *d*). Promissa Caesaris erant, ut sine incolarum damno copiae transirent: Sed illa male claudicarunt, commeatus enim gratuitus multis dandus fuit. Cum ergo Cæsar Raetiam sub sua potestate haberet, Delegati ad Fedus Hereditarium renovandum alias conditiones ab Archiducalibus obtinere non potuerunt, quam Lindaviensibus similes, & quales solent victis dare victores demum post varias legationes deliberationesque signatae Oeniponte die 8. Augusti. Nomen Tractationibus istis dabatur *Foederis Hereditarii & Unionis Perpetuae.* Paciscentes declarabantur *Archidux Leopoldus, Iosephus Episcopus Curiensis, & Raeti Trium Foederum.* Fundamenti loco sternebatur *Conventio sive Haereditarium Foedus Ao. MDXVIII. inter Imp. MAXIMILIANUM ex una & Episcopum Curien-*

c) Vaucien. T. II. p. 220.

d) Id. p. 226. Theatr. Europ. Tom. II. p. 201. sq.

Curiensem Raetosque ab altera parte initum: Caetera in Tabulis illis Aulici Cancellarii LINTNERI Opera conscriptis, diligenter omnia enarrantui, quae ad Archiducis Imperium extollendum, Raetorum vero statum imminuendum faciunt. Initio exponitur, *Fedus illud cum Cæs. Maximiliano initum utrique Parti multam utilitatem adtulisse, sed praeteritis temporibus per varios tumultus ac motus in Raetia, eviluisse; eamque ob causam Archiducem coactum fuisse illud annullare & cassare, proque Iurium suorum in Ditionibus illis conservatione, Populis illis arma inferre; indeque evenisse quod in Capitulatione Septembri Ao. MDCXXII. cum duobus Federibus inita tertium Fedus, seu Archiducis naturales ac juramento obstricti subditi, federe illo exclusi sint; nunc vero ad Duorum Federum intercessionem placuisse Archiduce concedere, ut dictæ VIII. Jurisdictiones, & cum eis Inferiores Oengadini duobus Federibus jungantur, & renovatione Hereditarii Federis una cum illis comprehendantur.*

Articuli de quibus conventum erat, haec continebant. *Archidux pro Comitatu Tirolis, & Quatuor Dynastiis cis montem Arulam, & Raeti trium Federum bonam viciniam inuicem observent, nec admittant, ut per suas terras quisquam exterus alterum offendat. Duae paciscentes Partes nunquam inter se hostiliter agant, verum si aliqua nascatur differentia, lisve, jure illa decidatur. Videlicet si Archidux, aut Communitas, vel privata alia Persona de parte Austriaca habeat quod jure quaerat, debere illum ex Jurisdictione Rei unum duosue Arbitros non suspectos eligere: tunc Partem utramque duobus probis viris Iudicium seu amicabilem compositionem committere debere; eorumque judicio standum absque ulteriori appellatione. Ubi autem duorum Federum, Grisei vel Cathedralis, incolae, res inter se habeant, Actor sequatur Forum Rei Iudicioque quod editum fuerit, teneatur adquiescere, nisi in casu Iustitiae aperte denegatæ tali enim posse eum coram suo Iudice convenire. At si aliquis haberet quid contra particulares Personas tertii Federis, sive VIII. Jurisdictionum, nempe extra puncta hoc Federe Hered. expressa, ea vigore reservati Iuris debere ab Archid. Leopoldo seu Hæreditario ac naturali Domino, aut Subdelegatis ejus Magistratibus cognosci. Si in unius alteriusve Iurisdictione inveniantur Personæ quæ neutri parti pertinent, contra quos una vel altera Pars aliquid prætendat, debere utramque illas ad instantiam petentis data pro expen-*

sis

sis solita cautione Iuri sistere. Pari ratione Homicidae & Proscripti ad instantiam Petentis coram Iure sistentur. Commercium esto liberum, nec ullis impositionibus novis gravatum. Neutra Pars hosti alterius commeatu subveniat. Hæcque libertas commercii etiam de transitu Armiorum, de commeatu bellico, & omnium rerum aliarum, quibus Archidux Ejusve Hæredes & Successores ut Dictarum Regionum Domini opus habituri essent, intelligatur. Si miles per Raetiam ducendus sit, ducantur semper numero exiguo, sicut nunquam supra 300. pedites & 100. Equites una die transeant: præterea semper unius diei intervallo distent: transeant quieti & sine armis majoribus: ex qualibet Iurisdictione, in qua hospitabuntur destinetur Comissarius, cujus opera necessarii victus pro præsenti pecunia instruantur: expensae & damna quae fient resarciantur. Arma quoque eorundem liceat per Raetiam tuto deducere. Neutra Pars alterius Hostibus transitum aut subsidium subministrabit. Si una pars indigeat milite alterius, petenti ne denegentur voluntarii, ita tamen ut tantum intra prædictarum Regionum in Federe comprehensarum terminos militare debeat honesta Stipendio pro rei occasione numerato. At si Pars a qua petitur, ipsa suo milite opus habeat, liceat suos retinere, imo & si alteri in auxilium fuissent profecti revocare. Et si Duas Partes militare unitim contingat, Neutra absque alterius consensu pacem aut inducias ineat, alteramve comprehendat; & si Archidux vel Successores haberent militem Raeticum in suo exercitu, eum eodem cum suo milite gaudere beneficio debere.

Si vero circa ipsum Hæreditarium Fedus dissensio inter Partes oriatur, Iudicium fore Episcopi Constantiensis, qui ceu delectiis Arbiter, cum Assessoribus æqualis utrinque numeri causam decidet.

In pacifici animi, liberalitatis, ac benignitatis signum Archidux annuatim in festo Martini, incipiendo ab Anno sequenti 1630. Raetis Trium Federum Sexcentos curabit consignari florenos; ita tamen ut Hereditarium Fedus Anni 1518. abolitum & casum sit.

Episcopus, Cathedrales, & Grisei telonia in locis, ubi ab Anno 1518. secundum Fedus Antiquum persolverunt, posthac etiam pendent. Pacta inter Curienses & Velcurianos ante sancita in vigore maneant.

 Quoad

Quoad Religionem declarat Archidux *ſe in Engadina inferiori & Octo Jurisdictionibus pro pleno quod poſſidet imperio, ſolam catholicam Religionem velle exerceri: Appellationes etiam ad ſe, aut Miniſtros ſuos, Subdelegatosve deferri. Et ſi duo Federa vellent nova pangere federa & Tertium quoque Foedus, vel Engadinos etiam inferiores comprehendere, debere hoc prius Archiduci ſignificari, ejusque conſenſus expeti, ut nempe Archidux poſſit cognoſcere num in Federe ineundo Amici aut Inimici Auguſtæ Domus Auſtriacae aliquid intereſſe habeant, & Federe Hered. aliquid afferat præjudicium. Iſtis vero cognitis Archiducem non impediturum, ut procedant Raeti & agant omnia ea quæ paci & quieti ſervient.*

Reſervant Partes *Sedem Apoſtolicam, Imperium Romanum, & utriusque Confederatos cum quibus ante hujus Federis Sanctionem conjuncti fuerunt.* Epiſcopus Curienſis *Sua* reſervat *jura Eccleſiaſtica, & ut Vallistelina, Comitatus Clavennæ & Burmii quando ſub Raetorum legitimam poteſtatem redacti erunt, ceu ſubditi hoc etiam Federe ſint comprehenſi.*

Archidux reſervat denuo *Iura ſua erga VIII. Jurisdictiones, inferiores Engadinos, & alios ubi jus habet, quamvis cum duobus Foederibus conjunctos, & hoc Federe comprehenſos, promittentque Duo Federa Archiducem non impedire in tuendis Iuribus ſuis, quin potius auxilium ipſi præſtabunt. Proin dictæ VIII. Jurisdictiones & Engadini inferiores præſtabunt homagium, & juramento præſtito ſe Archiducis Protectioni ſubmittent.*

Subſcripta ac Sigillis munita, Archiducis LEOPOLDI: Caſparis Saini Decani Curienſis, nomine Epiſcopi; & nomine Raetorum, Jo. Simeonis Florini, Lucii a Monte, Georgii Mejeri, Fort. a Juvaltis, Meinradi Buolii, & Joh. Ieuchii. Act. d. 8. Aug. MDCXXIX.

Raeticus Senatus credens hac Tractatione Caeſaris meruiſſe favorem m. Septembri Doct. Iac. Schmidium Ilantinum Viennam delegavit, ut Cæſari exponeret Reges Galliae & Hiſpaniae Raetis inconſultis per Tractatum Monzonianum ſibi Vallem Telinam & Comitatus ſubtraxiſſe,

traxiſſe,

traxisse; proin ab Ejus auctoritate opeque peteret sibi restitui, nihil denique Curiensi Episcopo in sui praejudicium concedi. In ultimis quippe Comitiis Augusto mense celebratis Episcopus antefatas prætensiones iterato postulabat, novis adhuc additis, quales erant, *ut Imperator Episcopatus declaretur Tutor ac Protector*, *ut Vallistelina & Comitatus* quando abs Hispanis restituentur *Episcopatui reddantur*, *ut omnes alienationes bonorum Episcopatus praeteritate annullentur*, *ut Leguntina Vallis*, *Fovea*, *Flemium*, *&c. Episcopatui restituantur.* Quam voce & Scripto retulit Legatus responsio dicebat: In primis placuisse Cæs. Majestati, quod Raeti ad Imperatorem ceu Caput Imperii recurrant. De Tractatu Monzoniano plenam non habere notitiam, at velle ut seu Pax in Italia per Ducem Nivernensem turbata sequatur, seu non, procurare ut Raeti effectu sentiant Cæsarem desiderare ut suis quisque juribus fruatur; cupere igitur scire quousque pactis, foederibus, ac tractationibus cum aliis Principibus progressi sint. Si Raeti in obsequio Cæsaris maneant, velle brevi praesidiis eos liberare denique suo tempore ex Cæsarea gratia liberaliter compensare. Una cum litteris d. 5. Novbr. aureo torque donatus Legatus SCHMIDIUS aula Cæsarea dimissus est.

Dum Schmidius Vindobonæ Legationem obit, erat ibidem famosus illle P. Ignatius multa contra Raetiam, ac speciatim contra civitatem Curiensem deblaterans, ac postulans. Id ubi Curiae innotuit, statim in aulam Cæsaream missi sunt Archigrammateus JO. TSHARNERUS, & JOH. IAC. WEGERICH: quibus Cæsar benigne respondit, se non permissurum, ut jura quæ habent violentur, imminuanturve, eosque torquibus aureis donatos domum remisit. Quo autem loco procactis Capucini accusationes habitae fuerint, vel inde licet colligere, quod civitatis Curiensis Privilegia omnia Diplomate Ao. 1630. d. 21. Ian. extradato ab Augustissimo Imperatore in Amplissima forma confirmata sint.

Quae hoc tempore Raeti pro recuperatione subditarum suarum terrarum, Mediolani tentaverunt, non meliori successu desinebant, quam Tractationes cum aula Oenipontana Hujus Anni MDCXXIX. m. Novembri, ut Marchioni AMBROSIO SPINOLÆ de Suscepto Ducatus Mediolanensis gubernio gratularentur, restitutionem Vallistelinæ peterent

peterent, denique ut Cæſareus ac Hiſpanicus miles e Raetia abducatur, obtinerent, Mediolanum miſſi ſunt Federum trium Viri JOH. SIM. FLORINUS, GREGORIUS MEYERUS, & JOH. SPRECHERUS; qui reverſi retulerunt Hiſpanos a Capitulatione Monzoniana recedere nolle: SPINOLAM pro componendis controverſiis inter Raetos & Valtellinos velle Perſonam quandam neutralem deputare; ſub certis tamen quibusdam conditionibus Hiſpanos reſtitutionis ſpem facere. Ibidem erant & Valtelinorum Deputati, negotiationi Raetorum inſidias & obſtacula ponentes: quod cum innotuit, ineunte Ao. MDCXXX. antefatis tribus ſtudio tractationis accelerandae miſſi Mediolanum ſunt adjuncti ſequentes, Rodolphus a Marmore, Jo. Petrus Schalkettus, Fort. Juvalta, Jo. Traverſius, Meinradus Buolius, & Paullus Walthierius: Sed hi ob contagionis peſtiferæ ſuſpicionem diu in confiniis haerere coacti 4ta. demum Martii Mediolanum pervenerunt, opera in totum vana. Cum enim Magnus Cancellarius FERRARIUS de promiſſione reſtituendae Vallistelinæ nil ſcire vellet, Florinum, Traverſium ac Buolium ad Spinolam ſe conferre neceſſe fuit tunc Alexandriae agentem. Hic reſpondebat, ſe modo cum Card. Richelio ſuper Artic. Monzon. explicatione tractare. Aliquamdiu poſt Mejerus ad eundem Spinolam Carmagniolam in Pedemontium reverſus eſt, aliquid promiſſis dignum exſpectans: Sed ab eo ad Ferrarium remiſſus eſt. Ferrarius conditiones proponebat ineundi cum Hiſpaniarum Rege Federis, eadem fere quæ cum Helvetiis catholicis intercedunt: quas cum nollent Raeti recipere, Legati peſte Mediolani ingruente, Iunio exeunte domum reverſi ſunt.

Conſiliarii Oenipontani volentes nuperae Tractatione ſuum conſtare vigorem, die 19. Septembr. Comiſſarios denominarunt Joh. Eraſmum Kuonium, Praefectum Oenotrianum, & Rodolphum Planta, quibus mandatum Pacta exſequi. Hi medio m. Octobri in inferiorem Engadinam venientes exſecutionem rigide urſerunt, omnes Paſtores Evangelicos die 28. Octobr. in Exſilium ire juſſerunt, ne dimidio quidem diei domeſticis diſponendis dato. Hi neceſſitate ſic urgente inter ampliſſimorum ſuorum gregum ſuſpiria ac Lacrymas valedicentes, in proximam Superiorem Engadinam ſe contulerunt; Zuzii benigne

nigne habiti cumprimis abs Equite CONRADINO PLANTA *), qui unam ſuarum aedium eis habitationis loco conceſſit, donec Deus Sereniora daret. Eam ergo hyemem illic exegerunt beneficentia piorum ſuſtentati, et publicis precibus, concionibusque frequentibus, & privata inſtitutione populum diligenter erudientes, in pietatis ſtudio, patientiaque Sanctorum confirmantes *e*). Dierum una clanculum ad ſuos permeans Nicolaus Anthonius Vulpius, intra octo dies, quos abſuit, diverſis locis, ſemper noctu, octo habuit conciones, vigintitres infantes a matribus portatos baptizavit, quatuordecim matrimonia copulavit *f*). Secuto vero huc illuc diſperſi ſunt. Nicolaus modo nominatus Scamffienſis, Ejus frater Iacobus, Thoſanenſis, Joh. P. Saluzzius Sanct - Mauritianæ, Alii aliarum Eccleſiarum curam ſuſcepere. Ex Eccleſiis Paſtoribus privatis numeroſi greges, feſtis cumprimis Natalitiorum & Paſchatis diebus, ad Noſocomium Capellae Scamffienſis Parochiae currebant, Sacras conciones audituri. Hancque calamitatem iſtae Eccleſiae ſicut multae per Germaniam aliae a Caeſaris aſperitate ſuſtinuerunt, de quarum afflictione Germaniæ Hiſtorici.

Malis acceſſit peſtis, quae Anno MDCXXVII. m. Novembri in aula Epiſcopali & ea urbis parte quæ eſt ad Portam inferiorem Sexaginta

*) Illuſtris ac Pius iſte Magnas extremum diem obiit Ao. 1643. d. 3. Ian. Lapis ejus Sepulcro impoſitus hanc monſtrat Epigraphen.

D. CONRADIN A PLANTA EQUIT AURAT. G. R. G. ET S. R. V. CAP.
PRÆTORI OENGAD. AD V. MERITISS. OBIIT ANNO M. DC. XLIII.
D. IV. JAN. ÆTAT. LXVI.

Hac cubat à PLANTA funus Lachrymabile tumba
Mens fruitur coelo, fama ſed orbe manet.

e) Saluz Præf. in Geneſin edit. Lingua Engad. Tig. 1657. fol. 18.

f) Not. MS.

ginta, apud Sexamninos ducentos homines abſtulit, ac deſiiſſe videbatur. Sed mox recruduit. In Helvetia per annum MDCXXIX. graſſata eſt & cum anno deſiit. In Raetia vero magis magisque graſſabatur, & anno ſecuto ea loca occupabat, in quibus antea non vastaverat. In Valletelina tantam ſtragem fecit, ut tertiam partem incolarum abſtuliſſe cenſitum ſit *).

*) Lavizzari Mem. lib. IX. p. 361. La Valtelina, che ſenza gli adiacenti Contadini pregiavaſi avanti li torbidi del 1620. di centoventi milla Abitanti, nel ceſſare della peſtilenza trovoſſi ſcemate le tre perſone del quatro, Secondo il diligente ſtato preſo nel 1633. nella Viſita Epiſcopale ritrovato il miſerabile numero di Sole 39971. Anime; ſiccome nel contado di Bormio ridotte a 5870. ed in quel di Chiavenna ad 8287. E pure in molti luogi della Valtelina vedraſſi nel 1636. a creſcer la ſtrage, e farvi danno anche più orribile del preſente. Conſumati gli aveti, conſumate le vite: dappertutto una miſera faccia di morte e di deſolazione.



CAP.

CAP. XXIIII.

1629.

Bassompetrae negotiatio in Helvetia pro depellendi Austriaci. Gustavi Adolphi arma Protestantibus Salubria. Dux ROHANUS in Raetiam missus.

Gallus dolens se a Cæsareanorum Raetiae itineribus insidentium præsidiis Italia arceri, de aditibus illis aperiendis, Raetisque demerendis cogitare coepit, ut Duci Mantuano opportune auxilia mittere posset. - Misso ergo protinus m. Iunio MDCXXIX. in Helvetiam LEONE petebat ut Cantones unitis secum viribus, Austriacos injuste Raetiam tenentes depellerent, Raeticas terras in pristinum Statum restituerent. Favebant consilio Evangelici Cæsaris potentiam metuentes, Renitebantur catholici a Casato pendentes. Cum praeterea tota Helvetia peste misere desolaretur, illa negotiatio evanuit *a*). Lue pestifera cum Anno desinente, anni sequentis MDCXXX. d. 12. Febr. venit Marescialllus BASSOMPETRA, idem cujus in Hispania Legationem supra recensuimus, qui Cantonum Oratores in d. 3. Martii ad se Salodorum evocavit. Raetis etiam eo accitis. Verum Raeti emanserunt, litteris Kal. Mart. Tamilio Scriptis brevitatem temporis praetexentes, re autem vera offensionem Austriacam vitantes. Post exhibitas Illustri illi consessui Regis sui fiduciarias, praeclara oratione „ Legatus exposuit Christianissimi pro tuenda totius Helvetiae liber- „ tate optimam voluntatem, inde facile cognoscendam quod eos de „ imminentibus periculis toties monuerit. Praestita novo Duci Man- „ tuano officia luculenter ostendere ejus Arma non ad fastum & am- „ bitio-

a) Vauc. p. 220. - 223.

„ bitionem, ſed ad repellendas injurias, ac tyrannicas uſurpationes ſervire. Non Mantuani tantum Ducis protectionem & oppreſſae Raetiae reſtitutionem ſpectare Chriſtianiſſimum, ſed ut univerſus orbis Chriſtianus, unus quisque Princeps ac Res Publica juſtis ſuis ac antiquis Dominiis fruatur, hoſtem proin aſſertum omnium eorum qui libertatem ſtatuum convellere praeſumunt. Summopere vero offenſum fuiſſe Regem audita nupera Raetiæ Helvetiis ab antiquis temporibus confederatae occupatione, uſurpatione, & oppreſſione; huic enim ni in tempore occurratur, maximum toti Helvetiae periculum impendere. Satis adparere quo oppreſſiones Rerump. tendant, militem in confiniis Helvetiae caſtra metantem ſub praetextu coercendi Sueviam, & reſtitutionem Bonorum Eccleſiaſticorum exſequendi pro meta habere extollere Romani Imperii auctoritatem, indeque oppreſſiſſe Raetos, & ultra plus forte tendere cogitare. Tacere quidem Raetos exercitibus numeroſis obrutos nullius ſollicitata ope; haud dubie Sympathiam Helvetiorum Silendo cognoſcere volentes. Iam vero Helvetios ad occupationem tranſituum Italiae muſſitare, quos Generoſi Majores Sanguine armisque adquiſitos Summo ſtudio tutati ſunt. Hanc oſcitantiam dediſſe Pacis oſoribus occaſionem audendi quæ perpetrarunt, dubiumque non eſſe res meliori loco futuras ſi ſe Helvetii aliter geſſiſſent. Non mirum a Raetis non flagitari auxilia cum nec vocem, nec votum habeant liberum, & miſeris permiſſa lamentatio illis denegetur. Aſt pro illis loqui calamitates, ſuſpiria, ac ſingultus, imo praeſens Helvetiae periculum confederatos ad auxilia excitare. Licet vero res videatur fruſtatoria demum poſt oppreſſionem auxilia mittere velle, omnibus tamen obſtaculis inſuper habitis conſtituiſſe Chriſtianiſſimum propriis expenſis, ope exercitus Sexmille Helvetiorum, cui commeatum & Arma ipſi Subminiſtrare debebunt, & quatuormille Gallorum peditum ac quingentorum Equitum, Raetos in priſtinum Statum reſtituere. Patere hinc liquido quanti Helvetiam nomen faciat, & cupere hujus voti compotem fieri; aut ſaltem facultatem illum numerum conſcribendi, ut eo aliis in locis uti poſſit *c*).

Non

c) Id. pag. Oratio per extenſum exhibetur in Theatr. Eur. Tom. II. p. 164. ſq.

Non eodem adfectu excepta fuit Regi Oratoris oratio. Erant qui dicerent, non fidendum blandis Monarcharum verbis, qui alia ostendere, longe alia plerumque designare soleant, ac forte conari Gallum recuperandae Raetiae & conservandae Helvetiae praetextu bellum in Helvetiam trahere. Nomine confessus interim Regi ob propensam voluntatem actae gratiae. Insuper non suam esse mentem res Raeticas deserendi, aut Vallemtelinam a legitimis Dominis abstractam negligendi: Spem vero esse inter duos Monarchas bello Italiae implicatos pacem tractari; taciteque innuebant, facile bellum in ipsam Helvetiam trahi, si quid armis conarentur. De toto vero negotiam exspectandum suorum Superiorum consilium, quibus referre promittebant.

Conscriptionem militis Regi secundum Fedus concesserunt Tigurum, Berna, Basilea, Salodorum, Friburgum, Glarona, Sangallum, Bienna, & Neocomum, qua Viros Sexmille sub duabus Legionibus, decem vero cohortibus dispositos per terram Gex & Sabaudiam Aprili statum mense in Italiam Nivernensi auxilio misit. Reliqua petitionis puncta abnuerunt, nempe caventes in se Cæsaris iram provocare.

Rebus Protestantium Germaniae propemodum conclamatis tandem inexspectatam tulit opem Aquilone ortus vindex ille GUSTAVUS ADOLPHUS Rex Suecorum, qui hujus Anni m. Iunio exercitu non tam numeroso quam forti in Pomeraniam transmisso, incredibili fortitudine, parique felicitate Cæsaris vires brevi tempori sic adtrivit, ut de bello Mantuano componendo debuerit cogitare. Interea vero in Raetia habita sunt d. 18. & seqq. Septembris Comitia Amisii (vicus est uno supra Curiam milliari) ob pestis quæ Curiae grassabatur contagionem. Aderat Dominus de LANDE nuper a Christianissimo missus qui loco Memminii nunc abeuntis res curaret. Abs Comitiis illis prospiciebatur securitati Raetiae, quæ ab identidem in Italiam transeuntibus copiis Cæsareanis multa patiebatur. Approbatum consilium Landæi Regio sumtu tres Legiones, seu termille milites ex singulis Federibus conscriptos alere promittentis. Ad clivum D. Lucii, & ad Rheni Pontem duo Propugnacula exstructa, quibus custodiendis tercenti milites constituti. Omnes Communitates de armis ac bellico commeatu providere jussae, sic ut ad primum classici sonum delectum sistere possint. Denique

nique pro aviti ſtatus conſervatione codicillos Federales novo jurejurando ſe obligare decretum.

Auſtriaci audientes Galli induſtria Raetos a ſua amicitia averti, nihil non egerunt ut conatus eluderent, minis quidem primo, deinde etiam promiſſis gravamina quæ Raeti ab Oenipontana haberent Tractatione vel tollendi vel mitigandi. Verum cum ſemper Jura Dominii in Tertio Federe & inferiore Oengadina imperioſe creparent; & Raeti ullam a priſtino ſtatu diminutionem admittere nollent: & Regiis litteris d. 30. Sept. adlatis promitterentur omnia neceſſaria ad priſtinam libertatem recuperandam, ab oratoribus Communitatum d. 10. & ſeqq. Octobr. Majaevillae confluxis Senatusconſultum Amiſſii factum confirmatum eſt, diesque Septima Decembris dicta, qua in omnibus Communitatibus præeuntibus Miniſtralibus codicilli Federales jurabantur. Qui ab inferioribus Oengadinis juramentum exigerent miſſi ſunt Senatus nomine Rodolphus a Marmore, Joannes Traverſius, & Paullus Walthierius. Quod populi illi, ipſi Cathedrales qui ſub calva ſunt promte praeſtiterunt; quicquid dehortaretur Curienſis Epiſcopus, & minarentur Auſtriaci, qui duabus bombardis campeſtribus, viginti muſchettonibus ac bellico commeatu neceſſario noctu ex Tiroli in arcem Teraſpiam devecto, militibusque circ. XXX. impoſitis vim oſtenderent. Praeſtito Federibus juramento Oengadini inferiores Iudicium ſeu Tribunal conſtituerunt, a quo omnes qui ſub Auſtriacorum & PLANTÆ regimine puniti fuerant, mulctis liberati, honoribusque ac dignitatibus priſtinis reſtituti ſunt.

Ab illo tempore non diu ſuperſtes fuit RODOLPHUS; depoſitis in praedio prope Maranum mortalibus exuviis, nulloque ſui Raetis relicto deſiderio. Epitaphium quod in Sacello, uno ab oppido Lapide diſtante viſitur, hanc monſtrat Epigraphen

HIC

HIC IACET ILL. D. RODOLPHUS PLANTA IN WILDENBERG ET REMUSS, PRÆTOR AUREATUS, SERENISS. D. D. LEOPOLDI ARCIDUC. AUSTRIÆ, FELICISS. MEMORIÆ A CONSILIIS, CAPITANEUS ARCIS TARASP, GUBERNATOR VALLIS TELLINÆ ET GRISONÆ INFERIORIS, CUM EJUS CONJUGE DULCISSIMA, DNA. MARGARITA PLANTA, NATA TRAVERS DE ORTENSTEIN, QUÆ OBIIT x. DIE MARTII IN ANNO MDCXXXIII. QUORUM ANIMÆ REQUIESCANT IN PACE. AMEN.

Illo tempore Landæus Arcem Richenoviam oblata Scutatorum LX. M. Summa, & Guttenbergam emere voluit, ut illis ſub poteſtatem Gallicam redactis, Auſtriacum tranſitu Italiae perpetuo excluderet, indeque adiutas Suecus armis felicibus tanto facilius Ejus potentiam adtereret: Sed ne venderetur illa obſtiterunt Raeti nolentes ſibi a Gallo compedes iniici: & ne potiretur iſta, impediuit Archidux, qui Comiti Alto - Amiſiano venditionem prohibuit.

Vi Auſtriaca ex inferiore Oengadina pulſi Miniſtri non diu emanſerunt favore & deſiderio ſuorum nixi, ſic ut Auſtriaci offenſionem populorum videntes, urgere executionem Tractatus Oenip. non auderent. Iuſſu Georgii Saluzzii Decani Synodalis Johannes Pitſchen Saluzzius Lavinenſis antea Eccleſiaſtes, mox poſt anni novi MDCXXX. initium, in aedes Suas demigravit, & omnibus decem inferioris Oen. communitatibus libere, fruſtra ringentibus Capucinis ſeruiit ſolus usque ad xxx. Maii, qua Paſtores caeteri ad curas illarum Eccleſiarum redierunt, apudque illas ab eo tempore perdurarunt *d*).

Initio interea Anni MDCXXXI. Pace Chieraſci Signata negotium Mantuanum conpoſitum eſt, coacto Cæſare copias ſuas in Germaniam revocare

d) In Praef. Geneſ.

revocare ut Sueci sisteret progressus: & illius vigore omnis miles, qui sive itinera sive alia loca tum Raetiae tum Vallistellinae insidebat, m. Aprili abductus est; eaque evacuatione tum res publicae tum Ecclesiae respirare coeperunt. Non desiit ea compositione quae Gallum inter Austriacum vigebat simultas, ut potius creverit foedere inter Gallum & Suecum eodem fere tempore (d. 23. Ian. MDCXXXI.) ad Austriacae Potentiae depressionem inito, sexque Annos duraturo. Hinc Raetia a Caesareis derelicta, die 4ta. Decembris Venetiis venientes Curiam appulere HENRICUS Dux ROHANIUS, & HENRICUS Dux Candaleus; ROHANIUS quidem Generalis sive Dux Exercitus Raetici a Christianissimo denominatus, tali axiomate a Senatu Raetico d. 11. Decembr. agnitus est, anno secuto 1632. etiam Legati Extraordinarii in Helvetia & Raetia charactere tituloque cohonestatus: Candaleus vero Gallias petiit. Erat Rohanius multis animi & corporis excellentibus dotibus liberaliter præditus, litteris apprime excultus studio pietatis flagrans, magni animi, laboriosus, sagax, pugnax, providus, Reformatae praeterea Religioni toto pectore addictus. A Sacris dum in Raetia fuit secum habebat D. D'Urzium, postea Balmium Turicensis antehac disciplinae alumnum, viros doctrina ac pietate florentes. Circa Religionis res, licet Regis sui Mandata in catholicae Religionis splendore conservando religiose observaret; tamen Muneris laborisissimi curis non obstantibus Reformatae quoque in Raetia Ecclesiæ aedificationem cordi habuit. Nuspiam quidem reperio THEODORUM TRONCHINUM celebrem Theologum Genevensem ab ipso in Raetiam accitum, de emendando nostro statu laborasse, quod proditum reliquit BAYLIUS *) est tamen vero simillimum Svasore & Auctore ROHANIO fuisse

*) BAYLE Dict. Tit. *Tronchin* ubi hæc. Tronchin fut preté au Duc de Rohan pour quelques mois l'an 1632. & remplit parfaitement bien l'atteinte de ce Seigneur, qui lui temoigna depuis beaucoup d'estime & d'affection particuliere. Ce Duc etoit alors Ambassadeur extraordinaire du Roi de France & General de Son Armee dans le Pais des Grisons. Il envoya un Gentilhom a Geneve avec des lettres pour la Seigneurie, & la Comp. des Pasteurs. C'etoit pour demander un Ministre qui residât apres de lui, & dont il pût prendre conseil a l'egard des choses qui pouvoient tendre au bien des Eglises Reformees de ce Pais là maltrattees par les Espagnols. Theodore Tronchin lui fut envoye, mais seulement pour quelque mois. Le besoin qu'en avoit l'Academie, ne permettoit pas, qu'on lui donnât un fort long congé. Le terme etant expire, on le prolongea de deux mois, a l'instance du Duc de Rohan. Les Eglises des Grisons conserverent une grande veneration pour la persone de ce Ministre, & beaucoup des bons offices, qu'il leur avoit rendus.

fuisse abs Tronchino nomine coetus Pastorum ac Professorum Genevensium, nec non a reliquis Helveticis Ecclesiis ad Raetia Ministros litteras Scriptas, quibus monebantur uniformitatem modi doctrina, liturgiae, ac rituum tenere, Juventutem catechesi diligenter exercere; quarum in Synodicis Actis modo allegandis mentio. Is cum cognosceretur ROHANII erga Religionem adfectus, confirmabantur Evangelicorum animi pro Sacris suis tuendis. Præteritis ultimis annis 1629. 1630. 1631. nullae fuere habitae Synodi, quod tutum non crederetur, milite Cæsareo passim locante, convenire jam aura spirante Seniori Synodus congregata est Filissurii dieb. 19. & seq. Iunii St. V. coram quæ acta sunt ad Ecclesias pertinentia dare placet, ipsis Synodalium verbis.

„ Anno MDCXXXII. die xx. Iunii comparuerunt coram
„ Ven. Synodo Legati omnium Communitatum Inferioris Enga-
„ dinae, Summoque fervore significarunt: quandoquidem singulari
„ Dei benificio post præstitum ab ipsis postulatum Federale jura-
„ mentum, jam rursus pro Communitate libera Rhetiae agnoscan-
„ tur, pretiosissimum autem vera libertatis sit posse frui libera
„ praedicatione Verbi Dei, qua jam ab aliquot annis per tyranni-
„ dem hostium veritatis fuerunt privati: Venerandae autem Sy-
„ nodi sit, Communitatibus Ministros Evangelii petentibus pros-
„ picere, adesse se summisque votis per viscera Jesu Christi com-
„ munis Servatoris nostri orare, obsecrare, obtestari, ut ipsis de
„ idoneis Verbi Dei Ministris prospiciatur. Id si fiat, Summum
„ se Dei beneficium agnituros; sin minus protestari se coram
„ Deo, & Sanctis ejus Angelis, perditionem plus minus Sexmil-
„ lium animarum, quæ per hanc Synodi negligentiam perditum
„ essent abiturae, nulli alii imputandam quam ipsi Synodo; seque
„ nihilo minus extrema quæque tentaturos. Praesertim quum
„ ipse quoque. R. Episcopus Curiensis nuper illac transiens,
„ nonnullis ex ipsis etiam tum praesentibus palam dixerit:
„ *Unice se cupere, ut inferiores Engadini, pristina illa sua tam*
„ *corporali quam etiam spirituali libertate deinceps fruantur; se-*
„ *que mutuae Pacis & Amicitiae hac lege colenda semper fore stu-*
„ *diosissimum.*

„ Ven.

„ Ven. Synodus audita tam acri proteſtatione, auditis tot gemi-
„ tibus & ſuſpiriis, viſis etiam uberrimis lachrymis, & ponderata mu-
„ neris ſui ratione, ac ſingillatim Rev. D. Epiſcopi Curienſis tam
„ amicae voluntatis ſignificatione, Legatos iſtos ferventi conſolatione
„ erigendos cenſuit. Cenſuit item petitioni ipſorum omnino annuen-
„ dum, delegitque ex ordine noſtro D. Praeſidem Synodalem D.
„ Geórgium Saluzzium, D. Hartmannum Suarzium, D. Lucium Ga-
„ brielem, & D. Simonem Ludovicum, qui coram Oratoribus Illus-
„ trium Trium Federum cauſam iſtam ſerio agant, inſtentque ut Le-
„ ges & Privilegia Synodalia circa Miniſtrorum verbi receptionem &
„ rejectionem, ratæ habeantur & obſerventur. Interim Legatis Eccle-
„ ſiar. infer. Eng. perſuadeatur, ut moram unius menſis patienter fe-
„ rant, quo interea Ven. Synodi interceſſione iſtud omne bona Pro-
„ cerum Rhetiæ noſtræ pace fieri poſſit. Interim autem concedit
„ Ven. Synodus ut Miniſtri, qui rerum privatarum ſuarum ergo in
„ Engadinam deſcenderint, illi in privatis locis S. Baptiſmum, S. Ma-
„ trimoniorum confirmationem, ægrotorum conſolationem, dextre &
„ pie petentibus conferre debeant.

„ Humaniſſimae Propoſitioni R. & Clariſs. D. Theodori Tron-
„ chini Theologi Genevenſis reſponderunt fratres, Operam ſe daturos,
„ et nunc et in poſterum, ut & Genevenſis & Helveticarum Eccle-
„ ſiarum admonitio de Puritate & Conſenſu Doctrinae Evangelicae in
„ Confeſſione Helvetica expoſitae unaniniiter retinenda & propaganda;
„ de informanda Iuventute in Catecheſi, Catechiſmoque unico exer-
„ cendo per totam Rhetiam; de Ritibus Eccleſiaſticis ſimilibus ubiquè
„ recipiendis; de ſtudioſis S. Theologiae alendis; denique de vinculo
„ concordiæ & ordinis retinendo, locum habeat.

Paſtoribus Evangelicis cum Dominorum Raetorum venia ad ſuas Eccleſias reverſis, nata eſt de reditibus Parochiatum controverſia cum Capucinis, qui eos hactenus pro plena quam ſibi arrogabant poteſtate percipiebant. Diſceptata ea fuit coram ROHANIO, Patrum cauſam agentibus P. Bonaventura de Caſpano, & P. Chriſtophoro de Como, ipſis aſſiſtente Joanne Flugio Præpoſito Curienſi, ubi pro ejus anni reditibus d. XXV. Octobr. tranſactum eſt reſervato Communitatum jure; ſimulque conventum Capucinos ZERNEZII ſolitas (abs Rudolpho Planta ipſis

ipsis donatus) SUSII autem ARDETII, REMUSSII, SENTI, ac COELINI, Parochiales aedes inhabitare ac possidere posse: Zernezii datum illis est Templum S. MAURITII, ea lege ut Altare, Porta, & fenestrae exstruantur: Pariter Celini concessum ut Celini in Templo S. Mauritii Altare habere queant, & quandam redituum partem ligna autem a suis Auditoribus (quorum numerus illic ad triginta ascendebat) accipiant.

Ast quod inuisi, ingrati, & molesti essent, anno sequenti m: Julio ex omnibus aedibus Parochialibus infra Vallem Tasnam migrare jussi sunt, dicentibus incolis: Eam conventionem ad unum tantum annum factam esse. Denuo hinc apud ROHANUM, LANDEUM, & Raeticum Senatum Capucinorum personabant quærelae; a quibus sane obtinuere quod Engadini ereptas aedes restituere, & pactorum initorum observationem continuare per poenas & mulctas jussi sint.

Hujus Anni die 28. Octobr. Curiensis Episcopus ad singulas Federis Cathedralis Communitates litteras exaravit, quibus haec quatuor petebat. 1. Homagium aliis Antecessoribus suis olim praestitum sibi quoque praestari. 2. Articolos Anno MDCXXIII. interveniente Nuncio SCAPIO pactos raetos haberi. 3. Census exsolui in natura ac materia, non pro more, quo pro grani quartario tres tantum batzeni solvantur. 4. Dicebat, se Iudices Feudorum, quos Palatinos Curiae vocant, constituere velle, contendebat ergo Communitates per Recessum promittere debere, quod quae Palatini illi judicaverint, exsequi velint. Respondere illi Oratores Communitatum pro Comitiis die 28. Ian. MDCXXXIII. congregati, debere prius Episcopum adimplere Pacta quae Antecessores ipsius a Lucio Yterio (Pacta Anni 1541. innuebantur) inde ad ipsum usque stipulati sunt: nec defuturos Populos praestare, quae jure tenentur.

Hoc Anno Curiensis civitas Promotoribus Consulibus GREGORIO MEJERO, & MICH. FINERO loco ubi Hospitale erat, Artium liberalium Gymnasium instituit, Xenodochio aliorsum translato. Gymnasio Rector datus est HARTMANNUS SUARZIUS, eique collegae adjuncti M. Gaudentius Tackius, Josephus Tannenberger, & Fortunat. à Juvaltis.

Synodus Evangelica Anno MDCXXXIII. Fiderisii congregata statuit, ut Ministri qui Disciplinam Ecclesiasticam in Ecclesiis suis nondum introduxerunt, illico omni conatu eam introducere & exercere satagant. Quod si vero populus curae eorum comissus minus facilem & morigerum hac in parte se praeberet, darent operam ut tum brachio politico, tum etiam litteris a Synodi Praeside ad Ecclesias illas datis ad debitum obsequium adigantur, quo in censura Synodica officii rite peracti rationem reddere queant.

Anno MDCXXIV. die 3. Iunii in Helvetiae Monasterio Ryomiensi extremum obiit diem Desertinus Abbas & Plenarius Pontificia auctoritate illius coenobii Administrator SEBASTIANUS à CASTELBERG. Ex compromissaria auctoritate Nuncio in Helvetiis Apostolico & Episcopo Burgi Domini RANUCCIO SCOTO abs Conventualibus concessa, d. 21. Jul. Successor denominatus est AUGUSTINUS STOECKLINUS Murensis Helvetius, Polyhistor, & Antiquitatum peritus; qui d. 20. Aug. ab Abbate Fabariensi promulgatus; die 28. Febr. Anni seq. Romae confirmatus; denique d. 15. Apr. abs Curiensi Episcopo Curiae in Cathedrali Ecclesia consecratus est. Illi Desertinensis Communitas Jus Patriae donavit, ne hac electione juribus suis quid decederet. Jus enim Repræsentationis illi praetendebant, & quod natione Rhaetus debeat eligi. Deque his amice transactio facta.

Die Veneris 22. Sept. Vallis Rheni incolæ tellurem suam a Vallis Marchione CAROLO TRIVULZIO exsolutis bis mille & quingentis Florenis redemerunt. Instrumentum rogatum est per Paullum Schgierium Notar. Publ. in quo Marchio portorium, quod ad Pontem Spelucae solvitur & annuos quosdam census in Summa 27. fl. reddentes sibi reservaverat quæ Ministrali JO. GEORGIO & Vexillario CHRISTIANO ZOYA vendiderat. Sed & hunc proventum exsoluto pretio Rhenani sui juris fecerunt. Vix Sigillata erant Instrumenta cum Episcopus Curiensis ceu præteritus Feudi Dominus de nullitate contractus coram Senatu Raetico protestatur. Sed cum pro causa sua aliud non allegaret Documentum, quam Vetustas quasdam Tabulas Anni 1493. quibus declarabatur Jo. Iac. Trivulzium per Comissarium suum Gabrielem Sanagatta abs Curiensi Episcopo HENRICO feudum Vallis accepisse: ad quod Rhenani respondebant, se abs eo Domino liberasse, cujus Patri

& An-

& Antecessoribus juramentum praestiterant, nec sibi cum Episcopi esse rei: a prosequenda causa destitit.

Anni MDCXXXV. die lunæ, Augusti VI. in Episcopali Curiae Palatio ex peste supremum obiit diem Præsul JOSEPHUS MOHRUS. Federe Cathedrali per Deputatos denuo observationem Articulorum Anni MDXLI. cum YTERIO pactorum urgente, & Rege Christianissimo litteris officiosissimis ad Capitulum datis promotionem Præpositi FLUGII desiderante, Anno demum sequenti Kalendis Februarii Successor illi datus est JOHANNES FLUGIUS, (ex fratre nepos Episcopi ejusdem nominis, qui ante 37. annos, eadem die infulam obtinuerat,) Eccl. Curiensis Præpositus, S. S. Th. Doct. Protonotarius Apostolicus & Pontificis Cubicularius honoris. Licet vero facta electione Isaacus de S. Simone Gubernator Fortalitii ad Rhenum nomine Regis Christianissimi Capitulo ob exauditas preces benevolentiam testaretur, & munifica donatione pecuniarum in causas pias & Episcopatui necessarias erogandas, tum Episcopum tum Capitulum sibi devincire allaboraret, tenuit dum vixit Patrui vestigia Præsul, & cum eo Capituli major pars Imperii cujus pars est, Sectans amicitiam.

Episcopus recens electus Constantia in Episcopalem Aulam d. 14. Aug. duos accersivit Societatis JESU Patres, Hieronimum Werigerum Rapersvillanum, & Gasparem Portnerum, quibus Scholae curam demandavit. Ea re audita Proceres Raetiae Præsulem de priscis Decretis pro pace status contra Jesuitas olim factis monuere; quibus ille obsequens statim d. 25. Ejusd. Mensis Patres ad suos remisit.

Cum Raetiam sub sua potestate Gallus teneret, Hispanus per Vallemtelinam, Burmium & Vallem Monasteriensem Cæsari copias auxiliares identidem transmittebat, quibus adiuti Caesareani prope Nordlingam Ao. 1634. magna clade Suecos affecere. Gallus ergo ut fatiscentes vires oppugnantium Austriacam potentiam confirmaret, Rohanium occupare Vallemtelinam caeteraque itinera jussit: qui promtus d. 25. April MDCXXXV. Clavennam mox etiam Vallemtelinam occupavit. E contra ex Exercitu Caesareano missi Duces Galassus & Fernamontius, qui obsidentes itinera Gallos depellerent. Hinc velitationes

nes ac prælia varia, in quibus plerumque ROHANIUS victor, quorum fusiorem descriptionem Historicis relinquimus *).

*) Vid. le Vassor, Lavizari, Quadri, Theatr. Europ. Tom. III. p. 433. 509. 531. 570. 582. 626. 640. 650. 661. sq. 675. 715. &c.



§. II.

Inter Raetos & Gallos simultas ob restitutionem non præstitam. Galli Raetia exeunt.

Istis feliciter gestis, sub finem Anni MDCXXXV. Regiae advolant litterae, quibus jubebatur toties flagitantibus Raetis Vallemtelinam, duosque Comitatus his conditionibus restituere: ut solum Religionis catholicæ exercitium in illis Provinciis vigeat, Evangelicis duo tantum Menses in Anno habitatio permissa sit, & Magistratus omnes etiam Appellationis non nisi ex Raetis Catholicis deligantur. Tentata ergo cum Valtelinis conciliatio: Indicta Ianuario m. Ao. MDCXXXVI. Clavennae Comitia, ubi integrum octiduum tractationibus absumtum. Tandem conscripti Articuli XIV. quibus administratio Justitiae & solius Religionis cathol. exercitium Valtelinis concedebatur, sic tamen ut Raeti tres subditos nominare possent, ex quibus unum Valtelini eligerent. Pro Justitiae administratione Valtelinis XXV. M. aureorum tempore belli, & XV. M. tempore pacis Raetis solvendi imponebantur. Caetera Jura supremi Dominii Raetis reservata, ut per Provisores curarent vigere & administrari. De His vero Articulis Raeticae Communitates magnopere indignabantur, quod ex promissis Regiis plenariam restitutionem exspectarent. Fuere tamen in Comitiis d. XXI. April. Thosanae celebratis non sine contentione & astuta Vætorum conciliatione Articuli acceptati. Promittebat Rex Sexaginta mille libras in promtu, & viginti mille post Annum, si Articulis daretur ex-

secutio

fecutio. Quaedum tractabantur Ministri Evangelici datis ad Ducem litteris rogare ne conscientiae cauterium reliquis calamitatibus addat, Evangelicos exercitio suæ Religionis privet, pro cujus libertate olim in Articulis Madrillienfibus cavebatur. Tigurini quoque & Bernates amicissimis litteris dehortabantur consensum in ea pacta, per quae se gladii potestate privarent. Quibus responsum est a Raetiae Praesidibus argumentis a ROHANIO suppeditatis, nempe ab hac acceptatione tandem Pacem, adferri, & hac via Hispanismum maxime excludi. Iuxta cum Regiis, ad quos elogio Legati & Justitiae ac Ærarii Præfecti nuper ex Gallia accesserat FRANCISCUS LANERIUS, urgebant Articulorum Approbationem singulariter JENAZIUS, cum aliquot ejus sequacibus, sed iste non alio fine, quam ut Gallos in odium Populi adduceret, singulariter Helvetiis & Raetis Evangelicis exposos redderet. Quo sane facto scopo non excidit.

Hispani quamprimum de Raetorum aversione in Roanii Propositiones intellexerunt, per Hieronymum Curtum Grabedonensem a Comite Serbellono missum Raetis clanculum significant, se Raetis suas terras, æquioribus conditionibus, sive reapse restituturos, si nempe missis Gallis, cum Rege Hispaniarum ineant ac colant amicitiam. Similiter nomine Archiducis favorabilia Victori Traversio promittebant Oenipontani, singulariter Hisp. Regis Oeniponte residens Legatus Don FEDERIGO HENRIQUEZ Lusitanus. Non omittendam hanc temporis oportunitatem Primarii quidam consilio & auctoritate viri, numero XXXIV. de recuperando Patriæ statu, unitis ac secretis Consiliis consenserunt *). Crevit Raeticorum Ducum in Gallos ira ob non enume-

*) Ut cognoscatur quorum consiliis opeque res perducta sit, en singulorum nomina. Ex Federe Griseo, hi IX. Conradinus a Castelberg, Ioh. Gaud. Smidius, Rodolphus a Marmore, Collonellus de Florinis, Christoph. Rosenroll, Joannes Georgius, Christophorus a Montalta, Iohannes Corayus, Joh. Wilhelm Smidius. Ex Cathedrali, XII. GEORGIUS JENATIUS, Georgius Mejerus, Joannes Bavierius, Fortunatus a Juvaltis, Joannes Paullus Belinus, Dietericus Iecklinus, Rudolphus a Salice, Ulricus Albertinus, Iohannes Tscharnerus, Joh. Victor Traversius, Georgius Wiezel, Rudolphus Planta. Ex Tertio denique XI. Meinradus Buolius, Paullus Buolius, Duricus Enderlinus, Andreas Sprecherus, Andreas à Porta, Paullus Valerius, Joannes Petrus Enderlinus, Joannes Ieuchius, Joannes Petrus Gulerus, Joannes Caricel de Lucanio, & Leonhardus Wildenerus. Signat. Curiæ, in aedibus Consulis Mejeri, d. 27. Ian. 1636.

6. Febr.

enumerata Stipendia. Cum enim ſex Legionibus a multi menſibus Stipendia non darentur, & ad repetitas flagitationes ad ipſum Regem devolutas paucula tantum pecunia (trigintatriamillia francorum, pro- CXX. M.) exhiberetur, Duces irritati Sylvaplana convenientes erectis ad coelum digitis jurant intra menſis Spatium, quod in Kal. Octobr. incidebat, ſtationes deſerere; id quod Regiis aperte ſignificarunt. Nihil equidem ROHANIUS ejus omiſit, quod ad minuendam offenſionem faceret. In Aulam confeſtim miſit BENJAMINEM PRIULUM Secretarium ſuum, petitum & reſiduam ſtipendiorum partem, & Tractatus Thoſanenſis explicationem favorabiliorem intereaque Ducibus ex propriis francorum triginta circ. millia enumeravit. Verum in Gallia Ducis expoſitioni locus datus non eſt quem neceſſitas exigebat, Miniſtris Aulae Ærarii Regii anguſtias obtendentibus & vel fortunae ſuae, vel Raetorum in Gallicum nomen priſcae devotioni, vel ROHANII fortitudini plus aequo tribuentibus. Tractatum Thoſanenſem cum accepiſſet Card. Richelius Nuncio Pontificis BOLOGNETO, tunc in Aula agenti legendum miſit, qui lectum ad pedes abiecit, dicens: *E Trattato d'un Eretico in favore de Eretici;* licet ut dictum, in eo Rohanius nil feciſſet in Raetorum beneficium. Quae erant immutationes vel illuſoriae erant, vel tales, ut non poſſent admitti niſi prius ad Communitates miſſae approbarentur. Ex gr. *quod Proteſtantibus ſolum duos menſes in Vallet. & Comit. habitare liceat; quod Raeti non Proviſores ſed unum Commiſſarium vel Receptorum mittere poſſint*; &c. Fama erat modificationes iſtas a Nuncio Bologneto & a P. JOSEPHO Capucino in Aula multum habito, & qui Galerum Cardinalitium ambire dicebatur, proveniſſe *). Nempe Pontifex Proteſtantibus reſtituere Vallemt. nolebat, Richelius vero potius cauſam abiicere, vel Raetos offendere quam Pontificem malebat. Metuebat ROHANIUS modificationes proferre: Sed audacior LANERIUS eas exhibuit, *Regiam* ajens *illis contineri voluntatem.* Quibus jam viſis Raeti Proceres ob tot deluſionibus exacerbati JENATIUM Oeniponta, & JO. CORAYUM Mediolanum delegarunt, qui toties rejectam Auſtriacam amplexarentur amicitiam, Gallis viam abeundi pararent.

Hi

*) Conf. la vie du Veritable P. JOSEPH. a pag. 126 - 134. Epit. A la Haye 1705

Hi faciles repererunt tum Archiducales, tum Hiſpanos. Certa ſpe redierunt fore ut Vallistelina ac Comitatus reſtituantur, facies Reip. & Eccleſiae in priſtinum remittatur, Legionibus abs Hiſpano Stipendia dentur, caeteraque his connexa, ab una conditione ſuſpenſa Gallos expellendi Raetis articulos probantibus, mox ad limites Vallistelinae cum numeroſis copiis comparuit Serbellonius: in confinis Lindaviae ſtabant octo mille milites Auſtriaci: Velcuriae omnis apparatus bellicus inſtructus. Scenam tandem aperuit dies 18. Martii, qua inſolita Militiae Ducum & Nobilium frequentia impleta Curia urbe, a Raetico milite Sacramentum exigitur, ad juſſa Præſidum Raetiae exſequenda; tunc omnes tranſitus in Vallemtelinam occupare jubetur; ROHANIO vero ſignificatur militem ſuum e Valletelina evocet, & ſiquidem promiſſam reſtitutionem non praeſtet Raetica terra exeat. ROHANIUS quae agerentur intelligens, celeri curſu in fortalitium Rheni quod a milite Tigurino tenebatur proficiſcitur, eique ſe includens ad defenſionem omnia diſponit, ac Nuncio Tigurum confeſtim miſſo 1500. auxiliarios, petit. Urgentibus Auſtriacis diſceſſionem Gallorum, (quod metuerent ne dilationibus interpoſitis Galli novis illecebris credulae plebis animos fallerent) tertio abinde die ad Præſidum litteras, miles Communitatum: quem ex diſtributione debent, ſub ſuis quisque vexillis, numero ad bis mille in Campis Quatuor Pagorum confluit; Domi ſtare juſſis Engadinis, Peſclavienſibq., Pregallis, & Rhenanis, ſuosque tranſitus cuſtodire, ſi forte Galli ex Valletelina Rohano accurrerent. Qui ſub Ducibus Raetis merebantur Stipendia mille tercenti numerabantur. Tunc Nunciis ultro citroque miſſis inter Raeticos Praeſides & Rohanum ad Pacta deventum eſt; quorum vigore miles Gallicus turmatim intra menſis labentis Spatium Raetia exire, Fortalitium Rheni Helvetiis conſignari debebat. Act. d. 26. Martii. Altera die ROHANIUS cum S. Simone Curiam venit, a Legionibus Jenazii & Roſenrollii, qui Portarum agebant cuſtodiam, diligenter obſervatus; quod ſuſpicio eſſet, illum vel novas res, vel fugam moliri.

Dum Galli ſine offenſione Raetia excedunt, die 8. Apr. e Gallis rediit PRIOLUS Regis ferens litteras, quibus mutato ſtilo, Raetis Vallistelinae reſtitutio in integrum, excluſo tamen Religionis Evangelicae exercitio, Clavennae Templum Regiis ſumtibus exſtruendum, Militi ſtipendiorum ſolutio, toti Reip. ampla Pecuniae Summa promittebatur, Veneti

Veneti ac Helveti Sponſores declarabantur; & paucis poſt diebus Campi Mareſciallus Comes GUEBRIANT, libellorum ſupplicum Magiſter JO. D'ESTAMPES, una cum Cap. VILLANOVANO Curiam venerunt, tentantes omnia ut animos ab amicitia Auſtriaca abducant. Sed nil effecere, volentibus Raetis diu agitatam Patriae navis cymbam in ſecuritatis portum deducere ſic Turmae Gallicae de die in diem ex Valletelina & Comitatibus exire continuabant, ac ultimae quidem d. 27. Apr. per Spelucam & Septimum montes abiere. In fortalitiorum Praeſidia ſurrogati Rhaeti, qui jam Hiſpani alebantur Stipendio.

Toto illo tempore ROHANIUM Raetici Proceres crebris viſitationibus impenſum honorem & amorem quo illum proſequebantur teſtati ſunt, abs illo honorifice ſemper ac humaniſſime excepti. Is noto Hiſtorico FORTUNATO SPRECHERO italico Sermone quo plerumque utebatur Vitae curſum ediſſeruit; quem ex ore Herois exceptum iſte lingua eadem litteris conſignavit, & exemplari unum Ducis Sorori ANNÆ de ROHAN, MARGERETHÆ Ducis filiae, Secretario PRIOLO *), nec non celebri Genevenſi Polyhiſtori FRIDERICO SPANHEMIO unum dari curavit, abs quo luce & lectioni dignum judicatum eſt. Eidem praeterea Dux Seorſim vocato uberrimis lacrumis amicitiam teſtatus, amorem in S. Religionem Reformatam, verſus Patriam, & Galliam impenſe commendavit. Aſſervantur cimelii loco abs Mareſcialli Salicei poſteris, Dominis in Marchlins, juxta multa Documenta alia, quatuor Spiſſae magnitudinis volumina, in quibus multa ROHANII autographa; ex quibus pleniorem liceret actorum illo tempore circa Raetica negotia haurire. Die Maii 5ta. qua diſceſſurus erat ROHANIUS, Trium Federum Præſides cum Nobilibus aliis multis eum adeuntes, pro heroica, benignaque in reſtitutione ſuarum ditionum procuranda opera gratias Summas egerunt, ejusque adfectui ſuas res proporro commendarunt. Reſpondit Summa comitate ROHANIUS, Raetiae populum a ſe toto pectore diligi, foreque omni tempore curae ac cordi:

*) Eruditus Vir erat PRIOLUS, & in ingenio Rohani regnabat. Edidit *Hiſtoriam Gallicam ab exceſſu LUDOV. XIII.* in cujus Appendice promittit *judicia de Scriptoribus Græcis & latinis*, item *Tractatum de univerſa re Plantaria.* Parum tamen honorifice de ejus judicio ſentit MORHOFF. Polyh. Tom. I. 1. 46. 11. I. 3. 13. 41. III. 7. 1. 5.

di: Sed capitis periculo adfirmabat Hispanos Vallemtelinam relicturos timereque se ne Deus Raetiam ob demerita & ingratitudinem severe invisens puniat: admonitione ut consignata conservent, Remp. bene administrent Sermonem clausit. Tunc Casp. Smidium Legionis Tigurinae Tribunum, sui Regis Mandato Equitem auratum creat, & cum Legione Tigurina, quae plus octingentis constabat Raetia excessit, relicto sui & desiderio, & memoria nominis in aeternum benedicta. Exercitum suum, qui sex circ. mille peditibus, & Septingentis Equitibus constabat, Dux Marescialllo Comiti de Guebriant consignavit, ipse Genevam se contulit, ubi edito exiguo Scripto fidem suam erga Regem in tractatione negotiorum Raeticorum, comprobat, suamque famam adversus male volorum morsus vindicat *). Eam fidem Regi proporro testaturus voluntariam militiam in Regio Exercitu, Ducibus Bernhardo Weimariensi & Guebrianto suscepit, quam dum fortissime sequitur in campis Rheinfeldæ Kal. Martii, 1638. vulneribus confossus est, ex quibus idibus Aprilis, Koenigsfeldae exspiravit. Corpus suprema ejus voluntate Genevam transportatum est, & in aede S. Petri d. 27. Maii tumulatum, funebri Oratione defuncti gloriam celebrante Theodoro Tronchino. Gratae memoriae ergo Epitaphium aureis litteris illic splendidum Raetis nostris legendum hic exhibemus.

D.

*) Titulus est. *Veritable Recit de ce, qui s'est passé aux Saulement des Grisons pour la Restitution de la Valteline, & Comtez de Bormio et Chiavenna.* 8vo. fol. philyr. 1. 1/2.

D. O. M. S.

HENRICUS

ROHANII DUX INCLYTUS

Priſcorum Marmoricæ Regum genuina & maſcula Soboles
Navarrae & Sſcotiae Princeps,
Summis Europae Dynaſtis Affinitate innexus
Hic iacet.
Lator, noli in ciſta altum quærere
Non ſunt illa Mauſolei
Manent in animis Hominum
Fama rerum aeternitate temp.
Abi contentus quod ſtrictim ediſſero:
Anno aetatis XVI. factis oſtenſus
Sub Ambiani moenibus obſeſſis
Ante HENRICI MAGNI ora Equo proſtrato cæſoque
Audax Juventa opima reportavit.
Apud Belgas Grolacenſi
Apud Sicambros Juliacenſi obſidione Illuſtris
In Taurinis ad Feiſanum feliciter pugnavit
Germanos & Tiberos in Rhætia & Inſubria quadruplicario debellavit,
Ad Rhenum in Campis Rheinfeldiacis in devexo Hercyniæ
Calendis Mart. Anno M. DC. XXXVIII.
Cæſaris Exercitu truſo

Con-

Confoſſus vulneribus
Partæ Victoriæ Superſtes
Mactus gloria,
Obiit Königsfeldæ, Ibid. April.
Anno ætat. XXIX.
Felix Claritate Lethi
Felicior Claritate Vitæ.
Mortalitatis exuvias totum per orbem dividendas
Suprema voluntate in urbe dilecta perpetuum ſervari voluit.
En decreto Senatus Populique Genevenſis
MARGARETHA BETHUMIA
Maximiliani Bethumii Juliaci Ducis filia
Conjunx tanti Mariti intrepide ſecuta
Mentem ingenio aſſecuta
Mandata invito animo exſecuta
Domi Militiæque in fluctus & bella comes
Poſuit infelix, æternum æterni luctus monumentum
Quod manes cineresque diu teſtetur amatos.

His temporum ac conſiliorum viciſſitudinibus Evangelici Miniſtri tum ſimplicitati columbinae tum prudentiae Serpentinae ſtudendum judicarunt. Licet in Synodo Anni 1636. d. 21. & ſeq. April. Filliſurii congregata ſobria habita disquiſitione comperirent in colligendis Communitatum ſuffragiis circa acceptationem Articulorum Clavennenſium rem non ſine aſtu ſucceſſiſſe, cum praeter Rheno - Vallenſes, Fürſtenovianos, quatuor Pagicos, & Davoſianos nullae Articulis hiſce abſolute ſubſcripſerint, dextra tamen Præſidi Synodali ſub excluſionis

 poena

poena polliciti sunt, se prudenti Silentio ista involuturos ne quid Sinistri Ven. Synodo affingendi relinquatur hoc nomine locus. Suadebant tamen nihil in rebus tanti momenti tentandum aut concludendum inconsultis Helvetiis Evangelicis. Potius ad partes muneris sui proprias conversi cum reperirent Ministrorum inopia, tum quoad Ecclesiasticae Disciplinae, & catecheseos exercitium, tum quoad afflictorum & aegrotorum consolationem Ecclesias passim negligi, Consilio inito Ecclesiis suis persuadere conabantur ut liberos necessariis ingenii dotibus instructos Evangelio annuntiando in tempore consecrarent, eorumque studia subsidio aliquo seu legato litterario vel hac conditione juvarent, qua studiosi illi temporis progressu in Ministerium suscepti obstricti sint illi Ecclesiae servire, a qua sumtus habuerunt. Abs Synodo, Anno secuto MDCXXXVII. dieb. XIX. & seq. Iunii, Samadoeni celebrata, acriter reprehensi qui res Hispanicas promoverant, Synodi columnae Stephanus Gabriel Synodi Præses, cum duobus filiis Fortunato, & Lucio, Georgius Saluzzius, Hartmannus Schvarzius, Iacobus Anthonius Vulpius, Iacobus, Andreas, & Johannes fratres Gujani, &c. Saluzzius & Vulpius ob valetudinem absentes, culpam per litteras vel excusabant, vel deprecabantur. Qui praesentes erant, dicebant negotium non supra triduum ante effectum sibi innotuisse, nec consultum visum se opponere. Caeterum Sancte fidem faciebant omnes, se neque in expellendo ex Raetiae oris Exercitu Gallico, nec in sanciendo Foedere cum Hispano leges Synodicas transgressos esse, et innoxios immunesque esse a muneribus quorumvis exterorum Principum, singillatim Hispaniae & Galliae Regum nec directe nec indirecte acceptis: adeoque neque manus, neque marsupia, neque conscientias labe corruptionum infectas esse. Et consultum ea Synodus judicavit, ut Ministri prudenti constantia se se opponant quibusvis Tractatibus & Pacificationis Articulis, cum quocunque tandem exterorum Principum erigendis, nisi Patria avitaque libertas tam spiritualis quam corporalis, integre etiam apud subditos restituatur. Et quoniam Communitates passim quiritabantur consilia passim agitari de introducenda nova atque inusitata forma administrandi Remp. Patriam, necessarium judicavit Synodus, ut deleti ex numero Synodi (Georgius Saluzzius, H. Suarzzius, L. Gabriel, Sim. Ludovicus, & Esajas Schucanus) compareant in proximis Comitiis & D. D. Proceres dehorterentur ab hujusmodi instituto inscciis invitisque Communitatibus aggre-

aggrediendo; ſin minus proteſtantor coram Deo ſe alienos & immunes eſſe ab omni incommodo & ſcandalo inde orituro.



§. III.

Altaria in Oeng. inf. diruta. Mors Guleri.

Anni MDCXXXVI. d. XIX. Nov. Roma ac Venetiis veniens Curiam appulit Cardinalis & Archi - Epiſcopus Lugdunenſis ALPHONSUS LUDOVICUS PLESIUS, a civibus & milite, feſto ac ſclopetorum exploſionibus exceptus, qui poſt dierum quinque moram per Helvetiam in Gallias iter ſuum proſecutus eſt.

Ejusdem Anni m. Decembri ineunte Altaria una cum ornamentis ac apparatibus ex Templis, EREMUSSII, SENTI, VETTONII, ARDETII, ac CERNETII, quae ſunt in inferiori Oengadina, noctu ablata, & in domos catholicorum deportata fuerunt. Delatis ea de re ad ROHANUM Raeticumque Senatum Capucinorum querimoniis, Senatus in inferiores Oengadinos iratus, Jo. Anthonium Traverſium Evangelicum, & Jo. Antonium Loſſium catholicum deputavit, qui in Auctores inquirerent ut de reis poena poſci poſſet. Legatis iſtis auſum mali exempli reprehendentibus reſpondebant Oengadini, in nullo dictorum locorum eſſe catholicos ſupra quatuor, eosque de ſece plebis, nec aequum eſſe ut minori numero cedat major, imo maximus. Promittebant vero ſi periculum eſſet & damna reſarcire, & paramenta illa reſtituere. Sumtus Deputatorum minime leves Communitates illæ exſolverunt, Altaria & Imagines reſtitutae non ſunt. Itaque in domibus, quas nemine prohibente incolebant Capucini ſua Sacra faciebant.

Hoc menſe, & primis duobus ſequentis Anni ſequentis in Comitatu Clavennae XXXV. homines omnes ſeminae, praeter duos pueros a lupis

lupis lacerati aut devorati ſunt. Coloredi Lupus repertus qui lupum mortuum comedit.

Die 23 Jan. / 3 Febr. MDCXXXVII. Curiae Septuagenarius obiit conſilio auctoritateque gravis illuſtris Muſagetes JOH. GULERUS à Weineck Raeticae Reip. Decus. Parentatus illi eſt GEORGIUS SALUZZIUS ex Num. XXVII. 12. – 17. in cujus Thematis verba alludens Joſ. Tannenbergius Scholae Curienſis Collega leſſum effudit

Conturbata ſuum flet Curia Neſtora, Muſae
Flent Moecenatem, Patria moeſta Patrem
Eheu! Sublato hoc, quid Jova, Heroe minaris
Moſe hoc exſtincto, Joſua num quis erit
Nec minus nervoſe Fort. à Juvaltis
Orba Parente tuo jam Rhaetia plange, Senatus
Lux, oculus, columen, lingua, Gulerus obit *).

Typis emiſſa eſt funebris Parentatio cum Hiſtoria vitae ab Fort. SPRECHERO præmiſſa, ex quia quaedam cognitu utilia infra apponimus **). Hoc Ejus Epitaphium

D. O.

*) Vid. & Tomi noſtri Primi Praef.

**) *Herr JOHANN GULER ſeelig iſt Leibs halben der ſchönſten, Adelichſten, gradiſten, zierlichſten Perſonen eine gſin, ſo man mit Augen können ſehen. Man hat wenig ſeiner Länge gefunden, dann er alſo tod gemeſſen worden, und iſt 79. Wehrzöll lang gſin, hübſch weiſs von Farb, Haar und Bart, ein ſo heroiſch wohl formirt Angeſicht und Glider, das er jedermann Ihn zu lieben und zu ehren an ſich gezogen. Ein Fürbündig gute Gedächtnis und aus der maſſen ſüſs ausſprechende Zunge, und ganz zierliche Federn: da er über das ſo er in hebraiſcher nnd griechiſcher Sprach können ganz fertig und wohl lateiniſch, teutſch, italieniſch, franzöſich und romaniſch geredt und geſchrieben: gar Gottsförchtig, der Gerechtigkeit ſehr hold, wahrhaft, aufrecht, redlich, tapfer, nüchtbar, mäſſig, keuſch, züchtig, das man auch kein unnütz Wort aus ſeinem Mund gehört, ſchudlich, beſcheiden, ſanft und langmütig*

D. O. M. S.

ILLUSTRIS HEROS

JOHANNES GULERUS A WEINECK

DAVOSIANUS RHÆTUS

CIVIS TIGURINUS

EQUES AURATUS

VALLIS TELINÆ GUBERNATOR

FOEDERIS X. JURISDICTIONUM PRÆSES

RHÆTICORUM MILITUM TRIBUNUS

ORTHODOXÆ RELIGIONIS COLUMEN

BONARUM LITERARUM DECUS

VERUS PATER PATRIÆ

HIC SITUS EST

VIXIT ANNOS LXXIV. MENS. II. DIES XXIV.

OBIIT ANN. DOMINI M. DC. XXXVII.


d. XXIV. JANUAR.

Ejus

mütig, ohn alle Hoffart, frölich, und mit jedermann freundlich, und alles mit lachendem Mund (also zusagen) geredt und gethan; gegen den Reichen ehrsam, gegen den Armen und Dürftigen, wie auch gelehrten Leuthen ganz mild und barmherzig; wie er dann jährlich an die Spend auf Dovos, wie auch dem ehrwürdigen Evangelischen Capitel in Pündten, ein hübsche Summa an Zinsen vor diesem vermachet; da dann sein Will gsin das nebet anderen zu erkauffung nutzlicher Büchern (wie er dann zu Aufrichtung einer gemeinen Bibliothec und Fürderung der Schulen hochgeneigt war) dienen solle. Und wie er begehrt das es im Regiment alles nach Ordnung und wohlbestellt zugienge, also ist er in seiner Haushaltung ordentlich und richtig, auch nimmer müssig gsin. Summa, er ist mit so viel schönen Gaaben Gottes und Tugen-

Ejus Anni m. Octobr. d. 25. ex hac vita evocatus eximius alius vir, GEORGIUS nempe MEJERUS, Curiensis Consul, pariter septuagenarius.

Tugenden begnadet gſin, das ſeines gleichen Rhætia nit ghabt, noch ſo bald haben wird. Was ſeine Begräbnis betrift, am Tag Pauli Bekehrung, war die Leich von den Herren Häubtern und geſandten Rathsbotten Gem. III. Pündten auch Herren Burgermeiſter, Rath, ganze Gmeind und Burgerſchaft zu Chur, Herrn Obriſt Caſpar Schmid von Zürch, ſamt ſeinen Haubleuthen, und vielen nächſtumgelegenen von Adel wie dann Ihr Fürſtl. Gnaden Herzog von Rohan &c. auch ſeinen Hoffprediger, und einen von Adel geſchickt, mit allgemeinen Trauren, Weinen und Klagen zur Erden begleitet. Vor der Baar ward ſein Leibpferd geführt; darauf folget Herr Major David Tſcharner, ſo ſein Franzöſich Ritterſchwert blos in der Hand, und ſein offenen Helm getragen. Auf der Baar war der Venediſch Ritterſtock, und die guldenen Spoten. Die Baar war von fürnehmen Rathsherren und Kriegs-Oberſten getragen und underhalten bis in die Scaletten, da Ihme die Leich-Predigt gehalten worden.



CAP.

CAP. XXIV.

1637. —— 1639.

Motibus finis imponitur Capitulatione firmata Mediolani.

Gallis expulsis jam Raeti tum Hispanos tum Austriacos experti sunt aequiores. Statim ineunte m. Majo, abs Raetiae Communitatibus Mediolanum Legati JO. GAUD. SMIDIUS, JO. SIMEON FLORINUS, GEORG. JENATIUS, JO. PETRUS GULERUS, GEORGIUS WIEZEL, Cap. ALBERTINUS, quibus se junxit BERNH. GAUDENTIUS nomine Episcopi, Ecclesiae Curiensis Custos, de praecipuis Federis cum Hispaniarum Rege ineundi Capitibus cum Mediolani Gubernatore Marchione de LEGANES, Don PHILIPPO de SYLVA, BALTHASARE LAMBERTENGO, Don FRANC. MARIA CASNEDO, D. NICOLAO CIT, & FEDERICO HENRIQUEZ, qui ejus rei gratia Oeniponto Mediolanum se contulerat, facile convenerunt: discussione Articulorum, eorumque conclusione & confirmatione Regi catholico reservata. Ad eam Tractationem cum Rege perficiendam medio m. Augusto a Raetis in Hispaniam missi JACOBUS SCHMIDIUS, RUDOLPHUS ANDREAS SALICEUS, & ANDREAS SPRECHERUS, quibus se Episcopi Curiens. nomine junxit GAUDENTIUS modo nominatus. Hi ubique honorifice excepti, & ab ipso Rege benigne auditi. Deputati Regii erant Marchio S. Crucis Dux de Villa Hermosa, Don JOSEPHUS GONDALEZ, Don JOSEPH de NAPOLI, Don NICOLAUS CIT, & Secretarius FRANCISCUS CALATHAINT. Propemodum biennium consultationibus insumtum quod multum temporis elaberetur, donec horum vel illorum Articulorum de quibus inter Legatos & Deputatos conventum erat, ex Raetia in Hispaniam acceptatio sive approbatio adveniret. Absque difficultate Hispani Vallemtelinam cum Comitatibus Clavennae & Burmii restituebant, Valtelinorum rationibus contemtis, summopere vero contendebant non aliud

Religionis concedi exercitium, quam Romano-catholicae, & ne alii subditis possint dari Iudices, (vulgo Officiales) quam Catholico-Romani, ajentes, cum administratio tangeret Protestantem si rem componi, ut officialis administrans catholicus emolumentum Justitiae cum Protestante, cujus vices agit partiri debere: & Regem bona Protestantium in Ditionibus illis promta pecunia emturum. Hinc vero apud Raetos acrior paullo disceptatio, sic ut illi qui Gallico nomini adhaerebant occasione hac arrepta Legatos ex Hispania revocandos esse clamarent; idque cum maxime urgebant Decani Ministerii Evangelici, qui nullo modo exclusionem suae Religionis in Valletelina admittere volentes promissione restitutionis sibi fucum fieri tum coram Comitiis, tum coram suis Ecclesiis saepius conquesti sunt. ROHANII olim Secretarius PRIOLUS praetextu Venetias proficiscendi d. 4. Martii 1638. Curiam veniens, & mox m. Iunio Regius Gallicus Interpres JACOBUS VIGERIUS, & PERMENTERIUS, BLASII MELIANI Salodori Residentis Secretarius, a Senatu Raetico audiri petentes, impedire Tractationem annisi sunt; quae etiam paullulum tardata fuit consideratione felicium Armorum Saxoniae Ducis BERNHARDI Vinariensis, Martio m. prope Rheinfeldam, feliciter pugnantis, cui Religionis nomine plebs Evangelica Raetiae favebat. Ea re visa, Hispani Amicitiam Gentis sibi conciliasse, & transitus (quae votorum Summa erat) sibi adseruisse contenti, petione excludendi Protestantes administratione destiterunt: exercitium vero Religionis Evangelicae Valletelina & Clavennae Comitatu exclusum voluerunt, tum ne hactenus Religionis nomine abusi esse viderentur, tum in catholicorum Principum, ac cum maxime Pontificis gratiam; tum denique ne minus quam Gallus securitati catholicae Religionis prospexisse viderentur. Raetici vero Proceres, singulariter Areopagitae illi XXXIV. prudenti persuasione tum Ministros reluctantes, tum plebem in consensum traxerunt, cogitantes facilius aliquibus coetibus exercitio Religionis privatis posse consuli recuperato amissorum dominio; quam hanc ob causam amisso utroque. Rediere sic pacifice omnibus transactis Legati a Rege munifice donati medio m. Martio in Raetiam redierunt. Articulis Pacis ac Amicitiae Perpetuae, (hic Tractationi titulus) abs Raetiae populis approbatis, m. Aug. Legati Mediolanum missi sunt, sufficienti auctoritate instructi, qui Tractatatum die 3. Septembr. MDCXXXIX. Signarunt. Acta sunt Solennia in Aula majori Palatii Ducalis, pro Rege stipulante Mar-

Marchione de LEGANES, praesente Senatorum, Magnatumque primi Ordinis Amplissimo ac Splendissimo coetu. Raetorum Legati erant, Conradinus à Castelberg, Rudolphus à Marmore, Christianus de Florini, Joh. Georgius, Christoph. Rosenroll, Joh. Corajus: *Cathedrales*, Joh. Bavierius, Gub. à Salice, Fort. Juvalta, Rud. Traversius, Uldericus Albertinus, Joh. Paullus Belinus, Antonius Lossius. *Tertii Foederis*, Meinradus Buolius, Duricus Enderlinus, Johannes à Porta, Joh. Petr. Enderlinus, Joh. Anton. Buolius, & Anthonius de Molina. Hac ratione Raeti restitutionem Ditionum suarum, quam a Gallis amicitiam simulantibus impetrare non potuerunt, abs Hispanis hostibus demum obtinuere, licet juribus quibusdam imminutis, & exercitio Evang. ac habitatione exclusis. Die post Solemnia, quae Dominica erat, Septembris 4ta. Legati abs Gubernatore opiparo convivio excepti sunt, cui etiam intererant, praeter alios Don Franciscus Mello, & Magnus Cancellarius Antonius Ronquillus; Nobiliumque Hispanorum & Italorum numerus magnus Torques ibi aurei Tribus Raetiae Praesidibus datis singuli aureorum Sexcentorum, caeteris singulis ducentorum; Legatorum Adjunctis centum: Nummus item cuique aureus in cujus antica parte *effigies Regis Catholici* PHILIPPI IV. in postica *Ramus olivæ cum Ramo Quercus*, quae raro conveniunt *in corona uniti* repraesentabantur, cum inscriptione: *TANDEM.* Quo peracto Legati abs Gubernatore benignissime dimissi, in Patriam redierunt. Dedere vero & Valtelini suae rebellionis, aut mage dementiae graves poenas, a milite Pontificio, Hispano, Caesareo, ac Gallo vexati, expilati; sic ut multae familiae nobiles, opulentia splendidae, nunc fortunis exutae, miseriam deplorarent: tota praeterea Provincia gravi alienaere pressa suspiraret. Verum hic divina agnoscenda manus.

Articuli RELIGIONEM concernentes.

I. *Domini Rhæti oblivioni dabunt omnia facta in Valletelina, Comitatu Clavennæ & Burmii ab Anno MDCXX. incluso, usque ad præsentem.*

XXVI. XXVII. *Curabunt Domini Raeti per ſuos Magiſtratus ſive Officiales, ut nulla alia in Valletelina, & duobus Comitatibus vigeat Religio, quam Catholica, Apoſtolica, Romana, cum expreſſa excluſione cujuscunque alius exercitii alterius Religionis, quam Catholicae.*

XXVIII. *Obſerventur hac in parte ea quae obſervantur a Dominis Helvetiis XII. Cantonum, in Præfecturis Luganenſi, Locarnenſi, & Mendriſia, ea tamen Lege ne vigeat Inquiſitio.*

XXIX. *Hinc Dn. Epiſcopus Comenſis, & alii Religioſi ſive Regulares ſive Seculares libere animarum curam exercebunt, cæteraque officia divinum cultum concernentia quem ad modum fit in ſtatibus, ubi ſola exercetur Religio catholica.*

XXX. *Dominus Epiſcopus, & Alii Viſitatores Apoſtolici, poterunt quod ad ipſorum res ſpectat, ſuas Dioceſes dictæ Vallistelinæ & Comitatuum cum plena auctoritate viſitare, quandocunque voluerint, & Eccleſiaſticam Jurisdictionem ad normam moris recepti, Sacrorumque Canonum, quemadmodum in ſtatibus, in quibus ſola Catholica exercetur Religio fieri conſuevit, exercere, ſic ut a nullo Iudice etiam acatholico impediri debeat, aut poſſit; imo potius debita illis exhibeatur reverentia.*

XXXI. *Nullae Leges aut Decreta Libertati Eccleſiaſticae contraria obſervabuntur, quin Bullae Eccleſiaſticae publicentur absque impedimento.*

XXXII. *Quare in Statutis Vallistelinae, duorum Comitatuum deleantur, ac irriti declarantur ſequentia Capita, nempe tit. LI. CXCV. CXCVII. CCX. & circa Bona Eccleſiaſtica tit. CCXXI. & CCXXII. Sic cauſae Matrimoniales aliaeque ad Forum Eccl. pertinentes, Eidem relinquuntur.*

Haec

Haec vero est Summa illorum Capitum idiomate nativo expressa.

Cap. LI. Che niuna Persona per alcuna causa convenir si possa sotto il Giudice Ecclesiastico.

CXCV. Che li Contratti fatti, & che si faranno fra l'Ascendente paterno Laico, & il descendente Chierico non vagliano.

CXCVII. Delli beni Ecclesiastici, che non si debbano alienare.

CCX. Che li beni Ecclesiastici non si possano tore ad alcuno.

CCXXI. Delle Decime, le quali si cogliano, che non si possano dimandar passato certo termine.

CCXXII. Delle Decime, & de lor Frutti, li quali si debbano cognoscere per li Signori Giudici di Valtellina.

XXXIIII. *Nulli Acatholico permittitur habitatio aut domiciliatio in prædictis locis, nisi Iudicibus, durante Iudicaturæ ipsorum tempore. Expulsis vero qui bona possident licitum esto per tres Menses pro fructibus ipsorum colligendis, & reditibus exigendis habitare, sed ea lege, ut nec Iudicibus, nec Expulsis liceat habere nec Ministrum; nec Religionis exercitium, verum absque Scandalo vivant.*

XXXIV. *Iudices Protestantes in exigendo a Subditis juramento, quando Præfecturas ingrediuntur, observabunt praxin ante Ao. MDCXX. usitatam. Et si tempore Iudicaturae ipsorum durante nascerentur illis infantes, quibus cuperent baptismum conferri, fiat id juxta ritus Ecclesiae catholicae.*

XXXV. *Dni. Raeti Catholici singulis bienniis eligent unum ex Officialibus catholicum, qui curam habeat Religionis catholicae, omnes transgressiones aut novitates, quae contra expressorum istorum Capitulorum sensum factae fuerint, tollat. Mandabunt Raeti, Decreta hujus generis in exsecutionem mitti. Et si forte*

forte contingat nullum in Valle & Comitatibus fore Officialem Catholicum, deputabunt Raeti Catholici ex suis idoneum Virum, qui rem Religionis curet.

XXXVI. *Omnia Bona, Reditus, Legata, aut Donationes praeteritis temporibus in Subsidium aut Sustentationem suorum Ministrorum a Protestantibus factae, quemadmodum & Bona suarum Ecclesiarum quas in Valletelina aut Comitatibus habuerunt, stabunt dispositioni Dominorum Raetorum, ut reddant iis, quibus jure & ex aequo debentur.*

XXXVII. *Matrimonia non liceat contrahere, nisi cum personis Religionis catholicae.*

XXXVII. *Quod si alia adhuc sint Capita, Articulive Religionem concernentes, istis Capitibus non expressi, observabuntur ea, de quibus constabit observari in Praefecturis Helvetiorum, Lugano, Locarno, & Mendrisio. Quare & suae Majestatis Catholicae Legatus apud Helvetios Residens, & Praetores sive Iudices qui fuerint Raetorum obtinebunt attestationem in Authentica forma abs Dominis Helvetiis XII. Cantonum unitim. Idem observetur respectu Approbationis,* (vulgo Placet) *pro possessione Ecclesiasticorum Beneficiorum a Magistratu dandi; cum ulterius non debeat differri executio Capitum praesentis Tractatus.*

Ad Articulum XXXIII. haec facta fuit moderatio, utrinque approbata, litterisque Reversalibus extradata.

§. *Marchio de Leganes permittit nomine Regis Catholici, ut nativi Clavennates Protestantes possint habitare in dicto Comitatu Clavennae, ita ut in dicto loco vivant sine excessu & Scandalo, tam privato, quam publico, sicut ab Episcopo Comensi impositum fuerit. Vicissim Legati Raetorum promittunt nomine Raetorum velle concedere, ut catholici Religiosi & Seculares, in ipsorum libertate Ecclesiastica vivere in Rhaetia possint, nec innovabitur aliquid contra id, quod observabatur die 23. Iulii, quando ultima Comitia Ilantii celebrata fuere; salvis*

salvis semper in reliquis, Capitulationibus Oenipontanis, & Aliis jam solemnizatis, quibus non nisi in eis, quae supra, derogatur. Vigorem haec Scriptura non habeat, nisi postquam intra Sex Menses, hinc inde, a Superioribus approbata fuerit, & interim contenta in hac observentur.

Fuit vero & haec una cum Antecedentibus, die 3. Sept. confirmata.



§. II.

Acta circa Exercitium Rel. in Infer. Oengadina. Mors Gabrielis, Ienazii.

Quaedam nunc oportet relegere, quorum suis locis annotatione narrationis seriem turbare noluimus. GEORGIO JENAZIO suorum negotiorum gratia m. Majo, Ao. MDCXXXVIII. Oeniponta proficiscenti Proceres mandarunt, ut qua apud Archiducales valebat gratia efficeret ut causa Religionis in Inferiori Oengadina & VIII. jurisdictionibus ad fundamentalium Raetiae legum normam clarius efformaretur, & lis circa Politiam inter inf. Oengadinos & Teraspenses, nec non lis alia de Criminalis Iudicis electione vigens, componantur. Obtinuit Ienazius, Res Politicas in statum reduci, quo ante annum MDCXX. erant, & ad id negotium perficiendum Deputatos brevi delegari. Venere ergo d. 8. Jul. Scolium JACOBUS CURTIUS de Turre, & ANDREAS HIRAMUS ab Homburg, cum quibus nomine Raetorum tractarunt Castrensis Praefectus JO. VICTOR TRAVERSIUS, GEORGIUS JENAZIUS, CHRISTIANUS de FLORINO, FORTUNATUS à JUVALTA, MEINRADUS BUOLIUS, AMBROSIUS PLANTA, & JO. TSCHARNERUS. Taraspinis recusantibus Tribunali Civili ac Criminali Engadinorum inferiorum subiici sicut erant ante Annum MDCXX. quoad Politica nil conclusum; illis enim favebant Austriaci. Circa Religionem conventum, ut in Valle SAMNUNIA quamdiu catholici numero Superio-

Superiores erunt, eorundem ſint & Templum & Eccleſiae reditus: Proteſtantibus vero liceat ſua Sacra ſive ruri, ſive in domibus exercere, ſic tamen ut feſtos catholicorum dies obſervent. In reliquis Inferioris Engadinae pagis catholici non teneantur Paſtori Proteſtandi contribuere Stipendium; nec poſſint puniri quando per Diſpenſationum tarditatem eveniat, quod nuptias tempore legibus Statuto non celebrent. Statuta & quaedam alia circa Matrimonia Perſonarum diverſae Religionis de caeteris decretum ut quemadmodum in reliqua Raetia, ſic etiam in Inf. Engadina Pluralitas vigeat votorum, & Magiſtratus ex dignioribus nullo Religionis reſpectu eligantur; quemadmodum in Rebus publicis bene conſtitutis fieri decet & conſuevit.

ANDREAS GALLUNUS Zuzzienſis, multos annos Eccleſiaſtes Madolenii, tenui vico, paupertate preſſus, illecebris P. Irenæi & reliquorum Capucinorum qui erant Cernezii, & ſpe commodioris vitae inductus, in caſtra catholica tranſierat, ſed brevi poſt ſeria poenitentia ductus, coram Synodo Ao. MDCXXXVIII. die xxv. & ſeq. Maii, Curiae congregata Apoſtaſiam tanta cordis contritione, cum humili genuflexione & lacrymarum ubertate deflevit, ut Synodus fide illius pollicitationibus de veritate quam tot Annos docuerat deinceps ſemper profitenda, quin ipſo ſanguine, ſi Deus ita velit, obſignanda, adhibita illi veniam dederit, & in numerum tolerandorum ſuſceperit. Subſidiis caritativis adiutus mox huic mox illi Eccleſiolae ſerviens, tranquillam ac piam agens vitam, poenitentiam fuiſſe ſeriam probavit.

Ejus Anni m. Septembre amotum fuit Altare ex Templo SENTINENSI; hincque denuo Capucinorum paſſim quaerele: quibus aurem praebens Archiduciſſa, litteris d. 23. Ejusd. ad Raeticum Senatum datis, et Altaris reſtitutionem, & Articulorum quorum modo meminimus obſervationem poſtulavit, minis quoque additis, ni id fiat tractationes Legatorum in Hiſpania optato ſucceſſu carituras. Nec tamen his moti Engadini Altare reſtituere voluere.

Exeunte m. Novembri, naturae debitum perſolvit STEPHANUS GABRIEL Eccleſiaſtes Ilantinus, prope Septuagenarius, tribus filiis Miniſtris relictis, LUCIO qui Patri in munere & dignitate ſucceſſit, FORTUNATO & STEPHANO. Patria Vettonienſis erat, genere natus honeſto,

fto, Tigurinorum difciplinae alumnus, Vir apprime eruditus, eloquio potens, laboriofus, Zelans, ingenii denique foetibus relictis domi forisque celebris. Minifterii officium egerat Annos XLV. Cancellarii Synodici munus Annos XXI. eoque dimiffo DECANI pro Federe Grifeo XI. Annos multa cum laude adminiftraverat *).

Non

*) Illius meritis CASPAR WASERUS hoc dicavit Anagramma hendecafyllabilis expofitum.

STEFANUS GABRIEL.

Eft Angelus Fabri.

Ille cunctipotens Faber, JEHOVA;
Qui terram fabrefecit atque coelos:
Ifthæc inter & Angelos creavit,
Illos aligeros fuos Miniftros,
Illos per vigiles fuos Miniftros,
Illa invifibili, abfolutiori
Natura celebres: peculiaris
Quorum Sparta requirit, hunc Triunum
Supremum DOMINUM, omnium Architectum
Hymnis perpetuis ad Aftra ferre:
Ejus verbo obedire, & imperata
Dictis quælibet exfequi audientes.
Præftans GABRIEL, ille ILANTIORUM
Antiftes gregis, acer, ad nivofas
Alpes quam typus hic decorus horum eft
Quis Ecclefia gaudet, Angelorum?
Nonne, qui DOMINI in domo occupantur
Quotquot funt vigiles probique fervi
Pari munere & hunc Deum Triunum
Hymnis perpetuis ad Aftra tollunt
Tanta ob munera, tot recepta ab ipfo;
Qui longe abiicit hinc iniquitatem;
Qui faevo redimitque vitam ab orco;
Qui Nos munificentia coronât;
Qui Vires reficit, vagis ut undis
Afperfis Aquila innovat Iuventam;
Qui jure innocuum tuetur æquo
Injuftos quoque jure punit æquo?
Nonne munus & hi fuum exfequuntur,
Oves erudiendo & arguendo;
Apros a ftabulis feros lupofque
Repellendo Gregemve vicamve
CHRISTI qui violare non verentur?
Hæc cum munia fingula exfequaris
Perprobeque, fideliterque: nempe
Ut laudes, doceas, et arguas, et
Corrigas, fimul erigafque, Verbi
Divini alloquio efficaciori,
Ægros corpore, confcientiaque:
Vere, convenienter atque, de Te
Dicam; Gabriel ANGELUS Jehovæ
FABRI cunctipotentis, æviterni eft:
Alter Gabriel; ille tam fidelis
Verbi Nuncius, exfecutor atque.
Tante munere macte dignitatis
Excellens STEFANE! En virentiorem
Immarcefcibilem, beatiorem,
Æternum Stephanon *) Tibi parabis,
Probis omnibus in Polis paratum.

*) Græc. Signif. coronam.

Non vidit JENATIUS restitutionem Vallistelinae Comitatuumque, nec fructus quos laboribus suis ac industria in ea procuranda meruisse credebat, ac mente concipiebat, percepere potuit, vita illi Curiae, d. XXIV. Ian. MDCXXXIX. in aedibus Laurentiis Fauschii, ex insidiis erepta ab iis quorum lethale odium audacter factis in se concitaverat, aetatis annum agenti quadragesimo tertio, ætate florenti, corpore firmo. Cadaver sequenti die, militari more magna hominum frequentia in Cathedrale Templum Aulae Episcopalis translatum ac tumulatum est: ab annis enim prope quatuor catholicam sequebatur Religionem, designatis quae illis temporum moliebatur circumstantiis magis servientem. Patria Samadoenus, natus erat Viris doctis ac piis Patre Avoque Pastoribus Evangelicis, quorum vitae genus & ipse secutus Tiguri & Basileae studiorum cursum egerat, latina ac graeca linguis, caeterisque Artibus liberalibus egregie excultus, felicitate memoriae & ingenii vi admiranda instructus. In Synodo habita Taminii Ao. MDCXVII. d. 23. Iun. Albo Ministrorum inscriptus, Ecclesiae Cerantinae quae in Tomiliasca est, praefectus fuit. A qua dimissus, Ministerio, cujus tenues reditus ipsi sordebant, renuncians cum seculum deligeret, Martem secutus est, in cujus palaestra praeclaram nominis famam consecutus est. Militavit primum sub Mansfeldio: postea servivit Venetis: clancul ariorum consiliorum cum Residente Cæsareo agitatorum insimulatus in ea urbe Ao. 1630. quinque mensium carcerem sustinuit, tandem Marescialli Etraei intercessione liberatus. Quod esset non minus rebus gerendis promtus, quam excogitandis, & persuadendis felix, unus abs ROHANIO in tota Raetia habebatur, quocum consilia alicujus momenti miscerentur. Patriae amore Secreta cum Hispanis instituta tractatione, amatus, postea tam apud Hispanos quam Austriacos magno in pretio habitus est. Quia per illud tempus distributiones pecuniarum a Gallico & Hispanico Monarchis erogatarum ab Ejus manu fiebant, multos etiam invitos sibi fecit Amicos temporarios. Tandem augendae Rei familiari ac indipiscendis honoribus intentus Romano - catholicis aliquamdiu amicitiam simulavit, Anno denique 1635. catholicam Religionem aperte professus est, sed ita in illa vixit, ut nec uxori nec liberis illam vellet persvaderi, nec quenquam vi aut legibus ab usu libertatis conscientiae prohiberi: & quoties apud Austriacos in gratiam Religionis Ev. in Oengadina inf. & VIII. Jurisd. pressae egit, sua dexteritate plus effecit, ac obtinuit, quam

quam Evangelicus alius unquam: Cum Gabriele, Vulpio Ministrorum primariis, & caeteris politici ordinis Evangelicis liberalem amicitiam fovit dum vixit, ac Epistolicum commercium *).

Hujus Anni MDCXXXIX. m. Martio Oengadini inferiores, pensitata fundamentali Reip. Raeticae lege de Religionis libertate, nec non conventione Superiori Anno cum Deputatis Archiducalibus inita, Capucinis discessum ex aedibus quas adhuc tenebant Parochialibus intimarunt, edictoque suos vetuerunt illos vel tecto excipere, vel res eorum asservare, aut sub custodia tenere; etiam Capucinis svaserunt ne Sacra sua toti populo tantopere invisa, amplius exerceant, cum vix ad quinquaginta ascendat numerus catholicorum qui erant in tota inferiori Oengadina, dum Evangelicorum numerus tria millia excedat. Capucini non audentes resistere Scolii & Senti aedibus parochialibus emigraverunt; Zernezii vero permansere, quod aedes quas incolebant, Legato Rodolphi Planta possiderent. Denuo ergo Capucinorum querelæ rebombabant. Ipse Marchio de LEGANES Episcopi Curiensis impulsu a Senatu Raetico restitutionem petiit, & Comes BILLIUS litteris ad Oengadinos missis contra id factum Edictumque graviter protestabatur, propemodum minans. Hinc vero patere, ajebant Oengadini, qua fide Hispani Pactum de non immiscendo se Raetorum rebus, observent; & ex hoc specimine judicium ferre licere de eo, quod circa reliquorum Articulorum observationem sperandum sit. Senatui Raetico restitutionem svadenti responderunt, a se suisse non impediri Capucinos in Catholicae Religionis exercitio: at Templa & aedes Parochiales sui juris esse. Ex aede Parochiali Capucini in aedes cujusdam Nutti Markii, & post tempus aliquod in mulieris illis addictae, cui Anna Gulfina nomen, habitationem demigrarunt, & incolis invisi & suis, qui eorum discessione redire ad confessionem quam leviter deserverant, cupiebant.

Mense Decembri, procurante Curiensi Episcopo JOHANNES CORPIUS, Ordinis Praemonstratensis, & Parochus Beneduri, a suis denominatus est Abbas S. LUCII Supra Aulam & moenia Curiae, eo loco,

*) A calamo Ienazil nomini infenso profluxit relatio, falsis mixta, quæ visitur in Theatr. Europ. Tom. IV. p. 25.

ubide THEODORO SCHLEGEL ultimo Abbate Anno 1529. Supplicium sumtum fuerat. Hanc novitatem Curienses aegre tulere, & in contrarium protestati sunt. Novus vero Abbas Sede occupata Monasterii Turrim, Chorum, Sacristiam, & Capitulum restaurare coepit *).

*) Tradit P. PHILIPPUS BAYRHAMER in Hist. Imperialis Canoniae ROGGENBURGENSIS, (quam hac demum hora accipio) pag. 109. Novo Abbati a duodecim larvatis Tenebrionibus noctu insidias structas fuisse, quas singulari Dei providentia evaserit. Vindictam autem non distulisse Deum; unum enim ex Coryphæis Praedicantis filium, occiso fratre suo, ejusdem criminis Duce ac Socio, in fuga Salutem quaerere coactum, velut Cainem a facie Domini profugum delitescere coactam fuisse. At merito suspecta est, certis indiciis destituta hæc relatio, & inter calami offensas referenda, quas sub finem Operis Auctor deprecatur.



§. III.

1639 — 1642.

Foedus Hereditarium cum Austriacis renovatur, & de Exerc. Relig. in Inf. Oeng. Tractatio firmatur Velcurii.

Rebus cum Hispano compositis prima fuit Raetorum circa antiquam cum Austriae Archiducibus, Comitibus Tirolis amicitiam renovare. Hunc in finem abs Comitiis d. XII. Decembr. MDCXXXIX. Curiae habitis CONRADUS à CASTELBERG, JOH. HENRICUS PLANTA Dominus Raetiae - imae JOH. GEORGIUS de Speluca, JOH. BAVIERIUS, CASP. FRISCH, ULDERICUS RHEA à PORTA, MEINRADUS BUOLIUS, JANUS SPRECHERUS & AMBROSIUS PLANTA quibus se Episcopi nomine etiam junxit CHRISTOPH. MOHRUS Capituli Praepositus, Oeniponta delegati sunt, cum potestate Veteres Tractatus, & Anti-

Antiquum Haereditarium Foedus Ao. 1518. cum Caes. MAXIMILIANO I. initum, verbotenus renovandi, omnes novitates ab Ao. MDCXX. introductas, Singillatim Tractatum, Anni MDCXXIX. antiquandi; verbi, rerum suarum statum, ad illum quo ante MDCXX. erat reducendi. Cum illis tractaverunt JOH. PETRUS PAPPUS, J. U. D. Cancellarius Tirolensis, & ANSHELMUS L. B. à VELS, & quando Religionis causa agebatur, Jesuita P. PETRUS MALASPINA Archiducissae a S. Confessionibus. Remiserant quidem a pristino rigore Archiducales sic tamen vigorem ultimorum Tractatuum urgebant, ut fere pro norma haberi vellent. Non alia lege antiquationem ultimi Tractatus Oenipontani admiserunt quam ut Capucini restituantur. Post longam ventilationem die tandem XXIII. Febr. MDCXL. Signatus Tractatus est, quem Archiducales *Eventualem* dici volebant. Ejus tenore debebant Capucini in eum restitui Statum, quem Ao. MDCXXXVI. in inferiori Oengadina tenebant: concedebat Archiducissa in locis Raetiae sibi subditis (Tractatus sunt verba) nempe in inferiore Oengadina & VIII. Jurisdictionibus juxta catholicam, quæ primo semper loco nominabatur, etiam Exercitium Religionis Protestantium. Haereditarium denique Fedus Anni 1518. cum Compactatis (hoc titulo nupera veniebant Additamenta) renovabatur *).

Inferio-

*) Exhibetur totidem verbis Tractatus in Theatr. Eur. Tom. IV. pag. 198. sq. unde & notam Apponimus.

Verzeichnis was die Herren Patres Capucini im Untern Engadin eingehabt, und darin sie restituirt werden sollen.

I. *Ao. 1636. haben vermeldte Patres Capucini gehabt die Altär in der Kirchen zu Schlins, Ramüss und Sins, wie nicht weniger die Pfrundhäuser zu Schlins, Sins, und Schuls.*

II. *Ao. 1637. seind erst die Altär zu Schlins und Ramüss abgebrochen worden, da die Herrn Pündnerische Comissarii mit Ihr. Fürstl. Durchlaucht allhier tractirt haben.*

III.

Inferiores Oengadini audito iſtius Tractatus ſenſu miris modis excanduere, & Legato ſuo ULDERICO à PORTA ſcripſere ut ſolenni decenti forma ei ſe opponat, in contrarium proteſtetur, & ſi non habeatur ſuae proteſtationis ratio, infecta re Oeniponto diſcedat; deinde coram Comitiis Raetiae d. XVIII. April per Deputatos Solemniter proteſtati ſunt, ſe nulla ratione *Subditos* appellari poſſe, nec debere; cum nullum homagium teneantur praeſtare, & ex Juribus, quae Archidux habet, ſe quartam, ut etiam Epiſcopus Curienſis quartam partem poſſidere: ea autem Jura neque ad Religionem, neque ad Supremum Dominium ſe extendere; in his enim æquali ſe cum caeteris Raetiae Communitatibus libertate frui. Pariter Octo Jurisdictionum Oratores ſuam libertatem, tam quoad Religionem, quam Supremum Dominium aſſerebant. Adiere tunc Oengadini ſingulas Raetiae Communitates, eas virtute perpetui Foederis exhortantes, & ad ſui defenſionem exorantes: in qua petitione plerasque habuere faventes. Abs Raetis ergo d. 8. Iunii CHRISTIANUS FLORINUS & GEORGIUS WIEZEL Oeniponta miſſi: Sed hi nil niſi bona verba reportarunt, nempe poſſe quoad Oengadinos nomen *Subditi* deleri; interea totum hoc negotium velle ad Caeſarem, ceu Tutorem Pupillorum Supremum, deferrendum curare. At non adquieſcebant illis Oengadini, Proceribus etiam quibusdam ſuis irati, quos lento nimium pede, ac tepide procedere quiritabantur. Longioris igitur morae impatientes unito cum VIII. Jurisdictionibus conſilio, exeunte Anno MDCXL. JOANNEM GEORGIUM Spelucenſem ad Cæſarem, forte Ratisbonae, ſin minus Wiennae reperiundum legarunt, cum mandato, ut omnium Tractatum poſt Ao. MDCXX. ceſſationem, abolitionemque poſtulet, deturque

III. *Ao. 1638. nach beſchehenen Tractaten zu Schuls iſt der Altar zu Sins destruirt worden, und Patres Capucini aus der Kirchen daſelbſt geſchloſſen, in welcher ſie ihre Exercitia effective auſſerhalben gehabt: jedoch das an den Feſttagen wegen der Prioritæt Streittigkeit geweſen, nachdeme von Rom der gemeine Gebrauch der Kirchen zugelaſſen worden.*

IV. *Ao. 1639. ſeynd mehrbedeute Patres Capucini aus den Pfrundhäuſern zu Schlins, Sins und Schuls, und etliche Monat hernach aus dem ganzen Engadin verjaget, wie nicht weniger den Unterthanen höchlich verbotten worden, weder ſie Patres zu beherbergen, noch deren angehörige Sachen aufzuhalten, ſo hat man auch ſie Patres in erdeutem Engadin weiter ihr Exercitium nicht zu üben ernſtlich ermahnet.*

deturque tam Engadinis inferioribus usquam VIII. Jurisd. ficut reliquis Raetiae Communitatibus, & in Religione, & in Supremo Dominio pari libertate frui, fic ut a nemine turbentur, & Foedes Hereditarium ipfa forma qua Ao. 1518. Sancitum eft, verbotenus, ac fine ullis Adfumentis renovetur. Is Ao. 1641. 16. Ian. Raetia difcedens, & Oeniponto Ratisbona profectus, d. 4. Febr. a Caefare folus auditus fuit, cui memoriale commiffionis fuae (ut vocant) exhibuit. Caefar curavit d. 16. Febr. illi litteras tum ad Raetos, tum ad Archiducif-fam Scriptas confignari; quas GEORGIUS una cum aliis ab Archiducifsa fub d. 24. Martii Scriptis, fecum portavit. Caefar in fuis litteris Tractatus Annorum MDCXXXVI. & XXXVII. confirmabat; idem faciebat & Archiducifsa: tunc loco termini *Subditi* concedebant poni: *Apud Inferioris Oengadinae incolas.* At Raetos placaret Archiducifsa non multo poft ULDERICUM à RAMSCHWAG Curiam mifit; fed qui nil perfecit. Oengadini enim inferiores, quibus plerique ex VIII. Jurisdictionibus, imo omnis Raetia favebat, majore quam unquam fervore fe oppofuerunt, Scripto exhibito conteftantes, fe a ftatu, in quo Anno MDCXX. exiftebant, Deo fibi propitio non receffuros, nec defuturos fibi Amicos, quorum ope in avita libertate conferventur: quae omnia Archiducifsæ diligenter perfcripta funt. Refponfum tulit idem Ramfchvagius ad Comitia d. 27. Maii Curiae habita, quo Archid. fignificabat, velle Caefari rem committere, & interim jubebat bene fperare. Tantum vero abeft bellis his promiffionibus Oengadini inferiores delinirentur, ut potius acrius inftarent. Videns ergo Archid. Raetos non placari nifi priftina libertate reddita Velcurium Oppidum nominavit, quo Commiffarii utrinque venientes, finem caufae facerent. Fuere illi nomine Archiducifsae, iidem qui ultimo Oeniponte, nempe PAPPUS, & Baro à VELS, & pro Raetis CHRISTIANUS de FLORINUS, JOH. GEORGIUS, GEORGIUS WIEZELIUS, Eques RUD. á SALICE, MEINRADUS BUOLIUS, & JOANNES JEUCHIUS, cum Actuario LEONHARDO WILDENERO. Tractatum eft a d. 28. Julii usque ad 10. Augufti, refervataque utriusque Partis ratificatione his Articulis Conventio conftabat. Sanciebatur

I. *Reftitutio, Redintegratio, & immiffio* (fic verba fonant) *Capucinorum in Inferiorem Oengadinam in pagis SCOLII, SENTI, & COELINI, cum Oratorio, Hofpitio, & Horto, five priori-*

prioribus quae habebant, sive aliis tantundem valentibus; & haec per Comissarios Raeticos exsecutionem habeant.

II. *Renovatio Antiqui Federis Hereditarii Anno MDXVIII. Sanciti, & Ratihabitio omnium Tractatuum, qui Ante Ann. MDCXX. vigebant.*

III. *Antiquatio & Abolitio omnium aliorum Tractatuum, inde ab Ao. MDCXX. initorum, ac Singillatim Lindaviensis Ao. 1622. Oenipontani, Ao. 1629. & Scoliensis 1638.*

IV. *Octo Jurisdictiones solitum antiquum praestent Juramentum, quo facto ipsorum privilegia confirmantur.*

V. *In Oengadina Inferiore Jura Archid. quoad Electionem Iudicis Civilis intacta maneant. Incolae Teraspenses in Criminalibus & Civilibus Magistratum Oengadinae Inferioris agnoscet, exceptis tamen Castellano & militibus Praesidiariis. In Electione Iudicis Civilis Castellanus duo Vota habeat.*

VI. *Super Telonia Recursus esto ad Archiducissam.*

Pacta haec intra unius Mensis Spatium utrinque, & a Caesare ipso ratificari debebant, & octo dies post id factum Capucini in possessionem inmitti.

Hanc Conventionem Raetici Oratores in Comitiis d. xx. Aug. Curiae habitis ratam habuere. Sed Oengadini inferiores noluere recipere Capucinos nisi praevia Raetorum fide Scripto data (Reversales litteras vocant) quod eorum admissio libertati suae tam Ecclesiasticae quam Politicae, nullum praejudicium sive detrimentum, nullo modo, nec ullo unquam tempore afferre possit. Venientes interea Comissarii CHRISTIANUS de FLORINO, MEINRADUS BUOLIUS, GEORGIUS WIEZELIUS, & JOH. PAULLUS BELINUS, Domos pro Oratoriis, Hospitiis, ac Hortis, Raetorum sumtibus, apte, secundum Regionis morem instrui, & adornari curaverunt. Capucini vero antequam possessionem adirent, praeter alia, publicas volebant Raetorum litteras cautionis: quibus

quibus Raetici Oratores responderunt: Ipsos, sicut quasuis alias Personas Ecclesiasticas sub Raetorum publica fide ac tutela esse. Comitia vero Oengadinos serio monuerunt advenientes Capucinos comiter habere: id quod Oengadini etiam spondere, sub spe quod & Capucini se modeste gerant. De hoc vero illis fidem Scripto dedit & Archiducissa, & Curiensis Episcopus. Erant hæc jam peracta, cum d. 27. Aug. ratificatio ex parte Caesaris ab Archid. Curiam missa est, cui Archid. adnexae erant litterae admissionem Capucinorum flagitantes. Sed tali statu res mansit usque ad Kal. Iunii, nec Capucinis possessionem adeuntibus, nec Raetis Solennizationem Tractatus petentibus. Tandem urgente Archiducissa, Anno MDCXLII. die tertia Iunii, quae Martis erat, Velcurii, in Aedibus Archiducalibus post publicam lectionem, & Foederis Hereditarii, & Conventionis ultimae Solemnizatio, per tactum mutuum manuum, antiquo Germanorum more peracta est, nomine Archiducissae abs LEONE MARQUARDO SCHILLER, Sanctioris Consilii Membro, & ULDERICO á RAMSVAG Praefecto Pludonensi; & nomine Raetorum abs CONRADO á CASTELBERG, JO. BAVIERIO, & MEINRADO BUOLIO, cum LEONH. WILDENERO Episcopus Curiensis neminem misit, ne de neglectis Iuribus suis, quae praeteritis annis toties allegavit, protestari cogeretur ajens Foedus Hereditarium ex Episcopatus parte fuisse observatum, nec opus esse ejusdem renovatione ad Comitia Curiae d. 18. Iul. MDCXL. celebrata comparuere Vallistelinae totius Deputati, JACOBUS VENOSTA de Tirano, FERDINANDUS GATTUS de Tilio, JO. ANTON. PERANDA QUADRIUS de Ponte, ANDREAS CARBONERA de Sondrio, CASPARUS CASTELLUS de Morbenio, PETRUS PAULLUS PARAVICINUS de Trahona, omnes Iurium Doctores, quorum nomine post exhibitas litteras fiduciarias Submissionis plenissimas, PERANDA eleganti Oratione Raetorum ceu naturalium Dominorum, Superiorumque suorum, Jus ac Dominium agnoscere ac venerari professus, debitam obedientiam obtulit. Clavennates jam ante per Doct. PELLIZARIUM de Pellizariis & Burmienses per Cap. JOACH. de ALBERTIS praestiterant. Fuere benigne auditi, illis quaedam gravamina sublata, publico opiparo convivio excepti & spe justa ac benignae administrationis Iustitiae humanissime dimissi.

Evangelicorum Volturenorum emigrationem Romani Cleri impulsi fortiter saepiusque ursere Hispani. Sic & de Bonorum, quae illi in Valletelina possident diu multumque tractatum. Volebant praeterea Vallistelini a Protestantibus omnia onera ac taleas annorum praeteritorum: contra Protestantes census suorum bonorum inde ab Anno 1620. quo caesi expulsique erant, damnorumque caeterorum resarcitionem postulabant. Evangelici Ministri querebantur a nonnullis Iudicibus Summa iniquitate diripi reditus suarum Ecclesiarum, alendis dum illic exercitium suae Religionis vigebat. Ministris destinatos; denique in Communitatibus quae proxima Iudicum mutatione Officiales dabat denuo ambitus, ac factiones exerceri, unde nonnisi mala toti Patriae praesagiebant. Hinc Synodi Evang. THOSANÆ, Ao. MDCXL. d. 3. seqq. Iunii, congregatae jussu, coram Comitiis comparentes Georgius Saluzzius, Hartm. Svarzius, Lucius Gabriel, Iac. A. Vulpius, & Iac. a Paludibus, Summopere flagitarunt revocationem „ Antiquarum Legum fundamentalium de Libertate Patriae, cumprimis vero Articulorum Ao. 1524. 1526. 1557. & 1585. factorum, „ ut memoriae Populi probe infigantur, & solemni etiam juramento „ confirmentur. Addentes si justae petitioni non daretur locus, se „ non destitutos priusquam ab ipsis Communitatibus id officii extorserint. Misellos quoque suae Religionis Confessores, in Valletelina „ intollerabilibus exactionibus a Romano - catholicis convicibus pressos (sic loquebantur) contra Articulum IV. Federis Hispanici, qui „ de digna habenda ratione partis offensae, commendabant. Et cum „ fama percrebrescat nonnullos hodiernum Gubernatorum seu Officialium Vallistelinae indignissimis modis ad se rapere conari reditus, „ Orthodoxis olim V. D. Ministris isthic alendis destinatos: in Communitatibus item illis, quae proxime misurae sunt Officiales, seu „ Potestates ad subditos Vulturenos, pestiferas factiones ex orco denuo revocari, constituta ingenti Summa pecuniaria, ab Officiali „ Communitati suae pendenda ante Officii administrationem, petebant, tantis malis in tempore adhiberi medicinam, ne nomen Dei „ toties totiensque blasphemandi ansa praebeatur. „

Litem talearum Syndici Raetorum Majo mense Ao. MDCXLI. Sondrii, sic composuere, ut Protestantes praeter taleas sub Duce ROHANIO sat utique graves, paullo mitius habiti fuerint. Eorundem

vero intimatione proxime ſecuto m. Septembri emigrare coacti ſunt. Volentibus miſeris, Peſclavii, loco percipiendis rerum ſuarum relictarum proximo conſidere, fidei Sociis Peſclavienſibus & Bruſianis hospitia commodantibus. Romano - catholici inſurrexere, clamando: Se novos hoſpites nolle diu tollerare. Id durum a capitibus afflictorum avertere volens Raetorum Senatus, ſexcentos milites, Ducibus STEPH. MUGGLIO, Amiſiano DURICO ENDERLINO, JOH. JUVALTA, & Cap. ANGLICO deligi juſſit, quibus mandatum Peſclavienſes cogere in ordinem. Quo audito illi paruere, abſtinentes bruma ingruente exſules abigere. Ob expulſionem contribulium, & excluſionem Evangelici exercitii, Miniſtri in Raetia ieiunia indixere, ſuumque dolorem variis modis teſtati ſunt. Expulſis Evangelicae Communitates liberam habitationem conceſſere, quo beneficio gaudentes afflicti, ſenſim ultro citroque diſperſi ſunt. Sed etiam fuere, qui calamitatis diuturnae pertæſi amiſſam Patriam turpi apoſtaſia recuperarunt, repetieruntque. Cui, vicini SUPERIORIS OENGADINÆ COLLOQUII ea de re datas ad afflictos litteras legere grave non eſt, is eas infra reperiet nativa lingua loquentes *).

CAP.

*) Exemplum litterarum ex Decreto Ven. COLLOQUII datarum ad afflictos JESU CHRISTI Confeſſores Patria Valletelina expulſos.

Rallegratevi quelli che ſono allegri, e piangete con quelli che piangano, Scrive S. Paolo alli fedeli Romani. Rallegrandovi Sorelle, che li Voſtri Nomi ſono ſcritti ne Cieli, rallegriamoci con eſſo Voi. Da queſta Voſtra allegrezza renda teſtimonianza la Voſtra *Santificazione*, non avendo ſin ora mai piegati li ginocchi Voſtri a Baal, ne contaminate le Voſtre coſcienzze con la ſua idolatria, ne con altro fetore delle ſue ſceleratezze. Queſta Santificazione dipende delle Voſtra *Juſtificazione* per Fede, unico mezzo di applicarvi il merito del Sangue di Geſu Chriſto, quale purgandovi d' ogni peccato, vi renda juſti e pretioſi dinanzi al Padre. Queſta Juſtificazione pervienne della Voſtra *Vocatione*; eſſendo per eſſa chiamati eſteriormente per la parola di Dio, interiormente per l' efficace operazione del ſuo S. Spirito teſtificante con il Spirito Voſtro, di eſſere figliuoli di Dio. Queſta Vocazione poi depende della Voſtra *Elezzione* fatta in Chriſto dinnanzi la fondazion del Mondo, eſſendo per eſſa adottati e ſcritti nel libro della vita. Mà ſiccome ci rallegriamo di coteſta voſtra allegrezza, coſi *piangiamo ancora con eſſo Voi*, il Voſtro doloroſo pianto, nato parte per il horrendo ſpargimento del Sangue innocente

de Vostri fedeli Antenati ; parte per l'acerbità del longo exsilio da Voi sostenuto; parte ancora per la rigidità d'un nuovo Decreto publicato circa la Vostra totale espulsione della chiara Patria, e paterna heredità, non già per colpa di homicidio, adulterio, forto, perjurio, o simile indegnità, mà solamente per la constante confessione del nome di Dio. Procacciando li Giudei che S. Paolo fosse espulso di Corintho per ordine di Gallione Proconsule furono scacciati dal Tribunale dicendo: *Se fosse alcuna injuria o misfatto, o Judei, Io vi comporterei secondo la raggione: mà essendo questione della Legge, non voglio esser Iudice in coteste cose.* O se molti Iudici Christiani correspondessero ne nostri tempi all'equità di questo Pagano! Se restiamo più costretti di obedire a Dio, che alli Huomini; perchè dunque ci vergogniamo della protettione del suo Santissimo Nome. Se maledetti sono coloro, che non accogliono Jesu Christo nel suo essilio, quanto più vicini saranno alla maledizzione quelli, che non solamente non l'accogliono, mà lo bandino ancora nelli suoi membri, e lo scaccino della sua Patria!


Essendo la Vostra miseria nuovamente manifestata alli Reverendi Signori Ministri del S. Evangelio per la Patria, fù di pari consentimento ordinato di instituire publiche preghiere per tutte le nostre Chiese, per la Vostra salute, per avanzamento della vostra viva fede, e perseverantia in essa, cominciando la prossima Dominica di Novembre, die 19. e continando ogni Dominica seguente, sin che piacerà al Signore. Confidiamo, che li nostri sinceri sospiri non saranno vani o inani dinanzi al throno della sua ineffabile misericordia. In quanto poi alla Vostra deploranda espulsione, Dilettissime Sorelle! che diremmo? Il diluvio universale non ha potuto estinguere l'impietà del tempo di Noe, sin a tanto che esso con la sua familia fossero dentro all'Arca. Il Cielo non ha potuto rendere fuoco e solpho sopra li Sodomiti, sin a tanto che Loth con la sua Casa fosse arrivato in Soar. Quella horrenda ruina della Spirituale Babylonia, non arriverà totalmente, sin a tanto che'l Popolo da Dio, sarà uscito di essa. Continuando dunque li fulmini di simili Decreti contra la Vostra Christiana conversazione, sarà forse occasione, di ascoltare quella voce celeste; dicendo: *Uscite di essa, o Popolo mio, acciochè non siate partecipi delli suoi peccati, e non riceviate delle sue piaghe.* E vero, che questo Calice e molto amaro, mà la mane, che ci lo porge, e del nostro sapientissimo e benignissimo Padre, quale per questo mezzo ci prova, ci purga, ci illumina. Li Israeliti, nostri fratelli, che dovevano vincere li Madianiti, furono provati presso le acque. Volendo li Eletti vincere Satana, il Mondo, il Peccato, gli conviene esser provati presso le aque delle tribolazzioni. L'amaritudine di questo calice non prova solamente, mà purga ancora. Il Corpo humano aggravato di cattivi humori si purga per li grani d'Aloës. L'Anima fedele aggravata di humori mondani e carnali si purga per li grani delle afflittioni. L'illumina ancora questo paterno calice. Li occhi ciechi del pio Tobia furono illuminati per il fele del Pesce. Li occhi della Anima fedele spruzzati del fele di tribulazioni ricevono il lume del sole celeste. Affissando S. Steffano li occhi al Cielo, nelle sue strettissime angoscie vide=

vide la gloria celeste, e Jesu stando alla destra di Dio. Affissando il fedele, nell' Abysso delle afflittioni, li occhi a Dio, vedrà la gloria a lui preparata. O Signore, trovandosi li tuoi fedeli di Valtelina, simili a quel ferito frà Jerusalem e Jericho, la cui piaghe furono sanate dal pietoso Samaritano con oleo e vino, rigorditi delle moltitudine delle lor ferite per il Tuo Santissimo Nome; e doppo il mordente vino delle los tribolazioni, sanagli con il salutifero oleo e consolazione del Spirito vivificante. Dilettissime sorelle nel Signore, riceverete questa con quell' anima e Spirito, che e Scritta. Rallegratevi nella speranza, siate patienti nelle afflizzioni, perseveranti nelle Orationi, Non siate vinti del male, anzi vincete il male per lo bene. Iddio della Pace triterà tosto Satana sotto a Vostri piedi. La gratia del nostro Signore Jesu Christo sopra Noi tutti, Amen.

Da Pontrasina. Alli 16. Novembr. 1640.

ESAIA SCHUCANO,

per comissione del Universo Ven. COLLOQUIO delli Rev. Sigri. Ministri nell' ENGADINA SUPERIORE.



CAP.



CAP. XXV.

1641. — 1642.

Studium Ministrorum Evang. pro recuperatione status prisci, & contradictio Cleri Romano - catholici.

At Evangelicis Raetiae, ademta repetentibus, mille in via stabant obstacula cumprimis difficilia superatu in locis ubi catholici numero Superiores pendebant a consiliis Capucinorum, qui acquisita Superioribus tumultuum annis, mordicus, ac vel cum Societatis convulsione retinere annitebantur. Hinc Synodus Evangelica d. 23. & seq. Iunii MDCXLI. Curiae celebrata. Comitiis ibidem Scripto sua gravamina exposuit; quo juxta dolorem, quem Ministri ob exclusum e subditis terris Religionis Evang. exercitium, testabantur, de multis quae inique ferre Evangelici cogerentur, conquerebantur. „ Inconsultis Communitatibus erigi subinde nova Monasteria, & Templa, „ novosque Monachorum ordines irrepere, qui sumtibus exterorum „ Principum alantur, ut videre sit Curiae, in Oengadina inferiori, „ ad Raetiam - altam, & alibi. Ecclesias haud paucas a plurimum „ numero supprimi, nec in pristinum quo ante Ao. MDCXX. fruebantur, restitui, ut apud Quatuor - Pagicos Cicerii, Terminii, Hypovadii; Bivii apud Septimos, Corvantii apud Coriovallenses. Pesclavienses Evangelicos adhuc communione Templorum, coemiteriorum, muniorum publicorum, aedeque sua parochiali privatos esse. „ Brusii praecipuum ex Christi confessoribus recens interemtum, caeterisque adversarios lanienam subinde minitari. In Valle Tomiliasca „ prohiberi Evangelicis inter Romano - catholicos degentibus Baptismum sub proprio tecto, jus item sepulturæ, & sepulcrum corporis „ cujusdam Evangelici nefarie apertum fuisse, parumque abfuisse, quin „ projectum fuerit inter cadavera bestiarum. Mulctari ibidem Evan-

„ gelicos

„ gelicos, imo etiam a Capucinis percuti nisi ferias ipsorum sancti-
„ ficent; quum illi e converso, solennibus Evangelicorum festis, ni-
„ hil non operis agant, dumque divinus cultus peragitur, plaustris
„ oneratis eorum Templa secure praetereant. Quin privari isthic
„ Evangelicos ac excludi a Jure vicinitatis, eoque solos Romano-
„ catholicos donari. Dirimi & dissolvi a Capucinis matrimonia con-
„ summata inter Personas diversae Religionis, nisi pars Evangelica
„ fidem abneget; quum interim cogantur Evangelici Matrimonii vin-
„ culum antiquo more observare. Cogi Ministros Evangelicos respon-
„ dere Sacerdotibus coram Magistratu Politico: quum ipsi citati Ma-
„ gistratus potestatem respuant. Fabricari in Evangelicorum territorio
„ Sacella, & solere in pagos pure Evangelicos cum processionibus, &
„ caeteris ritibus procedere; quemadmodum factum Fürstenovii. Reli-
„ gionis & conscientiae libertatem, qua Majorum autonomia ante An-
„ num MDCXX. gavisi sint Raeti, jam exterorum Principum subiici
„ indulgentiae. cumprimis apud federatos inferioris Oengadinae, &
„ Decem Jurisdictionum, adeoque libertatis Raeticae pupillam, quam
„ uni Deo acceptam ferre debent, Principum libidini de facto pro-
„ stitui. Evangelicos apud Quatuor - Pagicos, Almensianos, Chur-
„ valdenses, Samnunenses, Brusienses, ut & Volturenos oppressos te-
„ neri, ut DEI Jesu Christique nomen ut ante Ao. MDCXX. invo-
„ care non possint. „ Ut ergo intolerandis his malis medicina fieret, postulabant Ministri. " 1. Ut Leges fundamentales Annorum 1524 *)
„ 1526. **) 1557. ***) nec non Articuli Clavennates, Ao. 1585. ****)
„ revocentur, promulgentur, solenni juramento confirmentur. 2. Ne
„ Communitatum ulla prematur pluralitate suffragiorum, circa Jura
„ libertatis, quibus gavisa est ante Annum 1620. neve Communitas
„ ulla a libertate illa recedat inconsiderate, cum id Tabulis Federis,
„ mutuique juramenti vinculo adversetur. 3. Ut Capucini, aliique or-
„ dines novi, ex Antiquarum Legum praescripto amandentur. 4. Ut
„ Legatis propediem Velcuriam concessuris (de quibus paullo ante
„ dictum) praecidatur omnis potestas conferendi aut concludendi in iis,
„ quae derogant Tractatibus ante Annum MDCXX. 5. Ut communi
„ piorum

*) Quos vide Tom. I. p. 64.
**) Pag. 148.
***) Part. II. p. 274.
****) Part. III. p. 69.

„ piorum Zelo introducatur Exercitium Poenitentiae Extraordinariae,
„ matureque de mediis deliberetur, quibus juventur ſtudia Juventu-
„ tis Eccleſiaſtico Miniſterio deſtinatae, hoc eſt, de Legatis nonnullis
„ hoc nomine impetrandis. „

Iſtius Anni Synodus quoque ſtatuit, ut difficilibus illis, ut erant, Eccleſiae temporibus praeter Synodum ordinariam quotannis celebrari ſolitam, habeatur etiam *Pro Synodus*, conſtans ex uno alterove ex ſingulis Colloquiis, qui vocantibus Decanis comparere Curiae, intelligere quae e re Eccleſiarum proponuntur, Colloquiis referre, & ut cauſae ratio poſtulaverit, conſulere, agereque debebant. Electi erant; ex COLL. SUPRA-SYLVANO, Dec. Lucius Gabriel, & Nuttus Molitor: ex INFRA-SYLVANO, Dec. Iac. Anth. Vulpius, eoque forte abſente Jo. Graſſus, & Iac. Mich. Gujanus: ex COLL. CURIENSI Dec. Georgius Saluzzius, & SCHWARZIUS: ex COLL. SUP. ENGADINÆ Gaud. Tackius, & Eſajas Schucanus: et ex COLL. INF. ENGADINÆ, Nicolaus Ant. Vulpius, & Joh. P. Saluzzius. Plures annos habitae iſtae Pro Synodi; donec Patriae ac Eccleſiae rebus in tuto conſtitutis, neceſſitas earum ceſſaverit.

Morabatur illis diebus in Epiſcopali Aula HIERONYMUS FARNESIUS, Archi-Epiſcopus Patraſſi, & apud Helvetios Raetosque Apoſtolicus Nuncius, in Oeconomia Epiſcopi moderanda occupatus: (a die XXIX. Julii usque ad XXIII. Septembris illu hæſit) hoc ergo Miniſtrorum Scriptum cum Politici ordinis Romano-catholici abs Evangelicis communicatum accepiſſent, ex conſilio Epiſcopi, dictante Nuncio, acre admodum ac forte reſponſum, (ſic ut ipſi Provinciali Iudici CHRISTIANO FLORINO, religione catholico, ſed Patriae Pacisque amanti diſpliceret) reddiderunt. " Ajebant in Capite, Omnium
„ in Raetia malorum cauſam fuiſſe & eſſe Predicantes: Ipſorum
„ culpa eveniſſe defectionem Volturenorum, & niſi frenum illis inii-
„ ciatur, eos novae defectioni anſam daturos. Leges praetenſae Re-
„ formationis Anni MDXXVI. a Nuncio Apoſtolico SCAPIO ſubla-
„ tas eſſe. Catholicos in Politicis velle ſecundum Patrias Leges cum
„ Politicis Proteſtantibus vivere: Sed in Eccleſiaſticis, ſe a Pontifice,
„ Chriſti Vicario omnino dependere, nec ullo modo Eccleſiae immu-
„ nitatem, ſuosque Religioſos, unctos Jehovæ, Politico Magiſtratui
„ ſub-

„ subiicere, sed ad sanguinem usque tueri velle, praeter varia scom„ mata in Ecclesiastas Evangelicos larga manu interserta aiendo: fuisse „ aliquando in Catholicorum potestate tempus, quo Protestantes alio „ plane modo tractare potuissent: sed abstinuisse. Residentiam legato„ rum Principum honori ac gloriae Raeticae Reip. cedere, & eo „ pede dehinc quoque conservare cupere. „ Erant & duae aliae lineae atro colore inductae, legibiles tamen, quibus minae inerant, *etiam exterorum Principum, si opus videatur, auxilium implorandi*; de quibus postea innotuit, eas ipsius Nuncii, Comitis Francisci Casati, nec non laudati Florini consilio obliteratas fuisse *).

Acido huic Scripto pro se succincte replicarunt Ministri: „ Summa iniquitate toti Ministrorum ordini imputari factum, quo „ unus alterve illorum, turbidis temporibus, limen vocationis suae „ Politiae Rebus se immiscendo excesserunt; siquidem in eos censura „ exercita sit, & aliqui Synodi consortio exclusi. Ipsum Synodi De„ cretum exhibetur, sonans: *Qui Seditiones promoverunt, & Judi„ cio Thusciensi interfuerunt, præter & contra mentem Synodi id fece„ runt; statuitque Ven. Synodus, ut Minister qui in posterum, simile „ quid tentaverit, perpetua exclusione mulctetur.*

„ Ejus culpæ neminem magis fuisse reum JENATIO, quem tamen „ laudibus in coelum evehant, cuique sepulcrum in aede cathedrali „ inter Divos dederint; & quem latere famosum illum P. Ignatium „ defectionis ac lanienae Volturenae fomitem & tubamque fuisse; & „ tres fratres Heusleros, Cicerii, Terminii, ac Hypovadii Parochos, „ Volturenos ejusdem caedis perpetratione imitari conatos, solum a „ flante divina providentia vento adverso frustratos fuisse? Et si de „ causa defectionis ac lanienae Volturenae Sermo sit, ex litteris a D. „ Antonio Maria Paravicino scriptis, & exeunte Julio Ao. MDCXX. „ Trahonae repertis constare, facinus illud jam a XVII. annis, tem„ pore constructionis arcis Fuentanae designatum fuisse: consilium tan„ dem sanguinarium a deplorandis Raeticorum Procerum in partes „ scissorum simultatibus vires accepisse; quemadmodum ipsi Voltureni „ in Manifesto mox edito fatentur, ajentes: *Se ea omnia cum con-*

*) Teste Sprech. in Hist. MS. rem ex ore Præpositi referente.

» *sensu Sanioris Partis Raetorum egisse quod egerunt.* Vicinum vero
» Principem Monarcham Potentissimum quorundam ambitiosorum Mi-
» nistrorum consiliis inductum, ut Vallistelinae transitus sub sua ha-
» beret potestate, Rebellibus tutelam praestitisse quod, ne sine causa
» factum crederetur, Religionis nomen causae servire jussum esse, uti
» hoc lippis est ac tonsoribus notum, notatumque reperitur in Hi-
» storicis praeteritorum annorum pene omnibus, nominatim in Mer-
» curiis Gallicis, Belgicis, in Capriota, Bisaccione, Abbate Tosato,
» Gualdo, ac cum maxime a Venetorum Theologo celebratissimo
» PAULLO SERVITA, in libro cui titulus: *Risposta al Catholico de Val-*
» *telini.* Nuncium SCAPIUM eo tempore in Raetia egisse, quo Au-
» striaci eam copiis suis impletam tenebant, eorumque viribus præfi-
» dentes Capucini eo licentiae ausi erant progredi, ut Parochialis
» S. Martini in urbe Curia aedis claves petierint; & quo plura
» Membra a Raetico Corpore avulsa erant: at Acta illa Tractataque
» cuncta, adventante Regis Christianissimi exercitu Duce Coevreo,
» Corpore Raetico jam redintegrato antiquata fuisse. Nihil vero ae-
» quius esse, quam ut Leges tam Politicae quam Ecclesiasticae, a Piis
» Majoribus, tempore quo Religio catholica potior erat in commune
» beneficium sancitae a bonis Patriae Civibus conscientiose observen-
» tur. Caput suum esse JESUM CHRISTUM, quem solum cupiant
» Adiutorem, Defensoremque, nec timere quid faciant Homines,
» neque a verbis Adversantium spiculatis sanguinemque spirantibus
» terreri. Stupendum esse prorsus quod litterarum Auctores tam in-
» fensum in Protestantes gerant animum, cum in Tractatibus conclu-
» sis fere obtinuerint omnia quæ cupierunt: at hac ratione prodere
» Religiosos illos quantopere turbas, confusionem desiderent, ac fa-
» ventem suis designatis exterum militem reduci, mutuamque Raeto-
» rum amicitiam dissolui; ubi tamen semper excipiuntur catholici
» Patriae, Pacisque Amantes, honore dignissimi, quorum numerum
» haud exiguum esse, constare. Non esse, quod Religiosi, illi suam
» tantopere moderationem praeteritis motibus demonstratam crepent,
» cum adhuc exstent Nuncii Saregi ad Desertinum Abbatem Seb. Ca-
» stelbergium litteras Ao. 1620. exaratae, quibus monebat: *hoc jam*
» *tempus esse, Vesperas siculas cum Lutheranis celebrandi.* E contrario
» a Protestantibus nonnisi moderationem omni tempore adhibitam, li-
» cet dum numero & viribus potiores essent, multa & gravia variis

» occa-

„ occasionibus agere potuissent, si animos malos ac foedifragos contra „ illos habuissent; cum potius eos ut confoederatos omni tempore „ amarint, coluerintque. In eo quod Ecclesiasticam ipsorum Immunitatem & a Magistratus Foro exemtionem absque exceptione extollant, videri illos velle omnes caeteros Catholicos Principes superare, „ qui in criminibus laesae Majestatis, aliisque delinquentibus Clericis „ non parcunt. In fine, sinceram, patriaeque quietis, & aequitatis „ studiosam responsionem abs Dominis Romano - catholicis, erga „ quos omnimodum Respectum ac Venerationem contestantur, se „ exspectare, declarant.

Huic vero Ecclesiasticorum utrinque Zelo, limites posuere Proceres utriusque Religionis; qui concordiam primo loco habentes sex viros ab utraque Parte nominarunt, quibus injunctum Articulos conficere, quorum observatione utrique Religioni addicti, sui cultus actus inturbate exercere queant, salva semper concordia. Isti Sex Viri mense Novembri convenientes labore comisso pacifice & ex æquitate defuncti sunt, scriptis d. x. Ejusd. Articulis, qui Communitatibus propositi, & utrinque approbati fuere. Quibus vero modis ac viis in antememoratis locis Evangelici jura exercitii pristina recuperaverint, mox dicemus.

Caeterum hoc Anno MDCXLI. Desertinus Abbas AUGUSTINUS in coenobio suo subita morte extinctus est: & Successor ipsi datus JOHANNES à SAXO Raetus ejusdem Anni m. Majo exeunte, deliquium animi passus, Equo delapsus Ragazii eodem mortis genere vitam exspiravit.

Ao. MDCXLII. 20. Aug. in custodia Alvisii de Paniza Praefecti Arcis Fuentanae qui manipulum militum secum habebat, ac præter alios etiam celebrem Doctorem Hispanum NAVARRUM, sive Navarrenum, per Raetiam captivus ductus est EDUARDUS DE BRAGANTIA, JOHANNIS IV. proclamati Lusitaniae Regis frater germanus, quem Caesar Ratisbonae custodiæ addixerat. Majoris securitatis gratia Raetiae Proceres, transeuntibus per Valles Monasterii, & Vallemtelinam comitem dederunt Capitaneum GEORGIUM WIEZELIUM. Lusitani postea publicarunt illum Hispanis venditum esse. Plerique Raetici Po-

 pull

puli, Proceribus offensos se eorum conniventia testati sunt, & quod nolint Terras suas ad Hispani libidinem teneri, ut etiam Principibus captivis deducendis pateat.



CAP. XXVI.

1640. Seqq.

Restitutio Ecclesiarum mixtae Religionis in statum pristinum.

Eodem fere tempore, quo Monachi candidi, vulgo Praemonstratenses, auxiliante JOHANNE FLUGIO Curiensi Episcopo, ad desertas Abbatias S. Lucii, & Corvantianam reducti sunt, favore armorum Austriacorum tunc late grassantium, etiam Monasterium in urbe Curia abs D. NICOLAO dictum occupare ausus est Frater quidam Dominicanus: tenuerant enim illud Religiosi hujus ordinis, sed contractu Anno jam 1538. cum Federe Cathedrali inito, suisque juribus erga certam pecuniae Summam promte exsolutam, renunciatis inde discesserant, & Cathedrales ex eo ludum fecerant litterarium, reditibus partim in Curatores, partim in Docentes & Alumnos distributis *). Compositis cum Austriaco & Hispano rebus, ex improviso ansa nata est, qua Cathedrales sui juris denuo potiti sunt. Hujusmodi fuit. Abs ipsis Romano-catholicis in urbe habitantibus coram Praesule accusabatur Monachus, Fani incola, (Patria Pesclaviensis erat, Vir aetatis provectioris, versutus, ac Sanctimoniae quandam ferens speciem) de neglecta canonum sui ordinis observatione; ac tanto quidem opere arguebatur, ut flagitarent in Hominis vitam accuratius inquiri, ne orto ex indulgentia dimanantéque Scandalo, catholica Professio inter Acatholicos detrimentum patiatur. Tergiversante aliquantulum Praesule importunis flagita-

*) Vid. Supr. Tom. I. p. 194. sq.

flagitationibus annuere, illi in Monasterium currunt, Monachum secum adducturi, quem reperiunt ad Altare, Missae officium agere paratum: erant Feriae Paschales, sive Lunae dies Pascha excipiens A. MDCXL. At ne vi hominem abducerent. Strictis gladiis prohibuere animosi duo Juvenes, alter Comitis CASATI, alter Collonelli CRIVELLI filius, qui prope illum erant, & ab ipso Praesule in Ejus defensionem missi dicebantur. Hi Monachum a vi tutatum in adsitam compulerunt cellulam, ex qua ille per fenestellam in hortum adtiguum proripuit, inde in Aulam Episcopalem, deinde retro viam, qua in coenobium S. Lucii adscenditur, saluus Corvantiam abiit, abs eo tempore nusquam visus. Hora erat, qua Evangelici sacris suis peractis Templo egrediebantur; hique fama rei quæ agebatur sive certa sive incerta, sive curiositate invitati Fanum adeunt; factoque cognito Catholicis illic stupore haerentibus violationem jurium Magistratus exprobrant; tunc missis ex suo numero in fortalitium Rheni, abs Collonello JO. PETRO GULERO, qui illud cum aliquot cohortibus tenebat, opem consiliumque petunt; hanc nempe opportunam esse ajebant occasionem, nec dimittendam, hoc se Hospite semel pro semper liberandi. Interea duo praesto sunt Deputati, alter abs Senatu, ab Episcopo alter, missi, unam agentes causam, caventes nempe ne a turba quidpiam pravi comitteretur exempli. Tertia abinde die advenit Gulerus cum Barone Haldensteiniano Julio Ottone ab Ehrenfels, coram quibus consilio Senatui significato, sed approbatione non exspectata, Imagines ac Tabulae omnes Templo diligenter exportatae sunt, eoque facto Episcopus monitus ut sacram suppellectilem sub suam deferri curet potestatem. Abnuit primo Episcopus, ajens *non licere sibi de ea re prius decernere quam consulta Sede Romana*; at consilio mox mutato pretiosiora accipi curavit. Senatus mox & Monasterium & Templum custodiri, & die Dominico secuto, Populo congregato conquestus est de Civium diffidentia erga se, cum Populi commodis invigilare nunquam neglexerit, recursum ad Gulerum exprobravit, Imaginum non impetrato suo consensu exportationem improbavit. Excusabant vero Cives factum, metu quem habebant, ne Senatus indulgentia rediret Monachus, ipsique suis juribus exciderent, exemplum allegantes Capucinorum, quorum tolerantia tot prolixis ventilationibus ansam dedit, quibus supra triginta florenor. millia absumta nec adhuc esse finem: quare sibi immerito tantum culpae dari, si breviorem viam, nempe facti elegerint.

rint. Non defuere Episcopus & Monachi de injuria sibi illata coram Caesare conquerentes & ajentes, id factum Conventionibus inter utriusque Religionis Confessores factis adversari. Reponebant vero Evangelici: Conventiones vi armorum extortas Trium Federum Decreto unanimi consensu edito abolitas esse: Reliqua circa Religionem statuta a se sancte observari, ac cumprimis Articulos Anni MDXXVI. caeterorum Basin ac fundamentum. Sic in proposito firmi Monasterium retinuere Curienses, idque more antiquo lectionibus Iuventutis restituerunt.

JOHANNE à PORTA primo CIZERIANORUM, TERMINIENSIUM, & HYPOVADIANORUM Ministro, Anno 1620. Septembr. castra Exercitus Raetico-Helvetici sequente, indeque in carceres Oenipontanos abducto, Ecclesiae illae toto motuum tempore, & Ministro proprio, & Religionis exercitio caruerunt. Absentis equidem vices explevit quamdiu licuit JACOBUS TSCHARNERUS proximae Ecclesiae IGIENSIS, Pastor: at Ao. MDCXXI. Novembr. supervenientibus Copiis Archiducalibus, non modo prohibitum fuit Evangelicum exercitium quemadmodum in toto Jurisdictionum Federe; sed ille iuxta cum caeteris Ministris fuga Salutem quaerere necesse habuerunt. Austriacis rerum potientibus Evangelici misere vexati, minis & promissis ad Apostasiam sollicitati sunt. Licet vero adveniente COEVREO cessaret persecutio, Capucinis, & reliquis Ecclesiasticis qui Ecclesias Evangelicas occupaverant, abeuntibus, & Ministris ad suos greges redeuntibus, id beneficium quod ante motus habebant, a concivibus catholicis nunquam indipisci potuerunt Evangelici, ut suo nempe etiam Ministro liber reditus, habitatio, & exercitium daretur. Hoc quoque astu Tabulas liberi Exercitii opera PASCHALII confectas oppressis extorserant concives religionis nomine apud Austriacos gratia valentes. Nempe cum igne vastaretur Malansium, cujus flamma e regione conspiciebatur, salvos ab igne pagos promiserunt, si Transactionis Paschalianae Instrumenta Episcopo Curiensi extradarent, fide tamen addita, rebus pacatis restituendi. Habebant autem Evangelici HYPOVADII quidem communis Templi hora praescripta usum, Redituum Ecclesiae perceptionem erogationemque secundum numerum, quo tertiam fere conficiebant partem, denique in Iudicio Civili Assessores quatuor, & in Iudicio Jurisdictionis numerum convenientem. TERMINII aedem minorem

norem a S. LEONHARDO dictam, in Reditibus Ecclesiae, & Civilibus aliis partem secundum suffragia: Sic & CIZERII aedem minorem, & ut officia ac emolumenta dignioribus, nullo Religionis discrimine darentur administranda. Sic territi & circumventi Evangelici & Instrumenta amiserunt, & quae illorum vigore possidebant, Romano-catholicis sibi eorum possessionem asserentibus. Miro tamen modo Terminiani suas Tabulas receperant: Quippe cum illae a Leonhardo Gaudentio Evangelico juxta cum aliis Scripturis suis Christiano Straboelio catholico in Aula Episcopali, Arculae inclusae custodiendae asservandeque datae essent, hic inscius Arculam intactam restituerat. Nec rebus cum Austrio & Hispano compositis, Catholici se mitiores praebuere Evangelicis solum exercitium suae Religionis vel quibuscunque conditionibus supplicantibus magis quam postulantibus. Hinc eorum quaerelae saepius auditae in Comitiis *): a quibus etiam Decreta favorabilia data, sed quae effectu destituerentur, Catholicis admittere nolentibus, Evangelicis ab omni vi, studio abstinentibus. Conciliationem quoque tentarunt confederati Helvetii, missi Tiguro JOH. HEINRICUS WASERUS, Berna GABRIEL WATTENWILLIUS, Friburgo ROD. VICUS, Lucerna LEODEGARIUS PFYFFERUS, Urania JODOCUS PUNDTENERUS, Salodoro LAURENTIUS SURIUS, Suitia CASPAR ZEÆBERGERUS, Subsylvania CASP. BUOCHERUS, Glarona CHRISTOPH. SCHWARZIUS, & Abbatiscella JACOBUS WISERUS. At nihil effecerunt, Evangelicis vigorem Transactionem Paschalienarum quorum partim Autographum, partim Apographa praesentabantur, urgentibus; Catholicis vero Legatis invitos suae fidei consortes cogere nolentibus. Sic ergo post duodecim dierum moram, postquam Partem utramque ad quietem & amicitiam exhortati sunt, Raetia discesserunt. Volentes tandem Raeti & huic liti finem fieri m. Febr. Ao. MDCXLIV. novem Deputatis rem conficiendam permiserunt, qui Cizerium venientes, aede illic minori vi reclusa, nemine aperte adversante HARTMANNO SCHWARZIO quem secum habebant, aditum fecerunt, illiusque concionem una cum coetu qui confluxerat, audiverunt. Opera deinde cumprimis, Curiae Consulum JOH. BAVIERII, & JOH. TSCHARNERI, AMBROSII PLANTA, Malansiani, Praetoris JOH. ANTONII BUOLII, persuasi Catholicae Partis, quae in Metrocomia Cizerii est, Proceres, Eques RUDOLPHUS à

SALICE

*) Theatr. Europ. Tom. IV. p. 809. ad Ann. 1642.

SALICE, Martinus Müllerus, Christianus Joos, Georgius Trietius, Laurentius Paederus, caeterique aequitate petitionis Evangelicorum victi, in Pacta descenderunt, quorum tenore illi aedes Minor concessa est, & reliqua ex aequitate transacta. Ad eundem modum, die Martis, $\frac{16}{26}$ April Terminii in Templo S. Leonhardi, Trium Foederum Deputatis, ad avertendas insolentias forte exiituras, praesentibus, sed absque ullo comitatu, ab ANDREA LORETO Ecclesiaste Igesiano concio habita est, nemine prohibente. Animis a priore aestu remittentibus, mox etiam HYPOVADIANI a concivibus libertatem sui Exercitii obtinuerunt. Tunc Prudentiorum utriusque Partis consilio Conventio facta, cujus observatione utriusque Religionis Addicti, absque alterius offensa viverent: in qua ad hunc usque diem alta pace fruuntur.

Ejusdem Anni die 30. Iunii, Templum montis MASTRILS ante hos XXX. annos abs JO. à PORTA ex contributionibus piorum, nomine S. STEPHANI indito exstructum, quod durantibus motibus Austriaci in suos usus Sacros converterant titulo S. MARIÆ DE VICTORIA; Galli autem Armamentarii loco esse jusserant, concione abs JOH. à PALUDE Ecclesiaste Malansiano habita, Sacro cultui denuo restitutum est, & reparatum.

Decidendi controversiam quae inter duarum Religionum consortes PESCLAVII vigebat, negotium jam Ao. 1641. Trium Foederum Decreto, Duobus utrinque Arbitris Capitaneo ULDERICO ALBERTINO, & Præfecto JOH. PAULLO BELINO a Belloforte comissum fuerat, demum vero Ao. MDCXLIV. die $\frac{27}{6}$ Sept. ab illis confectum. Fruebantur Evangelici ante bellicos motus communi Templo in metrocomia, & juxta Sententiam quae Ao. 1561. a Iudicibus Federis Cathedralis pronunciata fuerat, Officiorum, Emolumentorumque totius Communitatis Parte Tertia quae sibi denuo reddi postulabant Evangelici; sperantes a concivibus catholicis facile voti compotes fieri a quibus saepius oblatam Tertiam partem Officiorum respuerant, sicut et: eorumque nomine abs ALOVISIO BALDIRONO Ao. 1621. pro Templi parte quingentorum aureorum Summam, & campanam unam minorem accipere recusaverant. Sed difficiliores quam unquam experti, sunt, sic ut parum abfuerit, quin & hac vice Tractatio effectu frustraretur. Maluere igitur Evangelici hactenus multifariam vexati, expensis

ſis fatigati, ac minis territi qualitercunque paciſci, quam lite ſuſpenſa continuas moleſtias tolerare. Poſt diſceptationem ſat fervidam, cum nihil proficerent, et Deputati catholici metrocomiae jam diſceſſiſſent, praeſentibus caeterarum viciniarum delegatis, cum utriusque Partis conſenſu Arbitrorum judicio tranſactum, ut Evangelici *pro communis Templi, Campanarum, ac Redituum Eccleſiæ parte mille & quingentis florenis contenti ſint; in Officiis Prætoris Peſclavii, Vallistelinæ, Plurii, ac Majaevillae quartam in cæteris Communitatis officiis ac emolumentis tertiam, partem habeant. Expenſas quæque Pars ſuas ſolvat. In electione Iudicis Terræ antiquus ac ſolitus mos obſervetur:* quam transactionem catholici tanto facilius approbarunt, quod omnimode ad ſuum votum concepta eſſet. Conventione utrinque firmata, Evangelici privum ſibi Templum exſtruere coeperunt, quod intra biennium ad culmen perductum, & Ao. MDCXLVI. conſecratum eſt, Paſtore Antonio Tackio qui defuncto Anno Superiori Iacobo Rampae ſucceſſerat.

Evangelici incolae BRUSII ab Anno MDCXX. usque ad ROHANII adventum inter continua pericula vixerunt, abs vicinis Valtelinis odio haereticorum, ut vocare ſolebant, æſtuantibus imminentia; hinc nulli Miniſtrorum illis annis integrum fuit illuc exire, multo minus habitare, aut curam animarum agere. Rebus paullulum ſub ROHANIO pacatis, cum ſpes nulla eſſet exercitium in communi Templo, ut dim, recuperandi, Bruſienſes una cum expulſis Valtelinis Anno MDCXXXIV. d. 15. Jun. abs Tribus Foederibus facultatem obtinuerunt Templum aedificandi; quod vero demum eodem cum Peſclavienſi tempore ad umbilicum perductum eſt, circa Kal. Septemb. Anno MDCXLVI. Primus illi coetui Paſtor fuit Martinus Schucanus, Decani ESAIÆ SCHUCANI filius, qui Eccleſiæ illi usque ad 21. April. 1669. magna cum laude inſervivit, tunc pie in Domino defunctus.

Non ſupra Annos quatuor habuere Evangelici Religionis ſuae exercitium in aede CORVANTIORUM Anno 1616. ut ſuo loco diximus, inſtitutum. Nam quamprimum Auſtriaci Raetiam armis, ingreſſi ſunt, ſuppetias ferente Curienſi Epiſcopo JOANNE FLUGIO in Monaſterium rediit abs Roggenburgenſi Abbate miſſus P. GEORGIUS HABERLINUS, qui habitationem, poſſeſſionemque bonorum, ut olim facile ſibi aſſeruit

ruit, Miniſtro mortuo, & Evangelicis paſſim locorum oppreſſis. Poſt biennii habitationem illi ſucceſſit P. CAROLUS BERTSCHIUS, idem qui ab incolis fuerat dimiſſus; hicque totum motuum tempus illic aetatem duxit, donec Anno 1639. m. Decembr. rurſus illi ſubſtitueretur antefatus Haberlinus nunc Weſenii ad Lacum Wallenſtadii Parochus. Volante fama felicium progreſſuum quos Nuncius SCAPIUS in beneficium catholicae fidei, ſingulariter Eccleſiaſticorum in Raetia faceret, ductus, Conventus Roggenburgenſis Sub - Prior FRIDERICUS ROMMELIUS Anno 1624. Corvantium venit, adque famoſae illius Conventionis a Scapio per metum extortae tenorem Omnia Monaſterii feuda, ceu caduca, ope ſuae Religionis hominum, ſibi addixit, viam publicam, quae per Monaſterii diruti aream tenebatur, ſepe obſtruxit. Quaeſivere illo tempore Patres Praemonſtratenſes etiam Praepoſituram S. Iacobi in intimo Raetigojae Pago, licet dudum, Anno ſcil. 1548. cum conſenſu Abbatis Roggenburgici, & Ferdinandi Regis Romanorum conſenſu alienatam. Sed cum nullo juſto titulo petitionem urgere auderent, Religioſi illi qui eo venerant, ad famam venientis Duce Coevraeo Exercitus Gallici, noctu abierunt, nemine revocante. Eodem Anno 1629. quo RESTITUTIONIS EDICTUM per Germaniam proclamatum eſt, petebatur a Raetigoiis reſtitutio Praepoſiturae S. JACOBI vigore Tractationis Oenipontanae, eo Anno initae. Sed reclamantibus ſemper incolis; & ſecutis mox temporum viciſſitudinibus conatus fruſtrantibus *). Motibus bellicis ſedatis, voluere Evangelici Corvantiani

*) Neſcit fere de Monaſteriis S. Lucii, & Corvantiano, ac Praepoſitura S. Iacobi in Raetigoja, filialibus ſuis loqui nuperus Hiſtoriae Canoniae ROGGENBURGENSIS conditor P. PHILIPPUS BAYRHAMER, quin calami licentia in Evangelicae Religionis Raetos ſimul graſſetur. Non moramur titulos *hæreticorum & Calvinianorum*, ab aerugine animi & calami profectas, ab omnibus prudentibus contemtos; quod ab illis cauſae nil accedat, nil decedat. Is ſtudio ſuum Theodorum, ſive ut mavult Theodolum (Schlegelium, Abbatem D. Lucii) excuſandi, eo progreditur, ut *odio Religionis catholicæ, ab infeſta CALVINI turba* peremtum fuiſſe, profiteri non erubeſcat; cum conſtet, Ao 1529. Calvini nomen nec notum fuiſſe, & Evangelicos qui tunc in Raetia caetus erant, tam exiguo numero fuiſſe, ut pene in cenſum non venirent; Theodorum vero non ob fidem quam profiteri nemini fuit unquam prohibitum, ſed ob CRIMEN, ob perduellionem, ob conſilia Sanguinaria Deo favente opportune delecta; non a turba, ſed a legitimo Tribunali; non ex Calviniſtis, ſed longe maximam partem ex Romano - Catholicis conſtituto; Juris regulis obſervatis, fuiſſe capite

tiani Ministrum bona pace, gratiaque catholicorum restitutum: Verum cum id non obtinerent; tam Abbate quam adhaerentibus incolis Romano

pite plexum. Si Patriae exitio liceat Religionis, aut verius Culinæ tueri causam, Martyr utique erit Theodolus ejusdem ordinis cujus est GARNETUS, RAVAILLACUS, & Alii. — Abs eodem Historico, ultimus S. Iacobi Præpositus BARTHOLOMÆUS BILGERUS comparatur jumentis, vocaturque *nequam in cute*; licet aliud non habeat, quod illi crimini det, quam quod facultate Decreti Raetorum usus, dilapsis suae Societatis Monachis, & ipse nuncio ordini misso, honeste uxorem duxerit, cum qua in Patria Curiae reliquum ætatis vixit. Honestatis nomen famamque abs illo genitore relictam omni tempore tuiti sunt Posteri, & singulariter hoc, quo scribimus tempore, cum laude tuentur fratres germani, quorum alter, Synodi Evang. Decani, & in Patria Ecclesia Pastoris, simulque in Collegio ibidem Professoris; alter in Potentissimi Borussorum Regis Aula Archiatri axiomate florent. — Non certiori talo nituntur, quæ de adtritis, direptis, spoliatis Ordinis sui bonis passim inspergit, documentis ad fidem faciendam omissis. Explebimus Nos hanc lacunam apposita notitia certa gestorum in hanc rem, tempore quo Roggenburgenses amissa postulabant, & Austriaci omnia poterant; quorum copiam acceptam fero Amico, litterarum ac Pietatis Fautori eximio, Perillustri ac spectabili D. ANDREÆ à GARBALD Jurisdictionis Coenobianae Archigrammateo. Hæc sunt que Jurisdictionis Coenobianæ Incolæ ad Senatum Trium Federum referunt, sub *Anno* 1629. *d.* 18. *Martii.*

In dem Ausschreiben der Herren Standsräthen Löbl. III. Pündten haben Wir verstanden die Relation des Herrn Obrist Schmiden von Grünegck, darinn vermeldet wird, das Ihro Ertzfürstl. Durchlaucht, unser Gnädigster Herr begehre, das Wir zum Klösterlein wider zur Römischcatholischen Religion gebracht werden, in Kraft des Glureischen Vertrags so aufgericht ist Ao. 1533. *auch lautet er, nach der Bündtner selbsteigener Erkantnis, samt der Restitution der Kirchen, und der Zugehör, (ja so fern nicht Gnad ertheilt wird) wie den im Vertrag zu sehen ist.*

Wir die Gemeinden zu Kloster sind ungezweifelter Hoffnung, wann Ihro Ertzf. Durchlaucht unser Gnädigster Herr bericht werden, des Vertrags und Uebereinkommung mit den Geistlichen Herren Præmonstratenser Orderns, so von Ihro Ertzf. Durchl. in Gott ruhenden Vorfahrern abgeordneten Herren Commissarien erörtert und verglichen ist, Ihro Ertzf. Durchl. wärden uns allergnädigst dabey verbleiben lassen.

Also, ist Gnad ertheilt, wie das Wörtlein sagt im Glureischen Vertrag, 1533.

mano catholicis pedibus manibusque obnitentibus, ne Ministro aditus in aedem daretur, illi et suffragiis & viribus potiores, remoris contemtis

Darnach Ao. 1548. sind gen Klösterlein erschinen der Röm. Königl. Majestat Herrn Comissarien, als die Wohledlen, Walthasar von Ramschwag Vogt auf Guttenberg, und Peter von Finer, Landvogt auf Kastels, und in Nahmen des Hochwürdigen Gottshaus Roggenburg und Churwalden, Gregorius Abbt zu Roggenburg, und Florian Abbt zu Churwalden, und Pater Domus zum Klösterlein zu S. Iacob im Prettigew; die haben den Nachbauren daselbst ihre ganze Gerechtigkeit, wie sie da ein Probst besessen hat, zu einem ewigen, unwiederrufflichen Erblehen verlehnt, um 111. Pfund Zins, und denselben durch obermeldte Herren verwendt, wie folget.

Erstlich, weil es ein hart, rauch, wild Land ist, so haben sie einen Predicanten zu erhalten daselbst geordnet, - - - - - 70. fl.

Item gen Serneus, auch einen Predicanten zu erhalten - - 10. fl.

Item an das Allmosen, armen alten Leuthen, und Bettligern, - 10. fl.

Item einem Alten Mann, genannt Rollin - - - 3. fl.

Uud dies ist geschehen mit denen Conditionen, wann es über kurz oder lange Zeit darzu käme dass es das Mehren wurde, die Römischcatholische Religion, das da wieder ein Probst berüft, und wohnen würde, so sollen die Nachbauren schuldig seyn Ihme zu geben so viel Wiesen als 4. Kuhland seyen zu deme wie obstat.

Item sind noch 34. fl. in das Kloster gen Churwalden geordnet, welches Wir ordentlich gezinset bis auf das 1612. Iahr, und da durch unsere Kirchenvögt von dem Abt zu Churwalden abkauft um 535 fl. bar Geld, laut der Quittanz mit des Gottshaus Insigel verwahrt, auch der Kastenvögten, als Herren Haubtmann Benedict Donosio, und Barthli Döntzen Insiglen und eigner Hand und Schrift verfertiget.

Um diese obbeschriebene Abhandlung haben Wir alles gut Brief und Siegel gehabt, nun aber in dem Brionischen Ueberfall, hat er uns das Klösterle samt dero Kirchen, und Behaltnisse darinn die Briefe gelegen waren, alles zu Aschen verbrant. Weilen aber zuvor Ao. 1620. ein Conferenztag gen Imbst war, haben Wir die Brieffen unserm Herrn Gsandten Herrn. D. Fortunat Sprecher von Bernegk gen Chur geschickt, da hat er etliche durch den Herrn Landschr. Wildener lassen copieren, und aus etlichen hat er etwas augezogen in einem lateinischen Memorial, welches er uns hernach laut seine-

tentis Anno MDCXLVI. Templum vi reserarunt: quaedam ex censibus haud ita multa cum Praefecti Austriaci VICTORIS TRAVERSII consensu,

ner Handschrift zugesandt: aber die Originalia alsbald sie abcopirt, bey dem Botten wieder zuruckgeschickt, wie die Copien zu sehen.

Item Ao. 1623. sind abermahlen wegen der Erneuerung von Ihro Ertzf. Durchl. Ertzherzog Leopoldi, unsers gnädigsten Herrn abgeordnete Herren Commissari gen Kloster kommen, die WohlEdlen Herrn Hans Victor Travers zu Ortenstein Landvogt auf Castels, und Herr Doct. Schalck Amtsverwalter zu Veldkirch, wie auch die Ehrwürdige Geistlichen, Herr Abbt von Banderen und Churwalden, also wie der letst Conferenztag deswegen zu Churwalden im 1623. Iahre vermag, das Wir uns in dem Termin verfast sollen machen, und darwieder auflegen, oder restituiren; also hat der Herr Doct. Sprecher einen Brieff in Nahmen der Landschaft an Herrn Haubtmann Antwortsweis geschickt, darin alles vermeldt wie zuvorsteht, auch seit dem Schreiben die Authentischen Copien aus der Kanzley zu Chur genommen, und dasselbig alles den Herren Commissarien aufgewiesen. Da haben sie uns nicht von unsern ordentlichen Rechten begehrt zu treiben, sondern in allem gefällig gewest, und die Geistlichen Herrn sich müssen gedulden. Allein weil Wir mit dem Schwert gewonnen seyen, so sey Ihro Erzfürstl. Durchl. Willen, das alles Catholisch werde. Haben uns also zu Ihro Erzf. Durchl. Gnaden-Conferenz gen Veldkirch gewiesen wegen den Pfrunden.

Ao. 1623. seynd Wir die Abgeordnete Gsandten von den Gemeinden zum Kloster, wie auch die Herrn Aebbt von Banderen zu Veldkirch bey Ihro Gnaden Herrn Stredeli erschinen, und zu beyden Orthen von neuem aufgelegt. Also hat Ihr Gnaden uns bey dem 1548. Vertrag lassen bleiben: Allein dieweil Wir mit dem Schwert gewonnen seynd, und Ihro Durchl. Willen seye das Römischcatholische Exercitium an den Orten zu üben, und die Kirchen von altem denen Herren zuständig gewest, so wölle er einen Vergleich zwischen uns treffen, darin sie dan schuldig seyen zu versehen die Kirchen zu Serneus, Saas, Konters und zum Klösterlin laut seinem Vertrag. Sonsten könnte er wieder die alten Abhandlungen nichts fürnehmen, weil es ordentlicher Weis durch der Röm. Königl. Majest. Ferdinandi Hochl. ged. Herrn Commissarien wie auch der Hochwürdigen Gottshäusern zu Roggenburg und Churwalden, Herrn Aebbten verglichen seye. &c. &c.

Ao. 1624. wie die Königl. Armada aus Franckreich in diese Land kommen ist, da seynd die Geistlichen Herren von uns unvertrieben und unmolestirt nächtlicher Weis ein Weg geloffen, und also Wir von Ihro Königlichen Maj. auf das Feld Perdisla berüfft, wie auch angelnds in ein allgemein Ver-

ſenſu, ipſo quoque Abbate Roggenburgico Salutato in Stipendium Miniſtri decerpſerunt. Contra quod factum equidem Abbas ROMMELIUS

Verſammlung gen Chur, daſelbſten widerum zu freyen Bundsleuthen gemacht wie Wir geweſt waren vor 1617.

Alſo haben Wir unſern Herrn Predicanten angeſtellt, dabey hoffen Wir zu Gott dem Allmächtigen zu ſeyn und bleiben, und werde Ihro Ertzfürſtl. Durchlaucht uns nicht begehren wieder die Conſcienz zu treiben: dan auch Ihro Hochlobliche Vorfahrer ſich der Religion Sachen nicht angemaſſet haben dan des Klöſterlins als ein Kaſtvogt; aber was Religion, Land und Standſachen anbetrifft haben Wir die Freyheit, wie andere freye Bundsleuth auch haben. Weilen Wir nun Gottlob Alle, einer Bekantnis ſind, und nicht eine einzige Perſon, weder Mann noch Weib, noch kleins noch gros der andern Religion ſich befindet, noch ſich jemahlen befunden hat; obgleichwohl die Geiſtlichen Ordens Herrn bey uns eine lange Zeit geweſt, ſo haben ſie doch allweg nichts mögen verrichten; wie jedermänniglich wohl bewuſſt: und weilen des 1548. Iahrs Vertrag laut des Herrn Doct. Sprechers Brieff, und ſo viel als Kundſchaftsſag, lautet: Weilen nit das Mehren ſeye der Römiſch Catholiſchen Religion, ſo ſolle man es alſo verbleiben laſſen, dieweil der Probſt nüt begehrt wird. So hoffen Wir zu Gott wie vorermeldt iſt, Ihro Erzf. Durchl. unſer Gnädigſter Herr, werde uns in Gnaden bedencken, und uns dabey verbleiben laſſen, dazu Gott ſeine Gnad wolle geben. Wo nun aber es über kurz oder lange Zeit, aus Anſchickung Gottes dazu kommen wurde, das es das Mehren wurde der Röm. Cath. Religion, ſo ſind Wir erbietig den Vertrag, ſo Ao. 1548. aufgericht iſt demſelbigen nachzukommen.

Quoad Monaſterium CORVANTIANUM tantum abeſt accuſatio P. BAYRHAMER aliquo nitatur fundamento, ut potius certum ſit, curæ incolarum, etſi Evangelica ſequantur Sacra, Monaſterium ſuam debere conſervationem; quod Abbatibus ſuis ac Conventualibus relictum hauddubie dudum eſſe deſiiſſet. Fidem dicto meo faciunt & Inventaria, Conventiones abs Deputatis Raetici Senatus, cum ipſius Abbatis Roggenburgici, & Præfecti Caſtellani, aliorumque Comiſſariorum Auſtriacorum conſenſu, ſaepius, ac ſingulariter Ao. 1548. & 1549. initæ quas lector hic a Nobis tum temporis tum ſpatii anguſtiis nimium incluſis non exſpectabit, quum ipſam Religionis cauſam, quæ ſemper extra controverſiam fuit, non tangant; tantum cenſus, candelas, Paſcua, victum, & quæ hujus ſunt furfuris, loquantur Quare merito Hiſtorici deſideratur fides, ſi iſtarum notitia, uti quidem oportuit inſtructus ad ſui Monaſterii hiſtoriam ſcribendam acceſſit; ſi vero illis caruit, jure poſtulatur, ut exſpectaſſet donec pleniora ac certiora edoctus dare potuiſſet, nec tam facile Calvinianorum fidem crimine ficto gravaſſet. Dubium interea non eſt, Auctorem ſi modo ſcrutari, & veſtigia quæ habuit ſequi libuiſſet, cauſas imminuti Monaſterii, extra Heterodoxos in proprio ſinu non multo negotio fuiſſe inventurum.

LIUS Ao. 1646. d. 30. Octobr. Solemniter protestatus est, et cum nil se profecisse videret Ao. 1648. 25. Jul. ipse comparuit, omnem pro recuperatione lapidem movens: Sed opera desiderato effectu destituta. Hinc priore protestatione repetita ab Archiduce FERDINANDO CAROLO ceu Decem Jurisdictionum Domino & Monasterii Curatore opem adversus Acatholicos imploravit; qui datis ad Corvantios monitoriis, ne in rebus Ecclesiæ quidpiam novi, aut pactis, conventionibusque adversi tentaretur, agereturve exhortatus est. Cui responderunt Evangelici, a se nihil novi peragi; cum Ecclesiae usum jam Ao. 1616. habuerint, & a solis bellorum motibus evenerit, quod Ministrum illis durantibus non habuerint; hinc sine injuria se justa possessione non posse privari. Eo proin statu res mansit, ad hunc usque diem, utraque parte suae Religionis cultum sub ejusdem S. Ædis, pariete distinctae, tecto exercente, bonaque inturbate possidente. Evangelicis integrum seculum per vices Sacra fecere Ministri Umbilicanus sive Malixienses, & Barponensis. Anno demum 1756. proprium habere coeperunt. Catholicorum illic res auctae sunt tum Administratorum illius Monasterii industria, tum subsidiis etiam caritativis ab Ordinis Provincia subministratis *). Cum FLORINUS ZARN a Capitulo Provinciali Ao. 1662. Roggenburgi celebrato Abbas Canoniae Sanct-Lucianae destinatus, Abbatiam Ao. 1689. in Comitiis Provincialibus Oberkirchii habitis abdicasset, Patribus Conventus placuit filiam adjungere Matri, ea conditione ut Praesul Roggenburgensis Abbatiae utriusque gauderet titulo & insignibus, Deputatis vero ad S. Lucium paterne de subsistentia provideret **).

Apud INFERIORES OENGADINOS observatio Tractatus Velcuriani admodum claudicabat Taraspini aegre sequebantur illorum Iudicium; & querebatur Magistratus, quasdam personas atrocium criminum accusatas in Castello reperisse refugium, sic ut lictores Iudicesque ad eas capiendas missi re infecta redire debuerint. Contra querebatur Archiducissa Hospitium ac Oratorium SCOLII usibus Capucinorum destinatum & Trium Federum expensis exstructum abs Scoliensibus diruta esse, scireque volebat an Raeti Tractatum observatum velint, an minus.

*) Bayrhammer Hist. Roggenburg. pag. 118.
**) Id. pag. 128.

minus. Oengadini de ea re compellati, ajebant se circa admissionem Capucinorum assensum nunquam præbuisse, credereque se eadem frui libertate qua alia Evangelica Communitas quaevis. Longe vero majoris Partis Oratorum pro Comitiis congregatorum suffragiis decretum est. *Tractatui vigorem suum constare debere: Oratorium & Hospitium Capucinorum denuo restauranda esse; sic tamen ut penes Raetos sit tempus praescribere, secundum circumstantias occursuras, commorationis Capucinorum, aliorumque Religiosorum, prout Leges Reip. & commune beneficium tulerit: nec habeat exterus alius Princeps, cur se huic negotio inmisceat.* Sed & contra hoc Decretum protestabantur Oengadini, ajendo: nullatenus aequitati consentaneum esse, ut sua Jura per majora vota imminuantur, labefactentur. At non auditi. Mandato, sumtibusque Trium Federum Hospitium ac Oratorium Inspectore GEORGIO WIEZELIO denuo reparata, sic ut ipsi catholici faterentur esse primo statui restituta. Quo facto voluntas Raetorum de Tractatu observando Archiducissae significatur. At his nec dum contenti Capucini Aulae Caesareae, Archiducalisque Ministris conniventibus, Jesuitis illic locorum succenturiantibus, & pacis quibusdam in Raetia osoribus foventibus, novum in scirpo nodum quaerebant, postulando a Tribus Raetiae Federibus *cautionem*, de *continua* in dictis Infer. Oengadinae locis *habitatione*, causa allegata, *quod Oengadinorum*, qui Pastorum Protestantium nutu regantur, *trucitati fidendum non sit.* Responsum fuit Raetorum nomine: *Quibusuis Religiosis publicis legibus admissis, si modo legibus convenienter se gerant, protectionem publicam dari; eamque Capucinis non denegari.* Regerebant vero Pacis turbatores, Capucinis aeternam deberi habitationem vi phrasecos, qua Tractatum *in omnem mundi durationem valere debere* declaratur; inque testem JOANNEM GEORGIUM appellabant, Raeticorum Deputatorum unum GEORGIUS in causam vocatus deposuit: *petitam quidem pro commoratione Capucinorum fuisse cautionem: & Archiducales etiam partem voluisse quoad Capucinorum inmissionem: eorundemque commorationem non debere esse momentaneam; uti quidem putabunt Oengadini.* At praeterquam quod hac depositione non juvaretur petitio Capucinorum, reponebatur ab Oengadinis, Ejusdem Tractatus phrase Systhema Statutorum inter Archiducales, Episcopum Curiensem, & Oengadinos Anno 1611. confirmatum rursus in Annos LXXX. validum declarari, quemadmodum ab Anno 1518. ad illud usque

usque tempus viguerat, indeque clarius ſole conſtare memoratam illam Perpetuitatem ſecundum legitimae interpretationis regulas debere explicari, nec ultra ſcopum debere extendi. Heic vero ſimile non eſſe vero, Raetos voluiſſe in mutationem conſtitutionum ſuarum fundamentalium conſentire, pro quarum conſervatione omnibus viribus laborabant. His, vero licet Iurium peritis ſatisfieret, Archiduciſſa tamen non flectebatur. Haec dum diſceptantur, Capucini videntes defiiſſe ſibi adhaerentes, nec ſpem aliorum acquirendorum eſſe, ex aedibus Annae Gulfinae in medio Praëmi (ſic vicus inferior Scolienſis appellatur) ſitis, frigentis pertaeſi culinae, autumno Anni MDCXLVII. Scolio in perpetuum valedixerunt, deſiderio ſui nemini relicto. Non levem apud populum Capucinis fatis inviſis contemtum conciliabat. PETRI MOLINÆI celebris Theologi Galli libellus, titulo: CAPUCINUS, quo de Ordinis illius, Auctore, Vita, Votis, Miraculis, ac meritis diſſeritur; quem JOH. P. SALUZZIUS Eccleſiaſtes Lavinianus, idiomate infer. Engadinae donatum, & hiſtoriolis varii generis ex Ribadeneira, Aliisque Auctoribus ferrei oris ac plumbei cordis illuſtratum auctumque Ao. 1650. typis Tigurinis publici juris fecit.

Omnibus tricis ut ſe ſimul ac ſemel pro ſemper expedirent Oengadini Inferiores cum Decem Jurisdictionibus, conſilium cepere de Juribus Archiducis aere redimendis: in quod Archidux & Caeſar, bello Germaniae tricennali nuper Pace Weſtphalica compoſito fatigati conſenſerunt. Omnimodae libertatis Inſtrumentum obtinuerunt Octo Jurisdictiones Summa florenorum Rhenenſium ſeptuagintaquinquemillium exſoluta Inſtrumentum Signatum eſt d. IV. Iun. A. MDCXLIX. Tardius proceſſit conſilium apud Inferiores Oengadinos per remoras injectas ab illis qui Auſtriacorum nomine Munia tenebant, & ob paupertatem populi a vaſtatione, belliqne miſeriis aegre reſpirantis. Urgentibus vero cumprimis Miniſtris Evangelicis, communi nomine Oeniponta Legatus fuit Gub. JOHANNES PLANTA a Wildenberg, Cernezienſis, RODOLPHI ex fratre Nepos, qui Tabulas ſuper eam rem factas, quarum tenore Jurisdictio ſub Fullonium - Montem duodecim millium ac Sexcentorum, Jurisdictio vero Supra Montem - Fullonium quatuordecim millium Rhenenſium florenorum Summa ab omni Jure Auſtriaco exemta declarabatur reportavit, datas IV. Jul. A. MDCXLI. quas Populus ratas habuit, & praeteritorum memoria excitatus, Sum-

mam lubenti promtoque animo exſoluit. In grati animi ob praeſtitam feliciter illo contractu operam, Illuſtri illi Viro Communitates Supra - Fullonianae, unam Praeturae ſeriem, quae Annis duodecim abſolvitur, detulerunt: quod ille officium cum laude geſſit.

SAMAGNUNENSIBUS Evangelicis communem Templi uſum, ſecundum morem ante occupationem Auſtriacam uſitatum petentibus, diu denegarunt concives Romano - catholici: Decretis Procerum, Aliorum ſvaſionibus, Aliorum obteſtationibus tandem conceſſerunt Anno praeter propter 1654. Primus poſt recuperatum exercitium coetui illi aliquot Annos Miniſter fuit JACOBUS ZAAHIUS, Guardenſis. Pro fundando Miniſtri ſtipendio auxilia & ſubſidia contulere Evangelicae Eccleſiae, ſingulariter promoventibus opemque ferentibus Eccleſiaſtis COLLOQUII Inferioris Oengadinae.

Licet in Jurisdictionis ORTENSTEINIANÆ quae in Valle Tomiliaſca eſt, Pago ALMENII, vicisque ac villis ROTELS, PRATOVALLAS, RIEDBERGA, DUSCH, JUVALTA, ac TRANS poſt renatum Evangelium paſſim multi ſemper fuerint Evangelici, non alio tamen fruebantur exercitio, quam vicinorum Cerantinorum, Fürſtenovienſium, Silienſiumve; ad quorum Templa excurrebant. Exeunte Seculo decimoſexto. In metrocomia ALMENII ſingulariter crevit illorum numerus acceſſione ſpectabilis cujusdam Viri GOERIMANNI VAREINA cum tribus filiis, aliorumque vita Parochi ejus loci MICHAELIS de Capua offenſorum; ſic ut Anno 1586. & uſum Templi communem, & redituum Eccleſiae tertiam circiter partem, ex pacto obtinuerint. Non diu poſt ipſe Parochus, a Magiſtratu omnibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus, quae multa poſſidebat, exutus, ad Evangelicos ſe convertit, coactus Deo ſervire magis quam ventri, a quibus diu rejectus eſt, tandem elapſis uno alteroque anno, poſtquam fidem probitatemque teſtatam feciſſet, receptus, & Ao. 1597. Eccleſiae Plurienſi praefectus eſt; isque in confeſſione ac Miniſterio ad finem usque vitae perſeveravit, rejectis commodioris vitae certis promiſſis, quae a ſacerdotibus Romano - catholicis ipſi offerebantur. Novitiae Eccleſiae Almenianae ſacra fecerant Miniſtri viciniores, ac plerumque proximus Cerantinus, nemine prohibente, continuos Annos trigintaquinque. Baldirono autem majorem ditionum Raeticarum partem armis Auſtriacis opprimente,

mente, Romano-catholici Ejus Provinciae praefervido suorum Ecclesiasticorum Zelo impulsi, exemplo aliorum suorum contribulium, & temporis opportunitate illecti, cumprimis favente Pompejo Planta in arce Riedberga habitante, Ministri suggestum in plateam tractum contumeliose habuerunt, eoque facto Evangelicum exercitium Templo arcuerunt, reditibus Ecclesiae sibi arrogatis. Nec volebant occupata reddere rebus Patriae cum Austrio & Hispano compositis, quantumvis Senatus Raetici pluribus Decretis juberentur, & a Pacis amantibus monerentur. Igitur cum prece & gratia non obtinerent Evangelici Anno 1645. unitis viribus copiam Templi sibi adseruerunt, quibus catholici se non opposuere. Jure tunc actum; & judicio Magistratus d. 2. Iun. 1646. pronunciato, Conventio Anni 1586. revocata, & confirmata fuit. Eo modo pristinum exercitium recuperavere; remanentibus licet difficultatibus multis, a praepostero fere Religionis aestu manantibus aut suggestis. Nam ferias Sanctorum cogebantur religiose observare, mulctas ab ea causa natas luere; in pago Rotels & alibi coemiterio excludebantur, nec fere tutum erat Ministro baptismum privatim administrare. Sed cessarunt & ista mala consilio Hispanici Legati CASATI Anno 1690. d. 2. Martii ob utraque Parte suscepto; cujus sensu Evangelici jurium suorum in Templum ac Coemiterium Romano-catholicis cessionem fecere pro nummis Philippicis centum, & novo Templo sumtibus, Episcopi Curiensis exstructo. Campanam unam abs Communitatibus Evangelicis, alteram a Nobili Matrona JECKLINIA, nata Salicea dono acceperunt. Abs eo tempore utriusque Religionis Confessores sua sacra absque alterius turbamento exercent. Recuperata Exercitii libertate Paroeciani proprium sibi Ministrum adsciverunt, Stipendio ex Paroecianorum contributionibus adsignato, cujus ut & reliquarum ad rem Ecclesiae pertinentium curam fideliter semper egerunt Nobiles JECKLINI ab ALTA -- RAETIA, non tam generis Antiquitate, Majorumque nominibus sago & toga illustribus, quam Patriae pacis Religionisque Evangelicae amore, simul & Pietate memorabiles.

Evangelici incolae vici BIVII, Jurisdictionis Supra Saxensis, ad Septentrionalem radicem montis Septimi siti, exercitium suae Religionis habere coeperunt Anno 1584 quo cum Sacrorum Antistite destituerentur, Synodali auctoritate missus Ecclesiastes Samadoenus JOHAN-

NES PLANTA, in Encoeniis illorum, die S. Margaritae celebrari solitis, cum spe fructus illic concionatus est, licet tunc Sacerdotem etiam accersivissent *). Ab illo initio vel advenientes Ministri plerumque Superato Monte, Casaccia; vel proprii, in communi Templo Sacra fecere inturbati, usque ad Rebellionem Vallistelinae, occupationemque Clavennae. Ea temporis opportunitate abs Romano - catholicis, usu Templi exclusi sunt, eoque carere coacti omnes illos motuum annos, quemadmodum & caeterae Ecclesiae mixtae, de quibus egimus. Rebus in compositionem dispositis, restitutionem diu, sed frustra petiere, catholicis vim opponentibus. Itaque spectabilis ejus loci civis, Praetor JOH. CAPELLUS Anno circ. 1638. habitationem suam sacris conventibus dicatam Evangelicae loci Ecclesiae donavit: quo veniens mox Minister Religionis cultum exercuit, Juventutem informavit. Sed & huic instituto se opposuere Romano - catholici, volentes in perpetuum exsulare acatholicum ut vocant exercitium. Ne ergo in vim erumperet insolentia, Civitas Curiensis, Praegallienses, & Superiores Oengadini se Ecclesiolae Curatores ac Defensores declararunt. Singulariter pro pace & utriusque Religionis libertate vigilarunt proximi Solienses, patrocinium fideliter commodantibus illustribus Familiis SALICEIS, ex quibus memorantur singulariter Collonellus Baptista cum tribus filiis, RODOLPHO, FRIDERICO, & ANTHONIO, item gener ipsius GUBERTUS nec non Vicarius ALBERTUS. Anno 1650. Synodi commendatitiis stipatus Antonius Vincentius abs Helvetiae Raetiaeque Evangelicis contributiones corrogavit, quarum Summa, a munificentia Patronorum Patriorum aucta Stipendium reddit Ministro debitum. Anno MDCLVI. Novi Templi fundamenta posituri erant Evangelici; sed abs Romano - catholicis ex vicinis ejus Ditionis Communitatibus armatis accurrentibus incaepto desistere coacti fuerunt. Sic in Habitatione memorata, & ad usus sacros, & simul pro Ministri Sede adaptata, hactenus sacrum exercitium celebratur cum plena libertate. Coronidis loco litteras JOH. IAC. VEDROSII Umbilicani tunc Ecclesiastae, ad JOH. RUD. STUCKIUM Gymnasii Turicensis Rectorem, Ecclesiam Biviensem spectantes adpono. Sic Sonant. „ Quanquam quod „ aliunde cuncta Vobis, quae apud Nos geruntur innotescant haud „ ignorem, non tamen comittere volui, quin casum, qui non nullis „ ab

*) Act. Synod. Ao. 1584. Art. 13.

„ ab hinc diebus in Supra Saxensium (*Oberbalbsteiner*) Ditione acci-
„ dit, paucis enarrem. Universa illa Jurisdictio, quae in eo Tractu
„ sita, quoad Septimum Montem per Praegalliam, Clavennam itur,
„ Pontificio cultui dedita est, excepta unica Communitate BIVIENSI,
„ Stallen Germanis dicta, quae mixta, & inde ab LXXX. Annorum
„ praescriptione, Exercitio Religionis Evangelico, nisi motibus nostris
„ durantibus gavisa est. Inde ante aliquot Annos Jussu & Decreto
„ Comitiorum, ceu ex loco mixto, Engadini Superiores, tanquam
„ Ecclesiae hujus Patroni & Tutores, Duos Capucinos nullis tamen
„ affectos injuriis abduxerunt. Templi quod utrisque antehac com-
„ mune erat usum Nostri post motus impetrare nunquam potuere.
„ Hoc tamen communi plurium Comitiorum consensu obtinuerunt,
„ ut si Pontificii in Sententia persisterent, Nostris Templum novum
„ exstruere liceret, Pontificiis, quod Arbitris aequum videretur, eum
„ in finem contribuentibus. Nostri praeterito Autumno Templi fun-
„ damenta posituri ab accurrentibus ex proximis Communitatibus ar-
„ matis Pontificiis ab incoepto desistere coacti renovationem praeteri-
„ torum Decretorum in ultimis Comitiis consecuti sunt; Engadinis &
„ Praegalliensibus vicinis omnimodum spondentibus auxilium. Quid
„ fit? Die 13. hujus mensis, ante lucem, Armatorum cohors ad
„ aedes Parochiales apparuit, fores pulsavit, Ministrum D. AGITTIUM,
„ Virum optimum ut fores reseraret, compulit. Is se eis adjungere
„ & hinc abire jussus, tempus ad reculam suam curandam obtinere
„ haud potuit. Hinc non sine gravibus injuriis ignominose abactus,
„ ad Territorii illius fines deductus severis additis minis si unquam
„ rediret. Haec quamprimum per Engadinos Ampliss. Dn. Consul
„ noster edoctus fuit Primores convocavit. Pontificiis ignorantia se
„ excusantes, nesciis se atque invitis hoc accidisse asseverarunt, ne
„ praecipitaretur rogarunt, daturos se operam, ut Minister alius
„ quamprimum admittatur: hunc furorem non toti Jurisdictioni illi,
„ verum paucis nonnullis Seditiosis esse tribuendum. Nostri respon-
„ derunt, hac ratione nemini satisfieri, graviorem esse injuriam, quam
„ quae leviter adeo dimitti possit. Post deliberationem diuturnam
„ communi praerentium consensu conclusum est, ut Minister ordina-
„ rius per Proceres tum Evangelicos, tum Romano-catholicos, fu-
„ tura die Jovis Ecclesiae suae restitueretur, & sontes suo tempore
„ luerent. Si hoc fiat; bene quidem: sin minus dies Comitiis hoc

„ nomine

„ nomine convocandis praeſtitutus eſt. Quantum colligi poteſt, Ro-
„ mani - catholici rem ſerio agere, & reſtitutionem Miniſtri Summo
„ ſtudio promovere videntur, ipſis Canonicis Curienſibus vehementer
„ inſtantibus. Si communi reſtituatur auctoritate, id hinc ad noſtros
„ redit commodi, ut cum hactenus Jus illud in dubium vocarint
„ Romanenſes, ipſi jam hac ratione illud aſſerant. Si renitantur pe-
„ riculum eſt, ne motus aliquis Populi noſtri, qui valde hac inſolen-
„ tia exacerbatus, fiat. Recrudeſcit enim vulnus complurium ab ali-
„ quo tempore noſtris illatarum injuriarum. Capucini, qui virtute
„ legum Patriarum proſcripti ſunt, Nos abigere conantur, adeoque
„ temporem Nobis noſtrum obiiciunt. Tanta praeterito anno ob ſe-
„ pulturam infantis Mulierum Tumilienſium (*Tamils*) fuit protervia,
„ ut Federum Legati, quos inter & Conſul noſter erat, ſe ſubducere
„ fuerint coacti. Cauſam noſtram vobis commendatiſſimam novimus:
„ hac tamen occaſione denuo commendare haud deſinimus. Deus
„ prudentia & fortitudine noſtros donet, ut cauſae bonae nullatenus
„ deſint. Vale Vir Clariſſime, cum Magnificis Eccleſiae & Scholae
„ Inclytae Proceribus officioſe ex me Salutatis, meque illuſtri Tuo
„ favore porro proſequi perge. Scripſi Curiae, dieb. Martii 1657.

Tuus omni adſectu & obſequio
JOH. IAC. VEDROSIUS.

Ex incolis Evangelicis, qui tum in oppido, tum in Comitatu CLAVENNAE, erant Willae, Pradae, Betti, Meeſii, &c. multi perierant in caedibus Annorum praeteritorum: quaeſiverant Alii exteras Sedes, huc illuc vagantes: Patriam nonnulli Apoſtaſia redemerant ſic ut ad exiguum numerum redacti eſſent. Superſtites a diſperſione communem rei Eccleſiaſticae cum proxima Eccleſia CASTANETANA, quae in collimitio Praegalliae eſt, cauſam iniverunt, ſymbola redituum ex bonis Eccleſiarum, quæ habebant, provenientium, in ſtipendium, communis Paſtoris collata. Aliqui etiam eo demigrarunt. Quod ſacrae aedes filialis Eccleſiæ Caſtanetanae, Auditoribus nunc auctis capiendis non ſufficeret, Exſules contributionibus piorum adjuti, novum idque ſplendidum atque amplum Templum, cum adnexo Coemiterio, funditus exſtuxerunt, cuius fabrica A. 1662. feliciter perfecta eſt.

Dum

Dum cura ſuarum Eccleſiarum recuperandarum diſtringuntur Miniſtri, a morte illis eripitur GEORGIUS SALUZZIUS Eccleſiae Curienſis Antiſtes, & Federis Cathedr. Decanus, Vir doctrina ac pietate, corporis quoque inſolita firmitate roboreque conſpicuus, peracti ſolerter Miniſterii Anno quinquageſimo quinto, aetatis ſeptuageſimo quarto, Epochae Chriſtianae MDCXLV. die XX. Ianuarii. Erat is, nime conjectura multa veriſimilitudine nixa fallat, PHILIPPI GALLICII ex filio GEDEONE (reliqui peſte A. 1566. obierant) nepos. natus & educatus Lacuprati: cui novitiæ Eccleſiae is primus fuit Miniſter, ab A. 1590. usque ad 1606. quo ad Miniſterium Eccleſiae Curienſis ad Aedem D. Martini vocatus eſt, Succeſſor Jo. Pontiſellae, aetatis A. 35. Qua laude officio ſuo defungeretur vel ex WASERI anagrammatismo A. 1611. edito, judicare licet. *) Decanatus faſces ex ipſius renuntiatione, & Synodi Suffragiis, adhuc ſe vivo cum laude gerebat ESAIAS SCHUCANUS Eccleſiae SCAMFII Paſtor doctus & pius; a quo Cancellarii Synodici Munus derivatum eſt in J. P. DANZIUM Eccleſiaſten Zuzienſem.

*) GEORGIUS SALUCIUS

Anagr. *Gregi Suavis Sulco.*

Typus Sulcus arationis eſt: ſed
Typus clarus Aratio Sacrati
Verbi eſt: Summus Arator ille Jova
Noſtro pectore quod ferit, ſuique
Reddit fertile praedicatione
Docta, pervigilique, limpidaque:
SALUCI Reverende, Curienſis
Antiſtes Gregis alme luculenti!
Tu CHRISTO quod arans, rigans & occans
Seminansque tuum facis verendunt
Munus, egregie admodum, probeque
Verus ceu facere aſſolet Georgas, (graec.)
Certe laudis honore dignus ampla es.
Eſt beatus enim & quater beatus
Quisquis in Domini domo occupatus
Suo munere fungitur fidelis
Verum dignus honore celſiori es
Tu Chriſto quod arans, rigans, & occans,
Seminansque, tuum facis Veſendum,
Munus, Svaviter, eleganter, apte,
Cum dulcique lepore, gratieque
Unde & pulcrior ampliorque fructus
Percharas ad oves tuas redundat
Noſtri, *Quisque quotus ſuum fidelis*
Facit munus; at eſt ſuo Popello
Inacceptior: hic quod haud cupita
Hauſti premia referat laboris.
O verum, o vigilem GEORGIUM Te
Qui Bobus ſcopulum haud ares, in unda
Haud feras, vel aresque littus udum!
Sed vel de grege Tu tibi reportes
Tanta premia tanti honoris, iſt hanc
Vocem dignus, ut audias beatam
Euge Serve bone & fidelis! Euge!
Quondem in exiguo probus fuiſti
Nunc ponam ſuper ampliora Te: Urbis
Coeleſtis Cape gaudium beatum
Immortale, perenne, ſempiternum.

§. II.

§. II.

Ministrorum post restitutas Ecclesias cura & dilgentia.

Memoria desolationis praeteritae, & oppressionis qua emerserant Evangelici Populi, Ministros fecerat in sanctis Muneris partibus defungendis solertes, Zelo flagrantes; aedificationisque promovendae studiosos. In synodis & Colloquiis severa habebatur disciplina, nullo Personarum, Ecclesiarum, aut causarum respectu. Ab illis sapius missi Deputati, Proceres congregatos Serio monuerunt de abusibus tollendis, justitia exercenda, legibus fundamentalibus solicite observandis. Abs Prosynodi membris supra memoratis A. 1645. leges Synodi in ordinem redactae, & germanico idiomate Proceribus Evangelicis prolectae, & ab his etiam confirmate sunt. Alii libros ad aedificationem propagandam comparatos, scripserunt, verterunt, ediderunt. In summa, nil ejus omittebant quo animum ob denuo receptam conscientiae libertatem Deo gratum declarare poterent. Libet ex Actis Synodorum illis Annis habitarum quaedam speciminis loco exscribere ut Majorum Statuta praesentibus ac successuris exemplo sint.

SYNODUS A. MDCXXXIX, d. 12. & seqq. JUNII. Davosii celebrata,
„ laudat studium Dñi. NICOLAI PAPAE in vertendis Bibliis S. in lin-
„ guam Engadinis vernaculam, svasitque ut symmystae superioris &
„ inferioris Oengadinae Opus illud si fieri possit perlegant, & accurate
„ corrigant, si forte aliquando lumen subire posset.

SYNODUS celebrata Thosanae A. MDCXL. d. 3. & seqq. Junii „ in-
„ telligens Symmystas Pastores Ecclesiae Curiensis disciplinam Ecclesias-
„ ticam aut nunquam aut frigide admodum exercere, unde vitiorum
„ licentia magis magisque grassetur; panem item & poculum S. Eucha-
„ ristiae per aegrotantium domos circumferre, unde scandalum in ani-
„ mis infirmorum oriatur, eos proin ex charitate Spiritus monet, ut
„ sicuti divino munere Illustri Ecclesiae regendae praefecti sunt, ita
„ quoque diligenti exertitio Ecclesiasticae Disciplinae nec non debito
„ modo facienda S. Sacra Mentorum administratione illustrent legum
„ Synodalium praescriptum. „

SYNODUS

SYNODUS A. MDCXLII. d. 8 & seq. Junii ILANZII. celebrata " Mi-
" nistris injungit, ut ad suas Ecclesias redeuntes, illas de suggestu mo-
" neant, ut qui Orthodoxam nostram Religionem confitentur, publi-
" cisque muniis in Valetelina defunguntur, abstineant interesse cultui
" Religionis idololatricae, ejusque Sacramentis; secus fore ut subjician-
" tur censurae Ecclesiasticae disciplinae severe in ipsos exercendae. Nec
" levior poena manebit illos, qui in aucupandis Vallistelinae Muniis
" atque officiis, astu utuntur Veterum factionum, ceu exploratissi-
" marum Patriae Pestium. Dn. Anthonius Tackius Indicem legatorum
" olim ad conservandam Orthodoxam Eccles. Trohonensem Dñi. Leon-
" hardi Cattanei manu consignatum Ven. Synodo obtulit; qui concre-
" ditus fuit Dñis Decanis, injunctumque illis ut efficiant apud Proceres,
" ut tum hoc, tum reliqua Legata Volturena, non nisi in pios usus
" convertantur, illæsa & non imminuta summa, ut ajunt, Capitali.
" Commendetur etiam iisdem filius memorati Dñi. Cattanei pro Sti-
" pendio ex legatis illis obtinendo, ad juvanda studia ipsius Theolo-
" gica.

SYNODUS A. MDCXLIII. d. 31. Maij. & seq. SCOLII celebrata,"
" quandoquidem ad hoc usque tempus incassum, proh dolor! labora-
" tum est circa leges Patriae Politicas & Eccl. resumendas, abususque
" tollendas, decrevit ex qualibet communitate praeter legatos ordina-
" rios adhuc duos esse eligendos, & cum his etiam tres Decanos, de-
" bere ad proxima futura Commitia comparere & a Proceribus flagi-
" tare, ut abusus legibus adversantes tollantur, nec a Comitiis discedere
" donec petita obtinuerint; cum ea Communitatibus dudum, idque
" consensu unanimi fuerint approbata & accepta.

Pariter decrevit SYNODUS Dn. Saluzium, & Svarzium, cum Poli-
" ticis conjunctos debere omnem lapidem movere, ut reditus Patriae
" nostrae bene collocentur.

" Secundum consvetudinem Ecclesiarum Helveticarum judicavit
" SYNODUS e re esse, ut quotannis JEIUNIUM in nostris Ecclesiis insti-
" tuatur, idque ubique, uno & eodem die, de quo omnes monebun-
" tur. Coram Proceribus fiat etiam mentio, de casu Almenniensi
" de insolentia ac protervia cujusdam Capucini.

Pariter SYNODUS A. MDCXLIV. d. 20 & seqq. Juni celebrata CRUCII in Raetigoia „ injunxit D. Decanis, ut mature deliberent de „ modo excitandi Populum Nobis commissum ad studium & observa- „ tionem Patriarum legum; illarum cumprimis quae spectant ad Re- „ gni Dei propagationem, conferant ea de re cum cordatioribus Pro- „ ceribus, ac de omnibus COLLOQUIA sincere edoceant. Nullus autem „ Ministrorum esto, qui legum fundamentalium Patriae avitaeque liber- „ tatis exemplar promtus non sit cujusvis COLLOQUII Praesidi exhibere.

SYNODUS A. MDCXLV. die 5. & seqq. Junii ANDERAE in sexamninis habita, per octo ex suo numero, in quo ipsi Tres Decani erant, a Proceribus Patriae in Comitiis congregatis, petierunt effici:

„ 1) Ut aboleatur turpis illa Mercatura, quae hodie passim exer- „ ceri solet in aucupandis Muniis publicis apud subditos „ Valturenos.

„ 2) Ut in Ecclesiis ex praescripto Verbi Dei Reformatis ubique „ introducatur Rituum conformitas, utpote in exercenda „ sancta Ecclesiae disciplina, & doctrina catechetica, in Ge- „ neralibus formulis precandi, administrandi, sacramenta, „ confirmandi solum in vel ante meridiem matrimonia, sicut „ & in abroganda cujusque Festi feria tertia, cum feria Epi- „ phaniae.

„ 3) Ut ubique illaesa atque illibata serventur antiqua Ecclesiarum „ Pacta & Jura, tum alias tum in soluendis stipendiis Ecclesiasticis; „ utque tam Evangelica quam Romano - catholica Religio do- „ ceatur non per Doctores extraneos, sed per genuinos „ Patriae filios.

„ 4) Ut Sacerdotes Romano - catholici ubique adigantur ad de- „ bitum obsequium Politico Magistratui praestandum in om- „ nibus quae ad Sceptrum Ejus adtinent, prout & Pastores „ Evangelici merito praestare consueverunt, utque coërceatur „ insolens ipsorum temeritas in Evangelii Confessores circa „ prohibitionem auditionis Verbi Dei, usus S. Sacramento- „ torum, & sepulturae Christianae.

„ 5) Ne

„ 5) Ne tolerentur in Patrio solo Harioli, Incantatores, Saraceni „ seu Zigini, Incestuosi, & qui ob alia hujus commatis fa- „ cinora in Rebus publicis bene constitutis proscriptione mul- „ ctari solent.

„ Eodem Synodus afflictis Confessoribus in Valle Telina dissvasit „ vendere suas facultates, eos ad perseverantiam hortata est, & Salu- „ tari consolatione erexit per Dec. Schvarzium, & Vincentium Para- „ vicinum.

„ Permisit etiam LUCIO PAPAE in lucem edere Tractatum *de con-* „ *solandis afflictis*, tum sui ipsius tum D. Parentis sui Studiis & Vigi- „ liis concinnatum, praeeunte tamen censura COLLOQUII Superioris „ Oengadinae.

SYNODI A. MDCXLVI. ZUZII, & Ao. MDCXLVII. d. Jun. MAIÆ- VILLÆ celebratae; *Illa* quidem per Deputatos suos „ monuit Dños „ Proceres, ut Disciplinam Ecclesiasticam cordi habeant, incumbantque „ ut ubique locorum introducatur: ut profanatio Diei Dominicae tol- „ latur & abrogetur: ut Jejunium simul cum Helveticis Ecclesiis cele- „ bretur. *Ista* vero decrevit: „ Omnes & Singulos Ministros tempore „ aestivo singulis Dominicis debere exercere christianam catechesin, „ Juventutemque in illa instituere, tempore vero hyemali, bis vel mi- „ nimum semel qualibet septimana, vel domi vel in Gymnasiis peri- „ clitari ipsius in Christiana catechesi, Precibusque progressus; quin „ imo neminem ex junioribus ad S. Synaxim admittendum esse, nisi „ prius coram Ministro suo fidei suae confessionem ediderit. Et quoad „ Leges Patrias statuit Ministros acriter & gnaviter apud Ecclesias suas „ instare debere ne vel latum quidem unguem de legibus fundamen- „ talibus Patriis cedant, sed illarum exsecutionem & publicationem „ urgeant, abusus quin etiam omnes, qui ad hoc usque tempus irrep- „ serunt tolli & abrogari curent; Idque se facturos pro virili, a „ minimo ad maximum, omnes manu stipulata loco juramenti „ polliciti sunt. „ Et quoad Disciplinam Ecclesiasticam ordinavit “ ut singuli Ministri coram suo COLLOQUIO singulis Annis, „ Ter, ordinario celebrando deponant quaenam scelera & flagitia in

 „ suis

„ suis Ecclesiis grassentur. Quod si aliquod grassetur, ut Peccator „ primo privatim in casibus levioribus moneatur; quod si parere noluerit, ut ad Synedrium deferatur: quod si ne tunc quidem parere „ voluerit, ut a S. Coena excludatur. Minister qui secus fecerit, juxta „ leges Synodales puniatur. „

Ab eadem SYNODO facta est copia " Decano LUCIO GABRIELI *Novum Testamentum in idioma superioris Federis translatum* publici juris faciendi; cessante quoque necessitate Pro-Synodorum, Pro-Synodus restricta est tantum ad duos nempe H. SCHWARZIUM & LUCIUM GABRIELEM; ita tamen ut exigente extrema necessitate unum vel alterum ex Symmystis vicinioribus sibi adjungant.

SYNODUS Ao. MDCL d. 13. seq. Jun. Convallii in Raetigoia habita, „ quandoquidem Dñi. Proceres in resumtione & repraatione legum „ fundamentalium hactenus segnes deprehensi sunt, ideo omnibus & „ singulis Ministris, ut Anno proxime futuro quilibet testimonium ab „ Ecclesia sua vel Symmystis vicinioribus, Synodo exhibeat, se Officium suum fideliter & gnaviter fecisse, inter alia etiam in admonendis Auditoribus suis ad resumtionem legum fundamentalium. „ Referentibus autem singulis Ministris omnes Communitates Evangelicas in leges fundamentales esse bene affectas, illarumque resumtionem & restitutionem unice expetere, & ut refractarii ad debitum obsequium redigantur, " injungit denuo Synodus cuilibet Ministrorum ut sedulum „ ac industrium se se in Ecclesia sua praebeat, ad unionem & concordiam circa studium leges praefatas resumendi & observandi Auditores suos exhortetur, donec aliquod TRISMEGISTOS ille dederit, „ ut pius iste conatus laetum ac felicem sortiatur exitum.

Abs SYNODO in Monte Heinzeliano habita PORTHENII A. MDCLI. d. 29 May & seq. jussus est Dec. HARTM. SCHWARZIUS ad Helvetios scribere "ut se de tempore Jejunii & Precum Publicarum in tempore „ moneant, quo & in tota Raetia suum quoque Jejunium & Preces „ publicas cum illorum jejunio conjungere possint. At haec sufficiant.

Guttas dedimus ex Oceano, ex quibus in nostri temporis exemplum atque imitationem abunde constat, quis illo aevo fuerit sacri Ordinis pro grege Zelus, quae animorum conjunctio, & quantum studii

ſtudii Miniſtri Evangelici collocaverint, ut ex ſuis operis in Rempublicam emolumentum redundaret quam ampliſſimum. Pericopam ſollicitudinum pleniſſimam claudere libet pientiſſimis TURICENSIS MINISTERII ad Raetiae Miniſtros iſtis curis diſtrictos, tunc quidem PORTHENII in Heinzelio Monte A. 1651. pro Synodo congregatos litteris, quibus ad horum petitum pro conſervanda Eccleſia, aedificationeque promovenda, fraterna ſane ac ſapientia ſuppeditantur conſilia omni quidem tempore ſalubria; a quibus etiam quae innuimus, non modo ſufficienter confirmantur, ſed & luculenter illuſtrantur. Tunc, Eccleſiae naviculam per tot diſcrimina rerum in portum deduxiſſe taeti pedem figemus. Litterae haec loquuntur.

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimisque Viris, D. D. Eccleſiarum Raeticarum DECANIS, & Paſtoribus vigilantiſſimis, in Monte Heinzelio pro SYNODO congregatis, Dominis & Fratribus plurimum colendis.

„ VIRI REVERENDI, CLARISSIMI, DOCTISSIMI, FRATRES
„ IN DOMINO HONORANDI! Litteras Reverendi & Clariſſimi Dñi. De-
„ cani SCHWARZII Eccleſiae CURIENSIS Paſtoris vigilantiſſimi, Fratris
„ noſtri Venerandi, quibus ad noſtras ſuperiore Anno, ad Vos datas
„ Veſtro omnium nomine reſpondit, ſimulque Chariſſime veſtrae Pa-
„ triae ſtatum gravibus & luculentis verbis ob oculos Nobis poſuit,
„ in nullam veniſſe apud Nos oblivionem neque ipſum dubitare, &
„ Vobis perſvaſiſſimum eſſe credimus. Id enim neque Philadelphias
„ noſtrae Studium, neque noſtra de communi ſalute ſollicitudo per-
„ miſiſſet: ſed difficultas rei inter Nos agitatae, quod ingenue fatemur,
„ anxios diu ſusperiſosque tenuit ut quid potiſſimum reſponderemus,
„ quidne conſilii Vobis ſuggereremus, non occurreret. Fit enim non
„ raro juſto Dei judicio, quod ipſum hoc tempore Nobis ob peccata
„ noſtra magnopere extimeſcendum venit, ut conſilia, ſumma etiam
„ fide data male vertant, Irae namque divinae ſignae, quae in medio
„ hujus ſeculi curſu nobis objiciuntur, juſta aeſtimatione perpenſa in-
„ gentem impendentium Dei judiciorum & calamitatum metum Nobis
„ afferunt. Terraemotus inprimis quos Anno ſuperiori plures ſenſimus
„ triſtium eventuum praenuncios eſſe, & aetatum omnium experientia,
„ & S. Litterae teſtantur. Ecquam enim rerum noſtrarum firmitatem

„ & stabilitatem Nobis pollicebimur, quaodo id ipsum supra quod
„ stamus, stabile non est? Deus nimirum monitos Nos vult, ne
„ quid perpetui Nobis in hoc mundo promittamus, sed varios casus
„ & mutationes ita animis nostris percipiamus, ut eas poenitentia
„ nostra vel avertamus, aut retardemus, vel si subeundae omnino
„ sint, consolationem in cruce divinam sentiamus. In Deum ergo
„ omne curarum onus conjicere & confidere ei oportet, qui Arcam
„ in diluvio natantem servare, & Naviculam fluctibus licet obrutam
„ ad portum perducere Salvam potest. Universus Vester STATUS
„ ad rem ipsam ut deveniamus, duabus nititur columnis, RELIGIONE
„ & POLITIA, quarum illa Animae & Conscientiae; haec Corporis &
„ Fortunarum libertatem sustinet: quae quidem clenodia vel Cimelia
„ inaestimabilis esse pretii, quibus nihil homini carius, vel utilius da-
„ tum sit, & litterae Vestrae ferunt, & sani omnes agnoscunt.

„ RELIGIONEM quod adtinet, divisae quidem LIGAE, vel FOEDERA
„ vestra sunt, ita tamen ut quae Dei est benignitas, plerique omnes
„ Evangelii luce gaudeant, per quam discussis superstitionum tenebris recta
„ salutis consequendae via Eis ostenditur. Omnium ergo fuerit virtutes
„ praedicare, qui Vos vocavit e tenebris in admirabilem suam lucem illius
„ agnitam item confessamque veritatem ceu praeclarum depositum
„ tueri & custodire; subsidio venire laborantibus Ecclesiis & Spirituali
„ animarum pabulo destitutis succurrere, neque comittere ut Semina-
„ rium sacri Ministerii unquam deficiat. Omnium fuerit sanctissimae
„ fidei superstructos in caritate se mutuo conservare, ex spectantes mi-
„ sericordiam Domini nostri JESU CHRISTI in vitam aeternam: & alios
„ quidem habito delectu commiserari; Alios vero terrore servare ex
„ flamma raptos; & eundem in finem cum illis etiam prudenter agere,
„ qui foris sunt, ut honesta & sancta piorum conversatione, & bo-
„ norum operum splendore. CHRISTO lucrifiant. Omnium fuerit
„ curam Ecclesiarum & Scholarum suscipere fidelem, ne forsan ob tem-
„ poralium subsidiorum defectum, damnum aliquod patiantur. Excitandi
„ subinde locupletiores, ut spem ponentes in Deo vivo, qui praebet om-
„ nia Nobis copiose ad fruendum, Ecclesiis & Scholis Vestris, aliorum
„ exemplo benefaciant, ut diviles sint operibus bonis, faciles ad imperti-
„ endum, facilis convictus, recondentes sibi ipsis fundamentum bonum in

„ dant

„ posterum, ut apprehendant vitam aeternam. Proprias aedificare domos,
„ & Domum Dei, Ecclesias & Scholas desertas relinquere & incultas,
„ animi extreme ingrati crimen foret, in quod Deus ipse graviter animad-
„ vertit. Ab ingrati enim domo infortunium nunquam recedet.

„ Jam vero quod dolemus, rumor percrebuit, inter Vos etiam
„ quibus Evangelii annunciandi cura commissa est non esse nullos, qui
„ non incedant recto pede, qui duobus inter se disparibus & repu-
„ gnantibus Dominis servire studeant, quibus Mundo displicere religio
„ sit, quique adeo per lenitatem & lentitudinem scandali plenam om-
„ nium scelerum licentiae & collusioni cum Idololatris perniciosissimam
„ fenestram aperiant. Ut taceamus eodem rumore alios nonnullos
„ perstringi qui solo nudoque EVANGELICORUM contenti nomine exi-
„ guum Evangelii & gloriae divinae promovende Zelum ostendunt,
„ privata publicis anteferentes bonis. Quanquam quode merito Vobis
„ gratulamur, utroque in ordine non pauci, imo plurimi quoque
„ reperiantur Pietatis non fucatae Zelo praestantes Viri; quorum alteri
„ quidem verae Fidei & Poenitentiae tubam non inflant tantum forti-
„ ter, sed ad eam ipsi quoque vitam suam humiliter componunt; alteri
„ vero pro Veritate & Patria se suaque omnia impendere parati sunt;
„ aliis interim semitam ut diximus, non recta tenentibus. Unde per
„ universum Corpus infirma & morbida, imo infrugifera & mortua
„ quaedam esse membra necesse est.

„ Quod si autem officium ipsi Vigiles & Pastores, ipsi Doctores
„ & Ductores hac inprimis temporum vertigine non faciant, si tam
„ perspicuis & apertis, periculis, tot inter clandestinos & manifestos
„ Emissarios coeci sint & muti, mirum non est ancipitem valde &
„ dubium esse rerum vestrarum statum. Annon enim hac ratione Ani-
„ mae pretioso CHRISTI sanguine redemtae neglectui habentur? An-
„ non Ministros aliquos non verbi Dei, sed alienae proh dolor! libi-
„ dinis obligatas aliis aures & linguas habentes. recte dixeris? Constat
„ etiam aliquibus in locis, in conducendis CHRISTI militibus, non IL-
„ LORUM DONA, sed cum quo MINIMO transigi possit PRETIO Spectari.

„ Atque haec quidem offendicula ceu todidem in corda nostra
„ alte adacta vulnera, incredibilem sane dolorem tristitiamque Nobis
„ afferunt,

„ afferunt, ut consolatione ipsi potius indigere, quam ad Vos consilio
„ nostro juvandos atque confirmandos apti esse videamur.

„ VENERANDI D. D. FRATRES! Etsi incommoda & pericula qui-
„ bus Ecclesiae Vestrae laborant magna esse fateamur tamen pro despe-
„ ratis & deploratis nondum habemus, nec habere volumus aut pos-
„ sumus, quia bono cum Deo, proprio, ut sic dicamus, marte, illa
„ si minus tollere omnino, minuere saltem, mitigare, & lenire potestis.
„ Donec enim precibus, concionibus, vigiliis & laboribus Vestris locus
„ erit, donec benedictio divina illis aderit; donec Venerabilibus Vestris
„ Colloquiis & Synodis sua constabit authoritas & gratia; nunquam
„ remedia divinitus valida quibus aliorum quidem Zelum alatis, aliorum
„ vero studium accendatis, quibus dissidentes inter se animisque di-
„ stractos fratres ad concordiam, & quovis modo errantes in viam re-
„ ducatis, quibus in verae pietatis & poenitentiae praxi, & cultus
„ salvicii ad posteros propagandi desiderio Proceres Populosque Vestros
„ confirmetis, nunquam profecto Vobis deerunt.

„ CONCORDIA, CONCORDIA modo fraterna Vos in cunctis Mini-
„ sterii Vestri partibus uniat atque muniat, que divinam juxta pro-
„ missionem Successus Vobis felices, semperque duraturam bonorum
„ omnium abundantiam pariet. Sicut enim opobalsamum illud pre-
„ tiotissimum quod Regius celebrat Psaltes, Aaronis vertici & barbae
„ superfusum, inde ad sacrae usquae Vestis limbum defluxit; ita quo-
„ que concordiae vestrae utilitas & fructus, non ad Vos tantum, sed
„ ad Auditores & cives quoque Vestros maxumos, minimos, & me-
„ dioxumos largissime manabit, atque redundabit, & roris instat coe-
„ lestis universos vestros montes irrigabit atque foecundabit.

„ De altera incolumitatis Vestrae columna POLITIA videlicet par-
„ cius differimus. Neque nam quid Nos deceat ignoramus, quibus
„ Resp. vestra laboret morbis & litterae vestrae abundae docent, Re-
„ media modo ad manus essent, quibus illos vel tollere omnino, vel
„ levare Saltem daretur. Praeter autem Theologica illa quae diximus
„ quae in assidua Muneris Vestri functione & perpetuo Poenitentiae
„ preconio

„ preconio & praxi confiftunt, fequentia etiam monita, ufum inter „ Vos falutarem habitura fperamus.

„ POLITICUS vefter STATUS Inclytus cumprimis & Potens FOEDERA „ primo feu LIGAS, deinde SUBDITOS poftremo Foedere VOBIS JUNCTOS „ alios five exteros, ordine quosque fuo, & peculiari fingulos „ ratione comprehendit.

„ Ac ipfa quidem FOEDERA feu LIGAE fanctionum Fudamentalium „ vinculo inter fe continentur, quae omnibus Religione licet diftractis „ communes funt, pariterque gratae & acceptae fingulis effe debent: „ nam & pari Jurisjurandi religione obftricti illis tenentur, & eundem „ libertatis fructum omnibus oftendunt. Jam quis non videt, VOBIS „ in primis Viri Dei & Fratres, nihil legibus iftis prius, nihil anti- „ quius Veftra in Politia effe debere? Nihil enim ordinis Veftri Digni- „ tati magis eft confentaneum, quam ut Viros & Cives bonos hone- „ ftosque Vos praebeatis. Sed providendum tamen ne contra Voca- „ tionis Veftrae Religionem, quae fummam Animorum tranquillitatem „ Vobis commendat, legum illarum ftudio incenfi, Mare Veftrum Po- „ liticum, alias immobile futurum, Ælorum inftar commoveatis atque „ concitetis. * Exemplis docemini domefticis parum abfuiffe non femel, „ quin Zelotae fundamenta Reip. defenfuri funditus ea everterint. „ Motus igitur modis omnibus cavendi funt civiles, quibus nihil mi- „ ferius, nihil foedius eft, nihil a profeffione noftra, quae in Pacis „ ac Patientiae, & Mutuae tolerantiae praxi preconioque confiftit, „ alienius.

„ Quid Ampliffimi Veftri MAGISTRATUS fubditis debeant, nomina „ ipfa PATRUM, & PASTORUM, & MINISTRORUM DEI quibus infigni- „ untur ab ipfo Deo, clare oftendunt. Si Patres funt, fubditos filio- „ rum loco habere, nec eos Servibilibus premere oneribus, fed indul- „ gentia paterna fublevare debent. Si Paftores funt oves fuas tondere „ quidem poffunt, non vero deglubere debent. Si dei denique Mini- „ ftri funt, Domini fui juftitiam, bonitatem, clementiam, atque mi- „ fericordiam imitentur, rationem ei reddituri qua ratione fubditorum „ fuorum utilitatem, bonumquae procuraverint. Id ergo vel inprimis „ negotium VOBIS datum effe credite, ut de his Ampliffimos Veftros

„ Proceres humiliter monere ne vereamini. Pulcra sunt Polybii verba: „ *Ille Reipublicae Status optabilis & firmus est, in quo et privatim* „ *sancte innoxieque vivitur, & publice Justitia ac clementia vigent.* „ Nam absque illis quid Respublicae, quid Regna, nisi *magna* sunt, „ ut alius dixit, *latrocinia*, Hanc igitur monendi spartam, si quidem „ incolumem & stabilem firmamque esse velitis Remp. Vestram summa „ diligentia ornandam suscipile.

„ FOEDERA vestra quod attinet, dolemus sane tali Vos federe „ irretitas teneri, quod etsi utilitatibus suis ob vicinitatem non careat, „ conditiones tamen libertatibus Vestris valde repugnantes habeat non „ paucas, de quibus Amicabili & tuta aliqua ratione corrigendis solli„ citi jam diu fuistis. Hanc ipsam in curam Vener. Dñi. & Fratres „ unanimi parique omnes & singuli studio proporro incumbite. Quis „ scit, Annon Deus consensui forsan Vestro benedicturus, & Viam „ aliquam recuperandorum Jurium vestrorum Bonis omnibus optatam „ aliquando ostensurus sit? Hoc interim Vestris aerumnis fortiter, si „ mutari nequeant, ferendis Vos consoletur, quod cum Amplissimo „ nostro Magistratu, cumque caeteris Heluetiae Reformatae Civitatibus „ Foedus Vobis perpetuum & in Religionis in super purae omnium„ que Christianae caritatis officiorum communione fundatum intercedat: „ quod ingentem illam molestiam & dolorem, quem ex altero capitis, „ non parum levare potest. Siquidem eo varris in casibus & discri„ minibus Vestris libere utamini, idque operam datis ut Ecclesiae & „ Communitates Vestrae intelligant praedictas Civitates ad omnia fidei „ & benevolentiae foederalis officia, justa qualibet occasione Vobis „ praestanda nihil reliqui facturas. Nam pariter & Vestra interesse „ scimus & nostra, ut Animorum illa conjunctio, quam a Majoribus „ nostris accepimus, sincera stabilisque permaneat, & ad posteros „ quoque nostros integra & illaesa propagetur.

„ Ad extremum, Venerandi Domini & Fratres, obnixe Vos ro„ gamus ut consilia monitaque nostra superioribus ex litteris fere repe„ tita, simulque respondendi hanc moram, aequi bonique consulatis. „ Quo nam res quam tractamus gravior & difficilior majorisque mo„ menti est, eo minus a priorum litterarum argumento quod in omnes „ partes tutissimum esse videtur, recedere nobis licet. Sperabamus „ quidem alia Nobis consilia tempus ipsum forte suggesturum: sed

„ eodem

„ eodem perpetuo relatos nos videtis, ut non de ulla temere mutandae
„ Sortis Vestrae, sed de ferenda illius ratione moneamus; non quod
„ indigere Vos magnopere monitis nostris existimemus, quibus ipsi
„ minores sumus, propriis laborantes difficultatibus, sed ut aliqua sal-
„ tem ratione sympatheias & philadelphias nostrae constantiam atque
„ sinceritatem, tempore & loco tam opportuno congregatis animitus
„ Vobis testaremur atque probaremus. De hac certe oblata Nobis
„ Venerabilis Vestri Consessus occasione mirifice Nobis gratulamur.

„ Dominus noster JESUS CHRISTUS, Princeps ille Pastorum, in
„ cujus nomine convenistis, juxta promissionem suam in medio sit
„ Vestri. Is continuata velut Pentecoste Spiritu suo Vos impleat, &
„ regat, ut concordibus animis ea faciatis & sanciatis, quae & Nomen
„ ipsius Sacrosanctum illustrent, & Regnum promoveant, & voluntati
„ ejus sint conformia, utque reduces domum quisque suam Exemplaria
„ sitis gregis; donec omnes & Singuli inmarcescibilem illam gloriae
„ coronam reportetis. Valete Fratres in DOMINO Honorandi, & pre-
„ cibus Vestris Nos commendatos habete. Datae Tiguri 24 Maii 1651.

V. V. REV. & CLAR.

Studiosissimi Fratres

ECCLESIÆ SCHOLE TIGURINÆ

Doctores & Professores,

Eorumque nomine

JOH. JACOB. HULDRICUS
Antistes.

---

§. III.

Obitus Trium virorum de Patria & Ecclesia benemeritorum.

Si eorum non decet obliterari memoriam, quorum consiliis laborique Patria & Ecclesia multum debet, nemo certe qui praeteritorum Annorum Acta legit mirabitur, appositis hisce Epitaphiis Trium insignium suo aevo virorum renovemus memoriam. Primum damus

locum Genere, ſcriptis ac virtute Nobili viro FORTUNATO SPRECHERO, qui a funere Curienſis Antiſtitis Georgii Saluzzii domum redeuns, gravi dolore Heroſypeatis quo dudum in altero crure affligebatur correptus, per ſeptem menſes decubuit, apoplecticis etiam accidentibus fractus. Viribus in dies deficientibus, ac hydropen & maraſmum praenunciantibus, vitae finem praeſentiſcens ad beatum analyſin animum piis excercitiis praeparavit, cujusmodi etiam memorias ſuas Hiſtoricas ad illud usque tempus continuatas clauſit. Longo tandem morbo enectus animam Deo reddidit d. 12. Jan. 1647. Gravem conceperat moerorem abs jactura Praerogativae perpetui Praeſidii in Tertio Foedere, quam Davoſium, Patria ejus, fecit ex arbitrio JOH. HEINR. WASERI, Reip. Tigurinae tunc Archigramatei, poſtea Conſulis, munere illo in reliquas quoque trius Foederis communitates derivato *) Inter Epiſtolas GROTII nonnullae quoque Sprecheri noſtri legere licet. Sepultus eſt Curiae in coemiterio. Caetera lapis loquitur, cujus haec eſt inſcriptio.

EQUIDEM EGO NOVI REDEMTOREM
MEUM VIVERE
ET POSTERIOREM SUPER PULVEREM RESURRECTURUM
FORTUNATUS SPRECHERUR A BERNECK.
V. I. DOCTOR, EQUES AURATUS
IN VALLE TELINA RERUM BELLICARUM PRÆFECTUS
TERTIO JURISDICTIONIS CLAVENNAE COMMISSARIUS
CUJUS DELICIÆ
ORTHODOXAM RELIGIONEM, PATRIÆ LIBERTATEM
EJUSQUE PROPUGNATORUM FORTITUDINEM
CORDE, CURA, ET CALAMO PROFITERI
PROMOVERE ET PROMULGARE
HEIC REQUIESCIT IN DOMINO
OBIIT ANNO M. DC. XLVII. DIE XIV. JANUARII.
ÆTATIS SUÆ ANNO LXII.

*) Prolixam diſceptatae illius Cauſae hiſtoriam non ſine felle erga WASERUM, in continuatione Hiſtoriae ſuae tradit ipſe Sprecherus. Sententia ab Arbitri nomine vulgo dicitur *der Waſeriſche Spruch*; dataque fuit die 11 Jan: A. 1664. Exemplum Ejus, una cum rerum ad illam pertinentium Sufficienti notitia, quantum colligere datur ab ipſo WASERO conſcripta, exhibetur etiam in THEATRI EUROPÆI Tomo V. a pag. 110. ad 122.

Illi conterraneum ac Amicum jungimus Raeticarum cohortium Archistrategum JO. PETRUM GULERUM, JOHANNIS Supra laudati Filium, Patriae & Religionis Evangelicae amore flagrantem, qui gliscentibus Æmulorum odiis, ex Curia Episcopali in urbem veniens, cum vix oppidi territorium adtigisset, in via ex improviso, accisus est. Hoc illi monumentum.

ILLUSTRI HEROI
JOH. PETRO GULERO A WEINECK.
DAVOSIAN. OLIM PRÆSIDI
PRUDENTISSIMO
COHORT. RHÆT. DUCI PRIMARIO
LIBERT. ET RRLIG. PURÆ
PROPUGNATORI ACERRIMO
QUI POST RES SALUTE PUBL.
PRÆCLARE GESTAS
DUM FATA PATRIÆ TRISTIORA TIMET
SUA IPSE ACCELERAT
ANIMAM DEO ET SALUTI
PUBLICÆ SACRATAM.
INTER ARMATAS CONCURRENTIUM
MANUS DEO REDDIDIT
ANNO M. DC. LVI. IIX. JAN. ÆTAT LXII.
FRATER, AFFIN. NEP. MOESTISS.
HOC MONUMENTUM P. P.

Inter utrumque Fidus utrique Achates decessit FORTUNATUS A JUVALTIS in Summa senectute ZUZII in Patria, placida morte defunctus. Sepultura ejus visitur prope majorem Templi Portam: lapis muro Templi insertus, hanc conservat praeclari Nominis memoriam.

A. S.

A. S. MDCLIV. D. XIX. MARTII
IN SPE BEAT. REPARAT. CONDITUR HIC
D. FORT. A JUVALTIS,
OLIM OENGAD. SUPER PRÆTOR, POST FURSTENAW.
PRÆSES. VIXIT ANNOS LXXXVI. MENS. VII.
NUNC OSSA MISCENS
CUM DNA LUCRETIA A PLANTA PRIMA EJUS CONIUGE
OLIM HIC SEPULTA. MATHIAS, WOLFG, ET FORT. FILII
PARENTIB. CHARISS DOLENTES P. P.
VIVE MEMOR LETI.
FUI QUOD ES, ET ERIS QUOD SUM.
SEQUENTUR QUI NON PRÆCESSERUNT.

Natus erat Juvalta Parentibus conſpicuo loco natis, Zuzii, A. 1567. die 19. Aug. Schola Patriae triviali egreſſus Muſas excoluit Auguſtae vindelicorum in ludo D. ANNÆ; Inde domum Redux a litteris, Familiaribusque miniſteriis fuit Epiſcopo PETRO RASERIO ipſius ex matre avunculo, per biennium. Studiorum curſum perfecit in uniferſitate Dilingana, Jeſuitarum inſtitutione utens. Rebus gerendis mature ad motus primo Archigramatei, deinde etiam Iudicis in Superiori Oengadina Munera geſſit; de officio Gubernatoris in Valletelina ſortibus eſt. Motibus Judiciorum Cenſoriorum, deinde bellicis exortis, in concilia Procerum deligenter vocatus, legationes ſaepe obiit oeniponte & Mediolani, ubi gratia valebat. A ſecundis nuptiis Fürſtenovium tractus, illius Communitatis Praeflecturam primo per biennium, deinde poſt quinquennii intervallum viginti continuis annis, turbulentiſſimis temporibus cum laude geſſit. Vota filii ſequens confecta aetate Zuzium remeavit, ubi decrepitus, annor 87. minus 5. menſibus diem obiis ſupremum. Exſtant Ejus *verſus* generis varii, & variis temporibus confecti; nec non *Hiſtoria vitae*, qua praecipuae Patriae res, ipſo conſcio diſceptatae ac tractatae enarrantur; ex qua ſuis locis plura excerpſimus.

Peculiari

Peculiari ſcripto Gentis JUVALTANÆ natales ab errore STUMFFII vindicavit, aſſeruit, quod hic ſubiungere placet, ut incertorum ac Fabuloſorum loco, quae Raetiae ſtemmatographi ARDUSERUS ac BUCELINUS tradent, lector certa habeat, a quibus etiam Hiſtoria aliquam lucem accipiat Hoc eſt.

Dievveil JOHANN STUMFF von Zürch in ſeiner eidgenoſſiſchen Chronick von dem Geſchlecht JUVALTA ſchreibt, das daſſelbige ausgeſtorben ſeye, *hat mir ſolchen Anlas gegeben nachzuforſchen ob vvir, die den Geſchlechtsnahmen von JUVALTA führen von dem alten adelichen Stam herkommen, vvelche die Veſtung oder Bergſtallen JUVALTA im Thumleſchg bevvohnet haben. Und dievveil Ich zu Zuz im Engadin in einem alten Truchlein von Eſchenholz (ſo vermuthlich von dem Tumleſchg hineingeführt ſeyn vvird, Sintemahlen im Engadin ſolches Holz nicht vvachſet) etliche alte Briefen gefunden habe, die von vielen, ſo in unſerem leidigen Krieg und Unruhen vergraben gevveſen und neben andern ſchriften erfaulet, ſeynd noch verblieben, hab Ich Mich in demſelbigen erſehen und Was Ich darinnen oder in andern Documenten, zur Erläuterung dieſes Punctens dienent gefunden habe allhier angezeichnet, nicht hiermit etvvas umbzuſehen, dan Ich vvohl vveis das alles Eitelkeit iſt, ſondern der Poſterità zum* Bericht.

Das die von Juvalt eines alten Adels gevveſen ſeyen, gibt genugſame Anzeigung das deren in den alten Urbarien, Rödlen, und andern Documenten der Biſchöflichen Stift Chur oft und viel meldung geſchicht; und iſt auch fürnemlich aus dieſem abzunehmen, das ſie in der Thumkirche zu Chur Ihren eigenen Altar, und vor dem Altar ihr Begräbnis gehabt; darzu ſie einen Caplanny *geſtifftet. Hat darzu gehört der Weingarten in der Ebne unter der Hofkirchen zvviſchen dem Mülbach und Felſen gelegen, ſamt einem andern Weingarten hinter* S. Luci, *und etlichen anderen Renten. Der Altar iſt* CORPORIS CHRISTI in der Crufft *genamſet, mitten in dem finſtern Gevvölb under dem Chor, iſt ohngefehr vor 25. Jahren * das Juvaltiſche Wapen an der rechten Seiten des Altars an der Maur, vvorin vvenig louchtere hat, geſtanden; ſeithero haben die Thumherren daſelbſt einen eiſernen Gattern den einen Altar damit einzuſchlieſſen machen laſſen, dardurch das Wapen hinvveggekommen. Zu dieſem Altar oder* Caplanney *haben die von Juvalt Ihnen das* JUs Patronatus *behalten, und jederzeit gebraucht und geübt.*

Das nun die ſo jetziger Zeit das Juvaltiſche Wappen führen, von demjenigen Stamme, ſo die Caplaney *geſtifftet, herkommen, erſcheint aus deme, das Eltern ob ſie ſchon in dem Engadin gevvohnet, jederzeit das* Jus Patronatus *oder die* Collatur *der* Caplaney *gehabt, und von Zeit zu Zeit, vvann die Caplaney ledig vvorden dieſelbige verlichen haben, ohne Eintrag, vvie ſolches aus der Verleihung oder prae*ſentation *der Capellanen, ſo allhier von Wort zu Wort inferiren vvollen, zu ſehen.*
Dem

*) Hi Anni a tempore iſtius Scripti numerati incidunt in A. 1617. Nota quippe temporis in fine adiecta Signat Anno 1642. d. 1. Maii.

Dem Ehrwürdigen und fürnehmen Herrn, Herrn Conrad von Marmels Thum-Decan in der lobl. Stifft zu Chur, entbiete Ich Adam von Juvalt mein gar freündlichen Grus und willigen Dienst. Alsdann die Pfrund des Altars *Corporis Christi* zu Chur in unser lieben Frauenmünster in der Crufft gelegen, von Abgang tods halben Herrn *Bonigarden* seeligen des Altars lezten Caplan ledig worden, und um das Lehen und *Jus Patronatus* derselben Pfrund mit vollem Rechten mir zustehet und gehört, und jetzo heimgefallen ist: also hab Ich den Hochgelehrten Meister *Ulrichen Juvalt*, Pfarrherrn zu Zizers, und der rechten *Licentiat* meinen lieben Vettern durch Gottes Willen gelichen, und Ihn damit begabet. Hierumb so erwehle Ich denselben Meister Ulrichen, Eüwerer Ehrwürdigkeit antwortende und presentire Ihn, mit Ernst bittende, Ihn auf dieselbe Pfrund geruhen zu bestätten und zu investiren, mit allen Solenniteten, Worten und Gutthaten darzu dienende und gehörende. Geben zu Zutz, und mit meinem anhangenden Insigel besiglet, auf Mitwochen vor unser lieben Frauen Tag zu Liechtmes, Im Jahr nach Christi Geburt. 1487.

Dem Ehrwürdigen Herrn Thum Decan und Capitel Herrn der Thumstifft zu Chur, meinen Gnädigen Herrn entbiete ich Gilli von Juvalt mein vvillig Dienst, und vvas ich guts und Ehren vermag zuvor Demnach und Pauli Hertrich sich seines Priesterlichen Amts eine Zeit lang nicht geübet, und sich fürters ewiglich dessen nimmer zu gebrauchen offentlich ausgibt, welches halber die *Caplaney*, so da in euwer Stifftkirch auf dem Altar *Corporis Christi* genant, gestifftet ist, und Er bisher eingehebt hat, verwirckt, und dero von gemeinen Rechten privirt ist, welches *Jus Patronatus* und Lehenschaft Mir zugehört. Hierumb damit vermeldte *Caplaney* laut ihrer Stifftung versehen werde, so preferire und überantworte Ich Euwer Ehrwurden den Ehrsamen Priester Iohansen Meler. Bitte hiebei demüthiglich dieselb Euwer Würde wolle Ihn auf solche *Caplaney* aus ordenlichem Gewalt gütiglich bestätten und investieren das mit meinen völligen Diensten zu beschulden, will Ich allwegen gehorsam erfunden werden. Des zu Urkund, weil Ich mein Insigel nicht bey Mir hab, hab Ich mit Fleiss gebetten und erbetten den Edlen und Vesten Michael von Mont, das er sein eigen Insiegel, doch ihme, seinem Erben und Nachkommenden unschädlich, offentlich gehenckt hat an diesen Brief; der geben ist auf Montag nach *Laetare*, Anno 1526.

Obbemeldter Gilli *von* Juvalt *ist des vorgenanten* Adams *von* Juvalt *Sohn gevvesen.*

Anno - - - - hat Cuonrad *von* Juwalt Gillis *Sohn, und der Eltester under seinen Brüdern die* Caplaney *des Altars dem Herrn* Iohannes Colan *von* Comogast *Thumherr zu Chur verlihen. Die Verleichung oder* Praesentation *ist gleicher* Substanz, *und Innhalts vvie die obigen so von Wort zu Wort geschriben sind.*

Nach des Herrn Colani *tod haben* Wolffgang *und* Hans *von* Juvalt, *die* Caplaney *oder den Weingarten verlichen dem Herrn* Hartmann Planta *Thumherrn zu Chur; vvelcher hernach den Weingarten resignirt hat dem* Adam *von* Juvalt *Burger zu Chur.*

Wolfgang *von* Juvalt *ist des vielgemelten Herrn Landvogts* Fortunati a Juvaltis *Vater gevvesen*, Conrad *dessen Aenis Bruder*, Gilli *sein Uhränis*, Adam *Uhränis Vater.*

Aus

Aus diesem continuirten possess der Collatur, *und* Juris Patronatus *der Caplaney des Altars, ist auch die* Succession *des Stammens, Namens und Wappens deren so die Caplaney gestifftet bis auf die jetzigen* Juvalten *abzunehmen.*

Herr Johann Guler *schreibt in seiner* Hist. fol. 81. *das im Jahr* 1257. *der Abbt von Pfeffers von dem Freyherrn von* Sax *die* Schirmgerechtigkeiten *kauft und an das Closter gebracht habe, in welchem Contract Er zu Zeügen namset Herren von* Retzüns, *von* Belmont, *von* Ems, *von* Castelmur, *von* Bärenburg, *und under anderen auch* Egiloph *von* Juvalt. *Und folio* 148 *meldet er das* Bischoff Ulrich von Chur *die Veste* Juvalt *in dem Tumleschg an das Bistum gekauft habe. Gesagter* Bischoff Ulrich *ist A.* 1333. *zum Bistum gekommen, und A.* 1355. *gestorben. Obernanter* Egilolph *hat einen Sohn gehabt, so auch* Eglolph *geheissen (So zweifelsohn ein Nahmen) und dieweil ein Brief beyhanden So aufgerichtet A* 1331. *vor* Bischoff Ulrichs *regierung, und zwey Brieffen so von* Bischoff Ulrich *gegeben seynd, in welchen* Eglolffen *und seines Sohnes gedach wird, wollen Wir dieselbige zu Erleüterung diser Sach, allhier von Wort zu Wort einfüren.*

Allen denen die diesen Brieff lesen oder hören lesen, thun kund Ich *Albert* und *Bartholome* gebrüder von *Juwalt*, das Wir *Andresen Planta* geben sollen fünf und vierzig Churwelsch Marcken, die zwanzig umb sein Heimsteur, von unser Schwester seeligen wegen, die Ehewürtin war, und die andere fünf und zwanzig an baaren Pfennig, so er uns geleichen hat: darumb haben Wir einversetzt unser Gut zu Samaden, so Wir von dem Gottshaus von Chur zu lehen haben, als seynd zwey Saum Weins, und sieben Wertschaffe ein Drittheil mehr. Wann Wir aber dem vorgenannten *Andris Planta* die vorgenannten 45. Marck geben, umb unser Frauentag zu Liechtmes, so solle er uns unser Gut ledig lassen, als auch zwöllff Schilling Gelds aus *Planadeges*, die Wir Ihm auch versetzen. Und damit das Gut, und stäth seye, so hencken Wir unser Insigel an diesen Brieff zu Urkund der Wahrheit. Dies geschach, da man zahlt von Gottes Geburt, tausend und dreyhundert Jahr, darnach im ein und dreissig Jahr.

Fratter Ulricus Dei & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Curiensis omnibus praesentium Inspectoribus Sal. cum notitia Subscriptorum. Noverint omnes, quos nosse fuerit opportunum, quod Nos ad petitionem fidelium Nostrorum Alberti & Bartholomei, f. q. Eglolphi de Juvalt contractum Emtionis seu pignorationis initum inter praedictum quondam Eglolfum de Juvalt ex una, & fideles nostros homines Curiae Vicedominatus dicti de Rindberg in Samadeno ex parte altra, juxta pacta in littera ipsius quondam Eglolfi Supradicta & confecta plenius continentur, approbavimus & confirmavimus, approbamus & praesentibus confirmamus. Et in evidentia confirmationis nostrae seu petitionum praedictorum de Juvalt, Sigilla nostrum & praedicti Alberti de Juvalt, suo & sui Fratris Bartholomæi nomine praesentibus sunt appensa. Dat. in Zuoz, Anno Domini MCCCXL. Feria quarta ante festum Beati Joannis Baptae, Indictione quarta.

In Christi nomine, Frater Ulricus Dei gratia Episcopus Curiensis recognoscimus & praesentibus publice protestamur, quod Nos tres Somas vini, & oves undecim et Solidos decem & octo mezanorum redicus qui dantur Anno quolibet in festo S. Joanni Baptistae nativitatis, de coloniis Curiae de Samadeno consignandis ad Castrum in Juvalt, quos Egnolphus, f. q. Alberti de Juvalt, & Ejus Fratres nomine feudi a Nobis obtinuerunt, ab eisdem Egolfo & Fratribus in nostris manibus resignatis, discreto Viro Andreae Plantae Ministro in Zuotz & suis heredibus in feudum concedimus possidendos perpetuo. Dantes Ei has litteras nostras Sigillo nostro Sigillatas, in testimonium super eo. Dat. in Zuoz, 1352. die 28. Mensiis Jannuarii.

Aus oberzehltem posses der Caplaney, und diesen Brieffen, so vor der Alienation *des Schlosses* Juvalt, *von denen so das Schloss bewohnet haben, aufgerichtet, und seithero in dem Hause* Juvalt, *das noch heutigs Tags ist gelegen seynd, ist deutlich zu ersehen das die so jeziger Zeit die Brieffen, Wappen und Nahmen führen und haben, von denjenigen so das Schloss ingehabt und hernach an das Bistum transferirt haben, descendiren.*

Die *Linie der Descendenten EGILOLPHS von Juvalt, so viel zu finden ist, ist wie folget. Er hat einen Sohn verlassen so Eglolf geheissen, und den Vertrag mit dem Zinsmeyer zu Samaden, wie in* Bischoffs Ulrichs confirmation, *A*: 1340. *zu sehen aufgerichtet hat.*

EGLOLF hat gelassen Albertum *und* Bartholomaeum, *wie in beyden Brieffen A*: 1331. *und* 1352. *erscheinet. EGNOLPH Alberti Sohn, hat das Lehen zu Samaden dem* Bischoff Ulrich *resignirt A*: 1352. *hat ein Behausung zu Chur gehabt zwischen St. Martinskirchen und dem Mülibach; ist ein Instrument A*: 1362. *Dieser hat einen Sohn Rodolf gehabt, so letzlichen im Engadin gewohnet; von deme bald ein mehreres. Diewil aber gedachter* Eglolphus Alberti *Sohn mehr Brüder gehabt, deren* posteritaet *im Tumleschg gewohnet, soll von denselben etwas gesagt werden.*

So viel man Bericht gefunden, haben Friderich *und* Dusch *von Juwalt A*: 1392. *und darnach gelebt. In den Bischöfflichen Urbarien wird des* Friderichen *viel gedacht. Und als in gemeldtem Jahr Bischoff* Hartmann *von Chur, und gleichfals bey* 20. *Jahren hernach mit* Herzog Ernst *von Oesterreich und seinem Bruder conventiones aufgerichtet, so von dem Bischoff, Thumcapitel und Gemeinden des Gottshauspunds samt dem Adel innert und ausserthalb Gebirgs haben müssen versiglet werden, sind selbige von genannten* Friederich *und* Dusch, *und einem von* Marmels *in Nahmen des Gottshausischen Adels, ausserhalb des Gebirgs versiglet worden. Von ihren Nachkommen haben A*: 1450. *und darnach zu Fürstenau gelebt*, Hans *von* Juvalt *und* Ulrich *sein Vetter, so geistlich worden, und wie oben zu sehen, die Caplaney des Altars von* Adam *von Juvalt empfangen hat. Von* Hans *von Juvalt sind allein zwey Töchtern überblieben; deren eine Jacob von Castelmur, die andere N. von Raitnow vermählt gewesen: von deren in dem Raitnoverischen Geschlecht descendirt ist* — Von Raitnau *Erzbischoff zu Salzburg. Und als er in der Election sein Adel beweisen sollte, und under andern seinen Altfordern auch die Juvaltin sich befande,*

fande, *und darüber opponirt vvard*, *dass es Welscher Nahme vväre*, *bey denen man den Adelstand nicht ordentlich hielte*, *vvar die difficultaet aufgelöst durch Herrn* Lazarum *von* Schwendi *einem fürtreflichen Rittern*, *und berühmten Kriegsobersten*, *so bezeuget hat*, *das drey Brüder des Juvaltischen Geschlechts in dem grosen Zug in Ungarn A*: - - - - *dem Römischen Reich mit Ihme*, *von Schvvendi*, *kriegt und gedienet haben*, *und es nicht ein Welscher Adel seye. Diesen Bericht hat Herr* Hans Gaudenz *von* Raitnau *Spanischer Oberster*, *und Herr* Meynharts *des Erzbischoffen Vaters Bruder dem Herrn* Gaudenz *von* Juvalt, *zu Samaden*, *als er A*: 1598. *durch das Engadin gereiset gegeben. Ist also derer Juvalten Mannsstam*, *so in dem Tumleschg verblieben gevvesen ausgestorben und dannenher möchte vielleicht* Iohann Stumff *aus Mangel besseren Berichts*, *dass das Juvaltische Geschlecht abgestorben seye geschriben haben.*

Jetz vvollen vvir obermeldten Rudolf *von* Juvalt Egnolff *oder* Eglolffs *Sohn*, *so letstlich zu Zutz gevvohnt fürnehmen*, *und desselbigen posteritaet beschreiben.*

RUDOLPH von JUVALT hat anfangs zu dem Rothen Brunnen *gevvohnet*, *und daselbst bey seiner ersten Gemahlin zvvo Töchtern erzeüget*, *deren eine dem von Mont*, *Herrn zu Lövvenberg vermählet gevvesen : hat von ihrem Vatter neben anderem Heurathgut gehabt die Erblehen Zins zu Scheid zu Feldis*, *vvelche* Gilli von Mont *ihr Sohn hernach dem Prediger Closter zu Chur verkaufft hat*, *und seynd in des Closters Gevvalt. Die andere Tochter hat einer von Mannies gehabt*, *so auch den* Hoff *zum* Rothen Brunnen *bevvohnet hat. Hernach hat* Rudolff *von* Juvalt, *des* Conrad Planta *von Zutz Tochter mit Nahmen* Entiera *zu der Ehe genommen*, *bey deren er einen Sohn* Conradin, *und eine Tochter* Clara *gehabt.*

A: 1392. *Ist er mit seinen Schvvagern* Hans *und* Itel Planta *vvegen vieler spanniger Puncten vor Bischoff* Hartmann *zu Recht gekommen*, *derselbige hat die Sach* Peter *von Unterwegen*, Heinrich *von Sigberg*, Schwighard *Scheck delegirt. Die Decision ist von dem Bischoff*, *den* 3. *Schiedsleuthen*, *und von den Parthen versiglet.*

A: 1409. *Hat* Hartmann *Bischoff zu Chur dem* Rudolff *von* Juvalt *die Landvogtei zu Fürstenau beyder seits des Rheins samt dem Schloss und Gütern verlichen.*

Conradin, Rudolffs *Sohn hat A*: 1415. *in der Theilung mit seiner Schwester*, *oder* Hänsli Planta *ihrem Ehemann*, *zu einem Mannsfortel gehabt ihren Theil des Thürnen*, *oder Behausung der Schmittinen und Schmeltzen des Bergwerks*, *und des Vilzthum Amt zu Orta*, *laut des Vatters Instrument meldet. Das Instrument ist verschrieben durch* Paullum Ieclin.

Wolfgang, Conradini *Sohn hat einen Sohn verlassen*, Adam Wolff, *so sich hernach* Johann *von* Juvalt *genamset und in den Instrumenten geschriben hat. Er ist A*: 1481. *von der Gemeind Ober Engadin zu dem Herzog von Mayland in Gesandschafft verordnet gewesen. Als Graff Jörg von Werdenberg seinen Schwager N. Graffen von Sonnenberg A*: - - - - *verkaufft hat*, *ist er als Vogt der Graffin in dem Kauffbrief*

Kauffbrief genamſet A: 1505. iſt er Landamman des Obern Engadins geweſen. In eben dieſem Jahr hat er das Wappen in der Kirchen Katzis bey der kleinen Thür mahlen laſſen, darbey geſchrieben ſtehet: VALIDUS JOHANNES DE JUVALT. A: 1519. hat er in dem Viltzthum Amt im Tumleſchg zu ſeinem Stadthalter geſetzt den Joſeph Schmid *von Sarn. Er hat 2 Söhn hinterlaſſen* Gilli *und* Fort, *von* Fort *ſind deſcendirt* Rudolff; *deſſen Sohn* Hans *hat hinterlaſſen* Rudolff *und* Duſch, *ſo in dieſem 1642. Jahr noch im leben iſt.*

Gilli *hat 4. Söhn gehabt* Conrad, Fort, Wolffgang, *und* Gaudenz. *Die drey erſten ſeyn in Ungarn gewesen; von denen wie obgemeldt LAZARUS von SCHWENDI kundſchafft gegeben..* Conrad *hat zu Tauffers im Tyrol gewohnet, nahm daſelbſt eine Wittfrau, ſo darvor einen von Schlandersberg auf Rodond gehabt, welcher ſie aus dem Fürſtlichen Frauenzimmer zu Insbruck nahm, und war des Herzogs* Friederichs *von* Sachſen *unehliche Tochter, bei deren hat* Conrad *erzeuget* Fridericum, Sebaſtianum, & Ferdinandum. Ferd. *iſt A: 1580. in Portugall geſtorben: Gaudenz ſtarb A: 1543. zu Amiens in der Picardie, ließ einen Sohn* Gilli, *ſo A. 1567. in dem Römerzug vor Civitella geſtorben.*

Wolfgang hat 3. Söhne gehabt Gaudenz, Gilli *und* Wolfgang. Gaudenz *war Biſchoffl. Hoffmeiſter zu Chur, deſſen Sohn Haubtmann.* Wolfgang *zu Samaden gewohnet.* Gilli *und* Wolfgang *lieſſen keine deſcendenten.*


Fort Gillis *Sohn hat erzeuget* Wollfgang, Adam *und* Conrad. *Von* Conrad *ſind keine Mannsſtammige. Von* Adam *ſo zu Chur gewohnet, iſt* Fort *vn* Juvalt *zu Chur. Der* Wolfgang *hat mich* Fortunatum, *und* Wolfgang *ſo A. 1622. geſtorben, erzeuget, von denen 3 Söhn vorhanden,* Wolfgang, Petrus *und* Ferdinandus. Wolfgang *hat einen Sohn gleiches Nahmens. Ich Fort habe 3. Söhn* Mathiam, *ſo* Peter *und* Fort *hat;* Wolfgang, *ſo* Fort *hat; und* Forten *ſo 3. Söhne hat* Fort, Otto *und* Peter.

Dat. 1. Maii, Anno MDCXLII.

REGI SECULORUM, IMMORTALI INVISIBILI SOLI SAPIENTI DEO HONOR SIT ET GLORIA IN SEMPITERNA SECULA. AMEN.

FINIS.

INDEX



INDEX.

A.

INDEX.

Bernenses

C.

D.

Demo-

E.

F.

Feria

Grisæi

H.

I.

Ignatius

K.

L.

Linda-

M.

O.

P.

Pani-

INDEX.

Q.

R.

S.

S.

Seditio

T.

Tigurini

U.

V.

Veldisium,

Z.







